

R-3702

MENDEZ DE SAN JUAN, José
(1605 - 1680)

Theologia moralis de sacra-
mentis in genere et in specie ..

/authore ... Josepho Mendez de S.

Joan. ... — k Matrini: Ex Typographia
Bernardi de Merula. Expensis Joannis

Martin Merino ... , 1668

THEOLOGIA

MORALIS
DE SACRAMENTIS
IN GENERE, ET IN SPECIE,
SIMVL CVM ALIIS MATERIIS
MORALIBVS.

DICATUR EXCELLENTISSIMO, AC ILLVSTRISSIMO
Domino D. Ioanni Euerardo Nidbardo, è Societate IESV, Augustissimo
Regine Mariannæ Austriacæ Hispaniarum Gubernatricis Confessario,
à Consilijs Status, Inquisitori Generali, unique ex Moderatoribus
Hispanicæ Monarchiæ Gubernatoribus, &c.

AVTHORE R. ADMOD. P. Fr. IOSEPHO MENDEZ DE S.
Ioan Matritensi Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, Lectore
Iubilato, Olim Prouinciali in hac Prouincia Castellæ, Supremæ
Inquisitionis Qualificatore, ac Examinatore Synodali
Archiepiscopus Toletani.

Carmen del
Señor
Hervada



Anno

1668.

Cum Priuilegio Matriti, ex Typographia Bernardi de Hervada,
Expensis Ioannis Martin Merinero, Bibliopæ Matritensis.

211A 5000
11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11

11/11/11



EXCELLENTISSIMO.

AC ILLVSTRISSIMO DOMINO

Patri D. Ioanni Everardo Nithardo, è Societate
Iesu, Augustissimæ Dominae Marianæ Austria-
cæ Hispaniarum Reginae Gubernatricis Con-
fessario, Sanctioris Conclavis, hoc est, Supre-
mi, quem Status vocant, Senatus Consiliario.

Hispaniarum, Indiarumque Generali In-
quisitori. Ex sex totius Hispaniarum
Monarchiæ Moderatori-
bus vni, &c.



VIS Aris (ò Excelentissime Do-
mine) virtute pusillus, Professio-
ne Minimus, quæ digna poterit
Anathemata pendere? Absit hæc
à Religioso viro, sui que non igna-
ro præsumptio: Non hæc opella te superbo spi-
ritu ambit Mæcenatem, quãti illa est, vt in tam
excelsi Patroni queat recipi Clientelam? Aliud
me Ius nõ tam vocat, quàm trahit ad obsequiũ,
quãdo tibi eruditionis omnigenæ Principi qua-
le quale per soluo litterarium Homagium, à Te
tamen, si illius Materiam spectes, ò quam serena
fronte, alacri vultu, patuloque corde suscipien-

dum! Ex eloquentiæ luxuriantibus pratis suis
seu Dynastis, seu Patronis alij Violas, Rosas, Flo-
res, queis, vel tēporibus Serta contexant ad Co-
rollas, seu pedibus calcandas subministrant, ex-
cerpant. Ego autem Tibi, qui veritatis Catho-
lica supremus Assertor, nostræque Fidei inte-
gerrimus Vindex maturitatis fructum quæris,
despicis amœna Camporum, Violæ, Rosæ, Lilia
estò grati flores existant, panem offero gratiorē;
sed O, qualem! qui fatus in Virgine, fermētatus
in Canne, in Passione confectus, in fornace co-
ctus Sepulchri, in Ecclesijs conditus, illatus Al-
taribus, cœlestem cibum quotidie fidelibus sub-
ministrat: Ab illius singulari cultu, Augustissi-
ma Austriadum Familia totius Orbis Imperiū
auspicata Te grauioribus curis, non forte, sed Iu-
dicio elegit Administrum, Te in quam omnium
capacem meritorum, qui Iudicem cunctarum
meruisti habere virtutum: Ad vnius alteriusque
conscientiæ, vnius, alteriusque Vniuersi superno
Regimini natæ sacra arcana, quæ non licet ho-
mini loqui, admissis Auscultanda, de Sacrationis
Consilij penetralibus ad externum Reipublicæ
moderamen consecratus acciris; Attamen quia
blanditi non dignatur animus Domini potesta-
te munitus, de Tuis actibus Regnantis sententia

*Crisologo-
sus. ser-
mo. 18.*

*Et ser-
mo. 67.*

Judicium sumpsit, de Tuis in quã, qui ad Auitanã
nobilissimam festinandõ virtutem, longo stem-
mate ducto per Trabeas legẽ temporum. Origin-
narius factus Honorumque sat superque nobili-
tatum sanguinem Martyrij candidatus internõ
agonis Murice purpurasti, qui in Sacratissima
Iesuadum Societate, vbi maxima vix eminent,
licet religiosissimẽ præcinctus ab humero, &
sursum conspicuus, è sugestu, è Tripode aureo
eloquentiæ flumine Germaniam irrigasti, luci-
dioribus Delphicis Responsis illuxisti, quorum
maturiora Oracula, gratulandum nunc sibi
recolligit Hispanum Imperium, dum sibi ad
Pompam meritorum, de Regali Iudicio blan-
ditur, præcipue cum te suscipiat non clatum
fauore Fortunæ in Cothurnum magnæ Pote-
statis erigere, sed intra modestiæ terminos
ita se cohibentem, vt ab omnibus iudicaris plus
mereri, licet summa potueris adipisci; O si per
Te liceret, si mihi facundia suppeteret, quanta
Oninarem; vnum non omittam, nostri sæculi
fœlicitatem, quod Pientissimo Principi sub Sa-
cerdotio seruit: Accipe ergo Sacrorum sapien-
tissime Censor, Censorum Illustrissime Anti-
fles ex Minimo ex illis, ex Tuis, Maximi Sacræ
Eucharistiæ Textus Commentariolum, è pau-

perre penū exiguum Tuæ sapientiæ Vectigal, eo
tamen Animi licet summissi rigore tributum,
vt Iudicium Tuum fubeat impavidum, quia pa-
ratus, & in his, quæ Tibi placeant sine hasitatio-
ne quiescere, & quæ respuas absque discrimine
reijcere. Dum ytramque Salutem ad nostræ Rei-
publicæ columen Tibi toto precor ex corde
obsequens, affectuosissimus, & in Christo ser-
uus.

Fr. Iosephus Mendez de S. Ioan.

Fr. IOANNES DE LVDEÑA LECTOR
Iubilatus, in Supremo sancta, & Generalis Inqui-
sitionis Hispaniarum Senatu. Qualificator, Ca-
tholica Maiestatis Concionator, Archiepiscopatus
Toletani Synodalis Examinator, olim Provin-
ciae Castellae Moderator; nunc vero Prouinciarum
Hispaniae, Castellae, Valentinae, & Cathaloniae Or-
dinis Minimorum Sancti Francisci de Paula
Patris nostri Vicarius Generalis, &c.

Potestate ad id mihi facta à Reuerendiss. P. N. Sebastiano Quin-
quet, Lectore Iubilato, totius nostri Ordinis meritissimo Genera-
li; facultatem facimus, vt liber, cui est titulus: *Theologia Moralis de Sa-
cramentis in genere, et specie, simul cum alijs Materijs moralibus*; à R. ad-
modum P. Fr. Iosepho Mendez de S. Ioan. nostri Ordinis Lectore Iu-
bilato, Supremi Senatus Sanctae, ac Generalis Inquisitionis Quali-
ficatore; semel, & iterum nostrae Castellae Prouinciae Praesule, Tole-
tani Archiepiscopatus Examinatore Synodali, nuac in praedicta Pro-
uincia in munere Prouincialatus Collega: elaboratus typis mander-
tur; praevia approbatione R. adm. P. Fr. Thomae de Torrès, Lectoris
Iubilati, praefatae nostrae Prouinciae Castellae Prouincialis; necnon R.
P. Fr. Petri Perez Perejon Concionatoris; & in Morali Theologia
Iubilati Lectoris, Prouinciaeque Definitoris: in quorum fidem, &c.
Datum in hoc nostro Matritensi Victoriano Conuentu, hac luce 20
mensis Februarij anni Domini 1668.

*Fr. Ioannes de Ludeña
Vicarius Generalis.*

De mandato R^{mi} P. N. Vicarij Generalis.

Fr. Gregorius de Castro Serna.

APPROBATIO R. ADMODVM P. FR. THOMÆ DE TORRES
Lectoris iubilati, & Prouincialis huius Prouinciae Castellæ Minorum,
& R. P. Fr. Petri Perez Perezon Lectoris iubilati Theologiae Moralis,
necnon diœe Prouinciae Diffinitoris.

I Vssu Reuerendi R. P. N. Fr. Ioannis de Ludeña Lectoris iubilati, Superioris Inquisitoris Qualificatoris, Concionatoris Regij, & Vicarij Generalis Ordinis Minorum in Prouincijs Hispaniæ, &c. attente vidimus, ac sedulo per legimus Theologiam Moralem, quam de Sacramentis in genere, & in specie, simul cum alijs Materijs Moralibus composuit R. admod. P. Fr. Ioseph Mendez huius nostræ Prouinciæ Castellæ Lector iubilatus Supremæ Inquisitionis Qualificator, ac in Archiepiscopatu Toletano examinatus Synodalis. Quæ (præterquam, quòd nil in se cõtineat, quòd nostræ sanctæ Fidei se oponat, nec bonis moribus dissonet) vere est legitimus foetus prædicti Authoris, in claritate, maturitate, grauitate, & difficultatum comprehensione. Idem est Author in hoc opere de *Sacramentis*, ac se exhibuit in Bulla luculenter explicata, & in Matrimonio, & Censuris cõmuni plausu susceptis. Et ita illam dignam iudicamus, quòd communem lucem adspiciat, prodeatque in publicum typis mandata in Theologiae Moralium studentium utilitatem. Hoc nostrum iudicium, hæc nostra censura. In hoc Conuentu D. Mariæ de la Victoria Matriteni die 25. Februarij, anno Domini 1668.

Fr. Thomas de Torres Prouincialis.

Fr. Petrus Perez Perezon Diffinitor.


Licencia del Ordinario.

NOS el Doctor Don Francisco Forteza, Vicario desta Villa de Madrid, y su partido. Por el presente y por lo que a Nos toca damos licencia para que se imprima un libro intitulado, *Theologia Moralis de Sacramentis in genere, & in specie simul cum alijs materijs Moralibus*, escrito por el Reuerendissimo Padre Fray Joseph Mendez de San Juan del Orden de los Minimos de San Francisco de Paula, Legador Iubilado, Definidor de la Prouincia de Castilla, Calificador de la santa, y Suprema Inquisicion y Examinador Sinodal de este Arzobispado, por quanto de nuestro mandado ha sido visto, y examinado, y no contiene cosa alguna contra nuestra santa Fé Catolica, ni buenas costumbres. Dado en Madrid a seis dias del mes de Febrero de 1668. años.

Doctor D. Francisco
Forteza.

Por su mandado

Juan de Ribera Muñoz.


CENSURA, ET APPROBATIO
Domini Doctoris D. Ioannis Matthæi Lozano
celeberrimi Collegij Theologorum Complutensis
meritissimi alumni, & nunc Parochialis Ecclesie
Archangeli sancti Michaelis Matritensis
Rectoris, Archiepiscopatus Toletani
Examinatoris Synodalis, &c.

DE mandato Domini Doctoris D. Francisci à Forteza Matritensis Vicarij virilibrum, qui inscribitur *Theologia Moralis de Sacramentis in genere, & in specie, simul cum alijs materijs Moralibus*, a Reuerendiss. P. Fr. Joseph Mendez de Sancto Ioanne, è Sacratissimo Minimorum Sancti Francisci de Paula Ordine, Castellanae Prouinciae Definitore, Supremæ, ac Generalis Inquisitionis Qualificatore, atq; Archiepiscopatus Toletani Synodali Examinatore compositu in &c

*Hieron. in vit.
Pauli primi E.
remit.*

elaboratum evolvi, & legi non absque in genti ani-
mi voluptate. In hoc enim opere multa paucis cō-
elusa, vna cum magna reperi claritate; ita, vt hic mi-
hi euenerit, & continget legenti, quod olim de quo-
dam Scriptore præclaro obseruauit Hieronimus: *Bre-
bis vox, si literas, & syllabas spectes; si sensum mentemque
dicentis, per ampla.* Quare ipsum reputauit pretiosum
Adamantem in quantitate molis exigua, plurimum
complectentem valoris. In eo profecto eiusdem Au-
thor (vti & in alijs præstitit sui clari ingenij foetibus)
eruditissimum se se ostendit, & maturissimi iudicii.
Quod in morali re magni faciendum esse, nemo infi-
ciabitur vir grauis, ac bonis literis imbutus. In seli-
gendis opinionibus iugiter media via securissimus
graditur; in illis protegendis nunquam non luculentus,
& fortis inuenitur. Certè mihi videtur, omne tu-
lisse punctum doctissimus hic Pater; vtile quippe so-
liditatis perspicuitatis dulci miscuit. Hinc fore pro-
cul dubio maximi emolumenti volumen istud illo
vsuris, existimo; cum nil repugnans bonis moribus,
Fidei ve nostræ puritati contineat, & ponderatis in-
super perfectionibus gaudeat. Quare, quod perfrua-
tur lucis publicæ bono, dignissimum apparet. Sic ego
prorsus sentio. Matrini 4. Februarij, anno Dñi 1668.

*Doct̃or. D. Ioannes
Matthæus Logano.*

m

APPROBATIO R. P. F. BASILII DE ZAMORA,
Leſoris-Iubilati, Ordinis PP. Capucinorum Sen. ph. ſ. Sancti
Franciſci, in hac Caſtella Prouincia ex Prouincialis in Suppre-
mo Sancte Inquiſitionis Senatu Qualiſicatoris, & olim Prou-
incia Beticæ, ſive Andaluſcia Viſitatoris Generalis.

De mandato Regij Supremi Senatus librum hunc, qui in-
ſcribitur: *Theologia Moralis de Sacramentis in Genere, &c.*
à Reuerendiſ. P. Fr. Iosepho Mendez de S. Ioan, ex Religio-
ſiſſimo Minimorum S. Franciſci de Paula Ordine, Caſtellanae
Prouinciae Diſſinitore, Supremae, ac Generalis Sanctae Inqui-
ſitionis Qualiſicatore, atque Archiepiſcopatus Toletani Sy-
nodali Examinatore; & eiufdem ſae Caſtellaenae Prouinciae
ex Prouincialis ſcriptum, & compoſitum legi, & recogno-
ui: nihil in eo, vel fidei Catholicae, vel bonis moribus aduer-
ſum reperi, inueni autem preclara multa. Pulchram inuen-
tionem, aptam diſpoſitionem, idoneum ſtylum, latinam di-
ctionem, variam, & admirabilem eruditionem, multiplicem doctri-
nam, & ſanam ad confeſſiones audiendas, denique illuſtres
ſententias. Opus eſt, tum acuti ingenij, tum maturi iudicij:
Dignum filio tantae Religionis, alumno tam clare familiae.
Vnde multum lucis haurient non modo ſactae, ſed profanae
literaturae profeſſores. De hoc videtur loquutus fuiſſe Quinti-
lianuſ dum dixit: *Studij quo non aliud, vel ad utilitatem fructuo-*
ſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad orbis famam pulchrius, vel in Dial.
ad omnium gentium notitiam illuſtrius excogitari poteſt. Opus *de Orat.*
quidem magnum eſt, abſque imitatione ni fallor. Cui ſatis
congruit quod ait Plinius: *Imitantorum virorum pauci aſſe-*
qui poſſunt. Et merito ſibi vendicari, poteſt quod de alio idem *Epist.*
Auctor dixit: *Narrat aperte, ornat excelleſe, poſtremo docet, dele et itz.*
aſſicit ſuma eſt facultas, copia, obertas. Vtramque certe facultatem *Plin. lib.*
coniunxit Author huius operis, ad voluptatem noue, ad *25 Epist.*
utilitatem preclare. Hinc egregia documenta petant, qui anti-
mi habitum ad virtutem componant, qui ſe recte inſtruant qui Sa-
cramenta ad utilitatem Catholicae Reipublicae ex dignitate ad-
miniſtrent. Itaque non modo Auctori poteſtatem ſtypis manda-
di faciendam cenſeo; ſed etiam iubendum, vt quam primum
excudat. Matrini, in noſtro Sancti Antonij de Padua Capuci-
norum Coenobio, die 24. menſis Febr. anni Domini 1668.

Fr. Baſilius de Zamora.

Suma del Privilegio.

Tiene Privilegio el Reuerendiss. P. Fr. Joseph Mendez de S. Juan, de la Orden de los Minimos de S. Francisco de Paula por tiempo de diez años, para poder imprimir vn libro intitulado, *Theologia Moralis de Sacramentis in Genere, & in specie, simul cum alijs Materijs Moralibus*, como mas largamente consta de su original. Despachado en el Officio del Secretario Pedro Vrtiz de Ipiña. Su fecha en Madrid à 12. de Março de 1668. años.

Suma de la Tassa.

Taxaron los Señores del Consejo este libro intitulado: *Theologia Moralis de Sacramentis in Genere, & in specie, simul cum alijs Materijs Moralibus*, à cinco maravedis cada pliego, como mas largamente consta de su original.

Fee de Erratas.

Pagin. 27. col. 2. lin. 31. co adorandas, leg. coadorandas, p. 84. c. 2. l. 3. vbi dicitur, mutis, & surdas, leg. mutis, & surdis, p. 121. c. 2. l. 3. vbi dicitur à verbo Hebreo Missa, leg. Missac, p. 196. c. 1. l. 28. vbi dicitur, meretricis, leg. meretrices, & lin. subsequenti, vbi dicitur omissis, leg. omittentes, p. 174. c. 1. l. 28. in forma abolutionis, vbi dicitur: Dominus Iesu Christus absoluat, leg. te absoluat, p. 194. c. 2. l. 16. vbi dicitur, laudat consuetudinum, leg. consuetudinem, p. 224. c. 1. l. 10. vbi dicitur, Episcopalem, leg. quasi Episcopalem, p. 57. c. 2. l. 9. vbi dicitur propositiones, leg. propositiones, p. 165. lin. 15. vbi dicitur, re bene perspectat, leg. perspecta.

Hic liber inscripius: *Theologia Moralis de Sacramentis in Genere, &c.* demptis his mendis suo originali fideliter responder. Dat. Matriti die 3. mensis Iulij, anno 1668.

Matthæus Fernandez

LECTORI

EN tibi amice Lector, auulso de *Matrimonio,*
Et Censuris tomo, iam non deficit alter de Sa-
cramentis in genere, & sex in specie. Quæ sunt; *Bap-*
tismus, Confirmatio, Eucharistia, Penitentia, Ex-
trema unctio, Et Ordo, simul cū alijs Materijs Mo-
ralibus, quæ affines sunt ipsis Sacramentis, satisquæ
necessariæ pro illorum meliori intelligentia. Adest,
tibi Theologia promissa de Sacramentis, quæ suæ
dilectæ sponsæ Ecclesiæ reliquit, & instituit Chri-
stus, qui celestis Medicus è cœlo venit, nostra sanaturus
vulnera, nostra vlcera, curaturus medijs Sacramē-
tis, quæ medicinae sunt, & antidota nostræ saluti
præparata, vt fideles aquas hauriant in gaudio de
fontibus Saluatoris, iuxta Ilaïæ vaticinium, cap. 12.
In qua Theologia Morali cernere licet eundem sty-
lum, eandem methodum prospectare, qua vsus sum
in expositione Bullæ S. Cruciatæ, & in Theologia
Moralis de *Matrimonio, Et censuris.* Habes hic Chri-
stum nostræ saluti prospiciente in Sacramētis ab-
breuiatum; sicuti, & ipse abbreviatus est in carne as-
sumpta pro nobis; secundum illud Pauli ad Rom. 9.
Verbum abbreviatū faciet Dominus super terrā,
iuxta intelligentiam D. Hieronymi. Epist. ad Alga-
sum

siam q. 10. & D. Cypriani lib. 2. contra Iulios cap.
3. Et dico hic abbreviatam Chrestiam: quia in illius
Sacramentis exponendis hic habes doctrinam bre-
uem, & succintam; sed nō (quia breuis) difficultates
subterfugientem; sed potius, quæ in paruo codice fe-
re omnes contineat, quas in longioribus volumi-
nibus disputant, & tractant DD. In sequella opinio-
num eundem me exhibeo in hoc opere, quem me
vidisti in libris datis, & à te bene susceptis. Eas scili-
cet veneror, & amplector, quæ classicæ sunt, & à D.
Thoma, & ab Antiquis, & Recentioribus maturi iu-
dicii traditæ. In nouitate doctrinæ adstat pericu-
lū, securitas in trita senita. Quam eligo, nolēs, quòd
habeat de singularitate famosus (fortassis cum ludi-
brio) sed potius appetens, quòd iudicet de commu-
ni sensu cordatus. Si quid noui tibi offero opella in
hac, est scribendi modus, dispositio, & digestio diffi-
cultatū, quam ex penu paupere mei studij exhibeo,
contentus, quòd & si noua non scripserim; iuxta Vi-
centium Lyrinensem ca p. 7. dederim *nouiter*. Vale.

INDEX INTERROGATORIVM

quæ in hoc opere continentur, P. significat
paginam, N. numerum.

De Sacramentis in Genere.

Interrog. 1. Quæ est definitio Sacramenti in communi? pag. 1. num. 1.

Interrog. 2. An Sacramenta nouæ legis componantur ex rebus tanquam materia, & ex verbis tanquam forma? p. 3. n. 9.

Interrog. 3. Quæ variatio materiæ, & formæ obstat veritati Sacramenti? p. 4. n. 14.

Interrog. 4. An in casu dubij liceat iterare formam sub conditione supra eandem materiam? p. 5. n. 17.

Interrog. 5. An fuerit necessarium, esse Sacramenta? pag. 5. n. 21.

Interrog. 6. An Sacramenta nouæ legis causent gratiam? p. 7. n. 28.

Interrog. 7. Quæ sint Sacramenta nouæ legis? p. 9. n. 33.

Interrog. 8. Quis instituit Sacramenta? p. 10. n. 37.

Interrog. 9. Quis causat effectus Sacramentorum? pagin. 10. n. 39.

Interrog. 10. An aliqua Sacramenta imprimant caracterem? p. 12. n. 48.

Interrog. 11. Quis sit minister Sacramentorum nouæ legis? p. 13. n. 53.

Interrog. 12. An probitas ministri, seu illius bonitas sit necessaria ad valorem Sacramenti? p. 14. n. 59.

Interrog. 13. An minister teneatur seruari ritus Ecclesiæ in Sacramentis administrandis? p. 15. n. 65.

Interrog. 14. Quis nam sit capax recipiendi Sacramenta? pag. 16. n. 6.

Interrog. 15. An Sacramenta fictè suscepta, recedente fictione suum producant effectum? p. 10. num. 71.

Interrog. 16. An licite possint Sacramenta peti ab indigno ministro? p. 17. num. 74.

De Baptismo.

Interrog. 1. Quid sit Baptismus, & quando fuerit institutus? p. 19. n. 1.

Interrog. 2. An Baptismus sit necessarius? p. 20. n. 4.

Interrog. 3. Quænam sit materia Baptismi? p. 21. n. 21.

Interrog. 4. Quænam sit forma Baptismi? p. 24. n. 16.

Interrog. 5. Quis sit minister Baptismi? p. 26. n. 24.

Interrog. 6. Quis sit capax recipiendi Baptulum? pag. 29. n. 36.

I N D E X.

Interrog. 7. Quæ intentio, & dispositio requiratur ad suscipiendum Baptismum? pagina. 30. num. 43.

Interrog. 8. Quinam sint effectus Baptismi? p. 31. n. 45.

Interrog. 9. Quæ ceremoniæ sint adhibendæ in administratione Baptismi? p. 33. n. 53.

Interrog. 10. An conuenienter distinguatur tres Baptismi? p. 34. num. 56.

De Confirmatione.

Interrog. 1. Quid sit Confirmatio? p. 35 n. 1.

Interrog. 2. Quæ sit materia Confirmationis? p. 35 n. 4.

Interrog. 3. Quæ sit forma Confirmationis? p. 36 n. 6.

Interrog. 4. Quos effectus habeat Confirmatio? p. 36 n. 7.

Interrog. 5. An sit præceptum recipiendi Confirmationem? p. 36. n. 9.

Interrog. 6. Quod nam sit subiectum capax huius Sacramenti? p. 37 n. 11.

Interrog. 7. Quis sit minister Confirmationis? p. 37 n. 12.

De Eucharistia.

Interrog. 1. Quid sit Eucharistia? p. 39 n. 1.

Interrog. 2. Quæ sit materia Sacramenti Corporis? p. 41. numer. 6.

Interrog. 3. Quæ sit materia Sacramenti Sanguinis? p. 44. n. 35

Interrog. 4. An vino admiscenda sit aqua, & quo modo? p. 46. n. 20.

Interrog. 5. An materia consecranda debeat esse præiens ministro? p. 49. n. 29.

Interrog. 6. An materia consecranda debeat definiri, & determinari a ministro? p. 52. n. 31.

Interrog. 7. An materia consecranda exposcat determinatam quantitatem versus magnitudinem, aut paruitatem? p. 54. numer. 32.

Interrog. 8. Quæ sit forma in Sacramento Eucharistiæ? p. 54. n. 34.

Interrog. 9. Quid significant pro nomina *Hoc*, & *Hic* in his formis? p. 57. n. 40.

Interrog. 10. Quid fiat per formam consecrationis? p. 59. n. 46.

Interrog. 11. An in hoc Sacramento sint omnia, quæ Christus in se continet? p. 61. n. 52.

Interrog. 12. Quæ nam ex vi verborum, & quæ nam per concomitantiam contineantur in hoc Sacramento? p. 62. n. 57.

Interrog. 13. Quid sit præsentia Christi sub speciebus Sacramentalibus? p. 64. n. 61.

Interrog. 14. Quando Christus incipiat esse, & desinat esse sub speciebus consecratis? p. 67. n. 71.

Interrog. 15. Quomodo existant accidentia panis, & vini in hoc Sacramento? p. 69. n. 76.

Interrog. 16. Qua ratione sit adorandus Christus existens in hoc Sacramento? p. 72. n. 76.

I N D E X

Interrog. 17. An Eucharistia conferat augmentum gratiæ san-ctificantis? p. 73. n. 87.

Interrog. 18. An Eucharistia cōferat per se primam gratiam? p. 73. n. 88.

Interrog. 19. An Eucharistia remittat peccata venialia quoad culpam? p. 75. n. 93.

Interrog. 20. An Eucharistia præseruet a peccatis mortalibus? p. 76. n. 95.

Interrog. 21. An Eucharistia det gratiam, cū est in ore sumentis, antequam traiciatur in stomachum? p. 76. n. 97.

Interrog. 22. An laico liceat, sub vtrâque specie communi- care? p. 79. n. 107.

Interrog. 23. An Eucharistia operetur aliquid in corpore su- mentis illam? pagin. 80. numer. 110.

Interrog. 23. An Eucharistia remittat poenam temporalem? p. 81. n. 111.

Interrog. 25. Quæ personæ sūt capaces recipiendi Eucharistiæ? p. 82. n. 111.

Interrog. 26. An sit præceptū diuinum suscipiendi Eucharistiæ? p. 86. n. 116.

Interrog. 27. An fideles præ- cepto Ecclesiastico teneantur Eucharistiam suscipere, pag. 88. n. 126.

Interrog. 28. An ad Eucharisti- æ sumptionē status gratiæ re- quiratur? p. 91. n. 128.

Interrog. 29. An aliquando liceat Eucharistiam suscipere sine

confessione præmissa? pagin. 93. n. 130.

Interrog. 30. An peccatori pu- blico sit deneganda Eucharistia? p. 98. n. 133.

Interrog. 31. An sumpturus Eucharistiam debeat esse ieiunus? p. 100. n. 134.

Interrog. 32. An Sacerdos nō ieiunus possit celebra re ad con- ferendum Sacramentum Eucha- ristia infirmo morti proximo, si deficient Hostiæ consecratae? p. 103. n. 135.

Interrog. 33. An quando Sa- cerdos in Calice apposuit aquā loco vini, debeat postea vinum apponere, & illius consecratio- ne facta, species sumere possit nō ieiunus? p. 103. n. 137.

Interrog. 34. An Sacerdos non ieiunus possit perficere Sacrifi- cium Missæ? p. 104. n. 139.

Interrog. 35. An Sacerdos post ablutionem Calicis sumptam, aut dictas orationes, possit sume- re particulam consecratam quā post ablutionem reperit? p. 105. n. 144.

Interrog. 36. An possit quis non ieiunus suscipere Eucha- ristiam, ad evitandam grauem in- iuriam, aut irreuerentiam illius? p. 107. n. 149.

Interrog. 37. An infirmo non ie- iuno possit Eucharistia, vt Viaticum conferri? pag. 107. nu- mer. 151.

Interrog. 38. An qui dubitat, si sit ieiunus possit illa die com- municare? p. 108. n. 154.

I N D E X.

Interrog. 39. An pollutio impediatur susceptione Eucharistiae? p. 109. n. 157.

Interrog. 40. Quis sit minister Eucharistiae? pag. 110. numer. 161.

Interr. 41. An ad Sacerdotes solos, pertineat Eucharistiam administrare? pagin. 111. numer. 166.

Interrog. 42. Quomodo Sacerdos possit, & debeat dispensare Eucharistiam? pag. 114. numer. 174.

Interrog. 43. An Sacerdos possit communicare se ipsum, etiam extra casum necessitatis, deficiente alio Sacerdote, qui id prestare possit, & velit? p. 116. n. 182.

Interrog. 44. An sit conueniens, quotidie communicare? p. 117. num. 185.

De Sacrificio Missae.

Interrog. 1. Quid sit Sacrificiū? p. 121. n. 1.

Interrog. 2. An Missa sit Sacrificium legis gratiae? p. 122. numer. 6.

Interrog. 3. in qua actione consistat Sacrificium Missae? p. 125. n. 17.

Interrog. 4. Quis sit offerens in hoc Sacrificio? pagin. 127. n. 21.

Interrog. 5. Pro quibus offerri possit Sacrificium Missae? pag. 128. n. 24.

Interrog. 6. An Sacrificium

Missae habeat aliquem effectum ex opere operato? pag. 130. numer. 26.

Interrog. 7. Quid requiratur ex parte personae, pro qua offertur Sacrificium Missae? pag. 132. n. 32.

Interrog. 8. Quae applicatio Sacerdotis sit necessaria in Sacrificio Missae? pagin. 133. numer. 13.

Interrog. 9. An, & quomodo pro sit Sacrificium Missae illis, a quibus offertur? p. 134. numer. 38.

Interrog. 10. An Missa mali Sacerdotis sit minoris utilitatis, quam ea, quae a bono celebratur? p. 137. n. 42.

Interrog. 11. Quo duplex sit valor Missae? p. 137. n. 44.

Interrog. 12. An valor Missae sit infinitus? pagin. 139. numer. 48.

Interrog. 13. An liceat Sacerdotibus accipere stipendium pro Missa? p. 142. n. 55.

Interrog. 14. Quando tenetur Sacerdos ex iustitia celebrare? p. 146. n. 65.

Interrog. 16. Ad quam horam diei inceptio Missae possit extendi? p. 147. n. 70.

Interrog. 17. An sit quotidie Missa celebranda? pag. 147. numer. 72.

Interrog. 18. An possit Sacerdos eodem die plures Missas celebrare? pagin. 148. numer. 73.

Interrog. 19. An Missa sit celebranda

celebranda in loco sacro? pag. 147. n. 79.

Interrog. 20. An Missa possit celebrari in Ecclesia violata? p. 151. n. 85.

Interrog. 21. Quale debeat esse altare ad Missam celebrandam? p. 153. n. 89.

Interrog. 22. An ad celebrandum sint necessaria vasa sacra? p. 155. n. 97.

Interrog. 23. An ad celebrandum necessariae sint vestes sacrae? p. 156. n. 202.

Interrog. 24. Quae reverentia sit debita templis, vasibus, & vestibus sacris? pag. 158. num. 109.

Interrog. 25. Quae praeparatio requiratur ad celebrandam Missam? pagin. 159. num. 114.

Interrog. 26. An Sacerdos teneatur observare, & dicere, ea, quae continentur in Missali? p. 159. n. 120.

Interrog. 27. Quomodo occurrendum sit defectibus in Missa commissis? pagin. 161. numer. 128.

De Pœnitentia.

Interrog. 1. Quid sit Pœnitentiae virtus? p. 167. n. 1.

Interrog. 2. Quid sit Sacramentum Pœnitentiae; & quando fuit institutum? pag. 169. numer. 7.

Interrog. 3. Quae sit materia remota Sacramenti Pœnitentiae?

pagin. 170. numer. 110.

Interrog. 4. Quae nam sit materia proxima Sacramenti Pœnitentiae? p. 171. n. 13.

Interrog. 5. Quae sit forma Sacramenti Pœnitentiae? p. 173. n. 49.

Interrog. 6. Quomodo conferenda sit forma absolutionis? p. 174. n. 28.

Interrog. 7. An Pœnitentia remittat peccatum mortale? p. 175. n. 34.

Interrog. 8. An peccatum possit remitti absque Pœnitentia? p. 176.

Interrog. 9. An per Pœnitentiam remittatur poena peccatorum? p. 177. n. 44.

Interrog. 10. An peccata venialia remittantur per Pœnitentiam? p. 178. n. 47.

Interrog. 11. An peccata dimissa per Pœnitentiam redeant per peccatum subsequens, p. 180. n. 51.

Interrog. 12. An bona opera per peccata subsequens mortificata per veram Pœnitentiam iterum reuiuiscant? pagin. 180. n. 52.

Interrog. 13. Quid sit contritio? p. 182. n. 37.

Interrog. 14. An detur praecipuum de contritione elicienda, & quo tempore obliget? p. 183. numer. 66.

Interrog. 15. Quid sit attritio? p. 184. n. 193.

Interrog. 16. An possit dari Sacramentum Pœnitentiae infor-

me ex defectu doloris? p. 188. n. 83.

Interrog. 17. An sit præceptum diuinum de confessione? p. 190. n. 88.

Interrog. 18. Quando obligat hoc præceptum? pag. 191. num. 93.

Interrog. 19. An sit præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis? p. 193. n. 101.

Interrog. 20. Quæ confessio sit necessaria ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto confessionis annualis? pag. 197. num. 110.

Interrog. 21. An confessio annualis obliget ad confitendum per interpretem? pag. 195. num. 113.

Interrog. 22. Quid sit confessio Sacramentalis, & quas condiciones debeat habere? p. 196. n. 118.

Interrog. 23. An poenitens debeat omnia peccata mortalia confiteri? p. 198. n. 121.

Interrog. 24. Unde sumenda sit, & discernenda pluralitas peccatorum explicanda in confessione explicanda? pag. 200. num. 130.

Interrog. 25. An sufficiat confessio in generali peccatorum, quando poenitens peccati in particulari non recordatur? p. 203. n. 137.

Interrog. 26. An necessario confitenda sint circumstantiæ peccatorum? p. 204. n. 143.

Interrog. 27. An possit poeni-

tens iusta de causa reticere alia quæ peccata, aut illorum circumstantias in confessione? p. 120. n. 164.

Interrog. 28. An circumstantia, seu persona complicitis possit, & debeat manifestari in confessione, vt integra sit confessio? p. 211. n. 168.

Interrog. 29. In quibus casibus debeat iterari confessio? p. 212. n. 171.

Interrog. 30. An solus Sacerdos sit minister Sacramenti Poenitentiae? p. 214. 174.

Interrog. 31. Quid sit iurisdictio, & quotuplex? p. 215. n. 180.

Interrog. 32. Quis sit minister huius Sacramenti potestate ordinaria? p. 216. n. 186.

Interrog. 33. Quomodo cognoscendum sit ex qua Parochia sit vnusquisque? p. 218. numer. 191.

Interrog. 34. Quis sit minister huius Sacramenti, ex potestate delegata? pagin. 219. numer. 192.

Interrog. 35. An Episcopus possit coartare Regularibus licentiam ad audiendas confessiones, & an illorum approbatio sit perpetua? p. 221. n. 196.

Interrog. 36. Quis sit minister idoneus Sacramenti Poenitentiae? p. 223. n. 199.

Interrog. 37. An approbatus ab vno Episcopo pro sua Diocesi, etiam debeat approbatus pro qualibet alia? pag. 225. n. 203.

I N D E X

Interrog. 38. A quo Episcopo
facienda est aprobatio ad au-
diendas confessiones: p. 225. nu-
mer. 237.

Interrog. 39. Quis possit in Ec-
clesia casus reservare: p. 227. n.
215.

Interrog. 40. Quæ peccata
possint reservari: pag. 228. n.
217.

Interrog. 41. Quinam sint
casus defacto reservati: pag. 229.
n. 220.

Interrog. 42. Quis possit absol-
vere à casibus reservatis: p. 230.
n. 224.

Interrog. 43. An aliquis possit
absolvere à casibus reservatis Pa-
pa: p. 230. n. 227.

Interrog. 45. An peccata re-
servata oblita maneat reserva-
ta: p. 233. n. 241.

Interrog. 46. An Superior pos-
sit audire reservata sola, & ab-
solvere, & pro peccatis non re-
servatis mittere poenitentem ad
inferiorem confessarium: p. 234.
n. 248.

Interrog. 47. Quas conditio-
nes debeat confessarius habere:

Interrog. 48. An confessarius
teneatur interrogare poeniten-
tem: p. 236. n. 252.

Interrog. 49. An confessarius
teneatur mōnere poenitentem,
quem scit laborare ignorantia
vincibilis: pagin. 237. numer.
255.

Interrog. 50. An confessarius
debeat se conformare opinioni
poenitentis: p. 288. n. 258.

Interrog. 51. An confessarius
possit absolvere poenitentem
obligatum ad restituendum,
vel faciendum aliquid, antequam
illud faciat: p. 239. numer.
262.

Interrog. 52. Quid sit sigillum
confessionis, & qui nam illud ser-
vare teneantur: pag. 242. numer.
269.

Interrog. 53. An sigillum se-
extendat ad omnia audita in cō-
fessione: p. 243.

Interrog. 54. An possit con-
fessarius de licentia poenitentis
revelare confessionem: p. 244.
n. 273.

Interrog. 55. An liceat absque
fractione sigilli, vti extra confes-
sionem, scientia, quam confessa-
rius comparavit in confessione:
p. 245. n. 278.

Interrog. 56. Quæ poena sit in
iure imposita violatoribus sigil-
li: p. 247. n. 282.

Interrog. 57. Quomodo res-
pondendum sit interrogantibus,
quæ in confessione cognita sunt:
p. 228. n. 284.

Interrog. 58. An pro servanda
vita possit sacerdos aliquo mo-
do manifestare peccata poenitē-
tis: p. 249. n. 286.

Interrog. 59. An homo possit
satisfacere pro poena temporaria:
p. 250. n. 288.

Interrog. 60. Quid sit satisfac-
tio sacramentalis: p. 252. n. 299.

Interrog. 61. In qua mensura
debeat in iungi poenitentia à cō-
fessario: p. 259. n. 308.

Interrog. 52. An poenitens teneatur acceptare, & exequi poenitentiam iniunctam à confessione? p. 256. n. 314.

Interrog. 63. Quis possit tollere minucere, aut commutare poenitentiam iniunctam à confessione? p. 258. n. 320.

Interrog. 64. Quis sit effectus satisfactionis Sacramentalis? p. 260. n. 328.

De Clauibus Ecclesie.

Interrog. 65. Sint ne in Ecclesia Clauis? Et quid sint? pag. 261. num. 329.

De Indulgentijs.

Interrog. 1. An per indulgentiam remittatur aliquid de poena peccati? p. 262. n. 1.

Interrog. 2. Quotuplex sit indulgentia? p. 264. n. 5.

Interrog. 3. Quinam possint indulgentias concedere? pagin. 265. n. 13.

Interrog. 4. An ad concedendas indulgentias requiratur causa? p. 267. n. 24.

Interrog. 5. Quæ nam requirantur in eo, qui lucraturus est indulgentiam? p. 267. n. 15.

Interrog. 6. Quantum valeat indulgentia? p. 269.

Interrog. 7. Quandiu durent indulgentia? p. 270. n. 24.

Interrog. 8. An opus præscriptum pro obtinenda indulgentia, debeat esse honestum? p. 264. n. 25.

Interrog. 9. An eodem opere possit quis lucrari diuersas indulgentias? p. 273. n. 28.

Interrog. 10. Quid sit iubilæus & quid fieri debeat ad illius lucrationem? p. 173. n. 30.

De confessario sollicitante in confessione.

Interrog. 1. Quid de sollicitatione in confessione sit à Summis Pontificibus dispositum? p. 275. num. 1.

Interrog. 2. Quid sit sollicitatio in confessione, ob quam debeat confessarius denuntiari? p. 277. n. 6.

Interrog. 3. An in aliquibus casibus cesset obligatio denuntiandi confessarium sollicitantem? p. 180. n. 9.

Interrog. 4. An denuntiatio debeat fieri ante confessionem? p. 283. n. 12.

Interrog. 6. An confessarius teneatur monere foeminam sollicitatam de obligatione ad denuntiandum? p. 284. n. 17.

Interrog. 7. An qui audierit, aut sciuerit, foeminam fuisse sollicitatam, teneatur denuntiare? p. 268. n. 22.

De Extrema unctione.

Interrog. 1. An Extrema unctio sit Sacramentum nouæ legis? Quæ sit eius materia? Quæ eius forma? p. 288. n. 1.

Interrog. 2. Qualis sit effectus

us huius Sacramenti: pag. 291. num. 11.

Interrog. 3. Quibus personis est hoc Sacramentum ministrandum? pag. 293. n. 16.

Interrog. 4. An sit præceptum suscipiendi hoc Sacramentum? Et quæ dispositio ad illud suscipiendum requiratur? pag. 295. n. 23.

Interrog. 5. Quis sit minister huius Sacramenti? pag. 295. num. 27.

De Ordine.

Interrog. 1. Quid sit Ordo? Et an sit Sacramentum nouæ legis? p. 298. n. 1.

Interrog. 2. Quot sit Ordines in Ecclesia? p. 299. n. 5.

Interrog. 3. An septem Ordines sint Sacramentum? pag. 301. num. 11.

Interrog. 4. Quæ sit materia Sacramenti Ordinis? pag. 301. num. 13.

Interrog. 5. Quæ sit forma Sacramenti Ordinis? p. 302. n. 17.

Interrog. 6. Quisnam sit effectus Sacramenti Ordinis? p. 304. n. 22.

Interrog. 7. Quisnam sit minister Sacramenti Ordinis? p. 305. n. 29.

Interrog. 8. An homo baptizatus cuiusvis ætatis sit capax recipiendi Sacramentum Ordinis? p. 308. n. 40.

Interrog. 9. An debeant seruari interstitia inter vnum, & alte-

rum Ordinem? p. 312. n. 55.

Interrog. 10. Quo tempore sit conferendum Sacramentum Ordinis? p. 313. n. 62.

Interrog. 11. Quæ scientia in ordinando sit necessaria, & quæ mores? p. 313. n. 67.

Interrog. 12. An sit necessarium ad suscipiendos Ordines sacros habere Beneficium, aut patrimonium? p. 214. n. 71.

Interrog. 13. An Clerici debeant gestare tonsuram apertam, & habitum Clericalem? p. 317. n. 83.

Interrog. 14. An coniugatus possit Ordines recipere sine licentia vxoris? p. 321. n. 97.

Interrog. 15. An Ecclesiastici sint exempti a civili potestate? p. 318. n. 87.

Interrog. 16. An Sacramento Ordinis annexum sit votum castitatis? p. 323. n. 101.

De Beneficijs.

Interrog. 1. Quid sit Beneficium & quo duplex? p. 324. n. 1.

Interrog. 2. An pensiones, & præstimonja sint Beneficia Ecclesiastica? p. 325. n. 4.

Interrog. 3. Quis potest conferre Beneficia? p. 326. n. 8.

Interrog. 4. Quis sit capax recipiendi Beneficium Ecclesiasticum? p. 327. n. 12.

Interrog. 5. Quæ requirantur in eo, qui suscepturus est Beneficium? p. 328. n. 13.

Interrog. 6. Quæ obligatio sit post susceptum Beneficium? pag. 329. n. 17.

Interrog. 7. An quis possit habere plura Beneficia? p. 330. n. 21.

Interrog. 8. An residentia Beneficij sit de iure diuini? pag. 330. n. 24.

Interrog. 9. Quomodo vacet Beneficium? p. 331. n. 26.

De Officio Diuino.

Interrog. 1. Quid sit Officium diuinum? p. 332. n. 1.

Interrog. 2. Qui teneantur diuinum Officium recitare? pag. 332. n. 2.

Interrog. 3. An Officium diuinum sit integre recitandum? p. 335. n. 3.

Interrog. 4. Qua hora sit diuinum Officium recitandum? p. 337. n. 5.

Interrog. 5. Quo in loco debeat recitari diuinum Officium? p. 338. n. 6.

Interrog. 6. An Officium diuinum debeat attente recitari? p. 338. n. 7.

Interrog. 7. Quod Officium diuinum sit recitandum? p. 339. n. 8.

Interrog. 8. Quae excusent a recitatione diuini Officij? p. 341. n. 12.

Interrog. 9. An Beneficiarius qui non potest soluit Officium diuinum, teneatur restituere? p. 341. n. 13.

SECTIO PRIMA DE SACRAMENTIS IN GENERE.



*D*e Sacramentis in genere disputant DD. Scholastici cum Magistro in 4. dist. 1. ibi Scotus, D. Bonavent. Sotus, & alij, Div. Thom. 3. part. q. 60. & ibi cum S. Doctore Thomista Canus, Nunus, Ludovicus Lopez, 2. tom. sum. Enriquez, 1. tom. Belarminus tom. 2. à princip. Coninch, Trullench, Hurtado, Caspensis, Ocbagavia, & alij plures.

INTERROG. I

Qua est definitio Sacramenti?

I Resp. Relictis varijs acceptionibus huius nominis *Sacramentum*, quod solet significare iuramentum, & secretum iuxta illud Tobiae 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est*, hic accipitur pro signo rei sacrae prout communiter accipitur à Concilijs PP. & DD.

Et Sacramentum, hoc modo sumptum definitur à Magistro in 4. dist. 1. *Sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma eiusdem gratiae imaginem gerens, & causa existens. Quae definitio solum comprehendit Sacramenta nouae legis, quae causa sunt gratiae, quae datur per ipsa, non tamen sub se continet Sacramenta legis veteris, quae gratiam non conferebant, vt dicam suo loco.*

3 Communior definitio Sacramenti est hæc Sacramētum est signum rei Sacrae sanctificantis nos. Est D. Thom. 3. p. q. 60. art. 2. quam DD. amplectantur cōmuniter; rei Sacrae, id est, gratiæ habitualis, quæ nos iustificat, facitque per internam renovationem sanctos, filiosque Dei adoptivos. Quæ definitio etiã conuenit Sacramentis veteris legis, quæ etiã significabant hanc internam sanctitatem dandam postea, ob meritum Christi Redemptoris nostri virtute Sacramentorum nouæ legis, vt habent DD. communiter. Et ita Sacramenta legis veteris erāt signa speculatiua gratiæ; nostra autem Sacramenta nouæ legis sunt practica signa quia, gratiam, quam significant conferunt DD. communiter.

4 Signum, in definitione positum non est naturale, sed ad placitum ex Christi institutione ad significandam gratiam; licet, ita sint Sacramenta signa ad placitum, vt in naturali proprietate habeant aliquam proportionem ad id, quod imponentis placito significant, v.g. ablutio aquæ in Baptismo denotat internam abluitionem a peccatorum sordibus, & id proportionem habet ad naturam aquæ, quæ corpus abluit, & mundat, & sic de reliquis.

5 Deinde hoc signum debet esse sensibile, nam cum Sacramenta instituta sint pro homi-

nibus, quorum cognitio incipit a sensibus, oportuit, ea signa, quibus ad internam gratiã cognoscendam ducuntur, esse sensibilia.

6 Si arguas cōtritiō est materia Sacramēti Pœnitentiæ; & tamen non est quid sensibile; ergo non est de ratione Sacramēti, esse signum sensibile.

7 Respondetur facile, cōtritionem esse materiam Sacramenti, prout externis vocibus manifestatur, vocibus autē sunt signa sensibilia; manifestatur enim per Confessionem.

8 In omni Sacramento tria, hæc considerantur, & reperiuntur: *Sacramentum tantum, res Sacramenti, res & Sacramentum simul.* Sacramentum tantum est signum exterius, quod causat gratiam. Res Sacramenti est effectus Sacramenti, qui est gratia. Res, & Sacramentum simul est, quod causat, & significat, & causatur, & significatur, vt asserit Magister sententiarum in 4. dist. 8. In Sacramentis, quæ characterem imprimunt, *character est res, & Sacramentum simul.* In Eucharistia est Corpus Christi subspeciebus Sacramentalibus. In Sacramento Pœnitentiæ est cōtritiō. In Matrimonio est vinculum mutue obligationis. In Sacramento Extremæ vntionis est lætitiã, & confortatio ad labores infirmitatis sufferēdos, vt ait Villalobos 1. par. tract. 4. diffic. 1.

INTERROG. II.

An Sacramenta nouæ legis componantur ex rebus tamquam ex materia, & ex verbis, tamquam ex forma?

9 Resp. Affirmatiuè, vt est definitum in Concilio Florentino sub Eugenio IV. per hæc verba: *Omnia Sacramenta nouæ legis tribus perficiuntur, rebus tamquam seu quasi materia, & verbis quasi forma, & persona ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.* Idem asserit Concilium Tridentinum sess. 4. capit. 3. & dicit Diu. Augustinus hom. 4. super Ioann. *Accedit uerbum ad elementam, & fit Sacramentum.*

10 Nec necessarium est, quod forma in rigore sint verba, nec materia sit res, vt videre licet in Sacramēto Matrimonij; in quo signa consensus aut verba, quatenus sunt traditio sunt materia, quatenus uerò acceptatio sunt forma, vt asserunt DD. cōmuniter.

11 Id ergo, in Sacramentis, est materia, quod in illo est determinabile, quod gaudet uice materiæ. Id autem, quod determinat habet rationem formæ, v.g. in Sacramento Pœnitentiæ confessio uerbis, aut signis facta est materia, & res (& idem est de contritione) absolutio uerò, quæ ipsas determinat est forma.

12 Et asserit Florentinum, Sa-

cramenta componi, ex rebus, quasi materia, & uerbis, quasi forma, ad denotandum, non esse eorum rigore formas, sicut sunt materia, & forma compositi physici naturalis, aut artificialis, quæ simul sunt in composito; sed in Sacramēto non ita; quia panis est Eucharistiæ materia, & uerba sunt forma, quæ transeunt, & post consecrationem non remanent, quamuis persistat Sacramentum; & ideo aduertenter dixit Florentinum, *quasi materia, & forma*, vt benè obseruauit Villa Lobos 1. tom. sum. diffic. 2

13 Inter materiam, & formam Sacramenti est unio necessaria; cum Sacramentum sit, quoddam compositum. Quæ coniunctio non debet esse physica: cum Sacramentum sit compositum artificiale morale; satis est moralis coniunctio formæ ad materiam, & materiæ ad formam, vt asserunt DD. cōmuniter. Quæ moralis coniunctio sic explicatur: *Si uerba non ita distent à re sensibili, ut non censentur ad illam pertinere seu illam actuare, & determinare ad significationem rei sacræ.* Quod quidem optimè potest intelligi, si uerba parum distent à materia, licet non simul coexistent. Videatur Granado in 3. p. tom. 1. contro. 3. tract. 1. disp. 4.

13 Materia Sacramēti est duplex, alia est remota, alia proxima. Remota est illa, ex qua fit proxima, v. grat. in Sacramento

Baptismi materia remota est aqua, & proxima est ablutio; in Sacramento Poenitentiae materia remota sunt peccata, & actus poenitentis sunt materia proxima. De quo dicam suis in locis.

INTERROG. III.

Quae variatio materiae, & formae, obstat veritati Sacramentis?

14 Resp. Si variatio materiae, & formae sit essentialis non conficitur verum Sacramentum; id est, si forma, aut materia mutetur, ut non habeat id, quod de Christi institutione est essentialis Sacramento, non poterit illud esse ratum, & validum, cum nihil possit consistere, sine eo, quod illi est essentialis, DD. communiter.

15 Si variatio materiae, aut formae accidentaria sit, non obstat veritati Sacramenti. DD. communiter, eo quod haec mutatio integras relinquit formam, & materiam Sacramentorum. Unde tenet consecratio, siue sit in azy mo, siue *in fermentato*, in vino albo, aut nigro, & Baptismus, siue fiat aqua *calida*, siue *frigida*; & idem dicendum de forma; nam idem est pronuntiare formam Latinis verbis, *ò en romance*, *ò la mitad en latin*, y *la mitad en romance*, siue transponendo verba sine mutatione sensus, v.g. *baptizate*, aut addendo

aliquod verbum, quod sensum non variet, v.g. *Ego te baptizo in nomine Patris Omnipotentis, &c.* Et quando esset mala pronuntiatio ministri dummodo retineatur essentialis sensus, unde Baptismus collatus in nomine *Patria, Filia & Spiritus Sancta* valet ex Zacharia Papa in cap. *retulerunt de consecrat. dist. 4. &c.* D. Thom. 3. p. quaest. 60. art. 7. communi sensu DD. nam illae voces quamvis significationem aliam in rigore habeant, communiter tamen ibi pro tribus personis sumuntur; intellige tamen, modo sic baptizans haberet intentionem Ecclesiae; secus, si credat in Trinitate esse filiam, in cuius nomine vult Sacramentum conficere, ut bene Ledesma in sum cap. 1. de Sac. conc. 10. in fine; nam tunc exprimit errorem contrarium ipsi formae.

16 Mutare formam transmutando ipsam auferendo, aut addendo, aut pronuntiationem corrumpendo, aut faciendo sensum dubium est peccatum sacrilegij; etsi mutatio esset in re graui esset mortale; ob recessum in re magni momenti ab usu communi Ecclesiae DD. communiter. Quae autem sit mutatio grauis, aut leuis, prudentis hominis arbitrio re-

linquitur.

De Sacramentis in genere.

INTERROG. IV.

An in casu dubij liceat iterare formam sub conditione supra eandem materiam?

17 Resp. Si dubitetur de veritate formæ, v. g. si non recorderur minister totaliter, an dixerit verba? an non, aut dubitaret si prolata verba essent sufficientia, debet iterare sub conditione, dicendo: *Si non est baptizatus, ego te baptizo*, DD. communiter. Quod verum est etiam si Sacramenta non sint iterabilia, vt est Baptismus, & Ordo, ad quæ duo Sacramenta repetenda, seu iteranda non est necessaria dubitatio adeo grauis, sicuti ad reliqua iteranda, ob magnū inconueniens, quod r. sultaret si hæc duo Sacramenta non essent vera, vt asserit Ledesma contra Sorum, in sum. cap. 1. conc. 14.

18 Ob leue dubiū, seu scrupulum forma repetenda non est, nec Sacramentum iterandum; quia iteratio Sacramenti sine causa, est quædam irritio illius, vt asserunt DD. communiter. Debet deponit scrupulus, maximè ab eo, qui, Sacramenta rite, & rectè administrare solet, vt asserunt DD. communiter.

19 Qui etiam communiter asserunt (leclusa necessitate) numquam licere vti materia, vel forma dubia, vel probabili relicta omnino certa, v. g. bap.

tizare in bodrio, relicta aqua naturali clara, & certa, vel in nomine genitoris, geniti, &c. quia se exponeret periculo nihil agendi, & potest illud euitare adhibendo certam formam, & materiam certam.

20 In casu necessitatis (deficientibus forma, & materia certis) poterit adhiberi dubia, aut probabilis. Vnde in mortis articulo poterit quis in aqua dubia baptizare, & vti forma dubia, quando non adest qui nouerit formam certam. Filiuc. Bonac. Enriq. & DD. communiter.

INTERROG. V.

An fuerit necessarium esse Sacramenta?

21 Resp. Institutio Sacramentorum non fuit necessaria simpliciter, ita vt absque illis non possent homines alio modo saluari; quia Dei potentia, & eius infinita virtus in homine saluando, nō est alligata Sacramentis: cum possit, sine illis, alijs medijs illum saluare, & ad gloriā perducere, vt asserunt Doctores communiter, cum Diuo Thom. 3. p. q. 60. artic. 4. Sunt tamen Sacramenta necessaria ad melius esse, & vt rectius, ac cōuenientius homines salutem consequantur: quo pacto dixit Augustin. lib. 12. de Trinit. cap. 10. *In carnationem fuisse ad salutem necessariam.*

22 Supposita Christi institutione Sacramenta necessaria

sunt necessitate medijs ad salutem; hoc est: ita sunt necessaria, ut sine illis, absoluté, nequeat salus obtineri; non omnia, sed aliqua, v.g. Baptismus, & Poenitentia; ille quidem saltem in voto pro adultis, & re ipsa pro paruulis: hæc vero, posito actuali peccato, eo modo quo de singulis agens, explicabo; sicque conclusio intellecta est de fide, ut habetur in Tridentin. ses. 7. cap. 5. Sunt etiam Sacramenta necessaria necessitate præcepti. **Quæ** autem hæc sint dicam suis locis.

23 In statu innocentie non fuerunt necessaria Sacramenta, in quo non erant infirmitates, & consequenter, nec necessariae medicinae DD. communiter.

24 Nec obest si dicas, in illo statu essent sacrificia, ergo & Sacramenta. Respõdeo, aliqui dicunt in illo statu, nec futura sacrificia: nam ad protestandam fidem sufficiebant verba. Sed (quidquid sit de antecedenti) dico (admittendo illud) esse rationem disparem, quia finis sacrificij est cultus diuinus; quem homo debebat dare Deo insignum reuerentia, & recognitionis tantæ Maiestatis: Sacramentũ verò respicit immediatè subiectum infirmum, ut mediantè illo salutem, & sanctificationem recipiat. Quod non habet locũ in illo foelici statu.

25 In lege naturali fuerunt Sacramenta, DD. communiter

cum D. Thom. quæst. 71. art. 3. Tum quia in lege naturæ fuit Sacerdotium in Melchisedech, & videtur, non esse necessarium si non esset Sacramentum. Tum, quia in lege scripta peccatum originale foemellarum tollebatur Sacramento legis naturæ; ergo, &c. Et quamuis in lege naturæ aliqui Theologi dicant pro paruulis (pro delendo originali) fuisse solam fidem inter nam parètum, aut aliorum, quæ eos offerebant Deo implicite saltem profitentes aduentum Christi, nec fuisse necessarium aliquod signũ exterius, seu visibile, ut sunt D. Bonauentura in 4. dist. 1. Ricard. art. 5. quæst. 1. 2. & 3. Sotus 2. quæst. 1. art. 4. Vazquez disp. 265. cap. 3. & sequitur Hurtad. disp. 2. diffie. 4. Melius tamen alij asserunt, in lege naturali, præter internam fidem, fuisse aliquod signum sensibile, seu Sacramentum, quod applicaretur paruulis, ut ab originali liberarentur. Sic Scotus in 4. dist. 1. quæst. 6. Durandus quæst. 8. Paludanus quæst. 5. art. 5. Belarminus lib. 1. de Sacr. cap. 1. Suarez disp. 4. sec. 2. & alij, quos ipse refert. Et est ratio; quia in lege naturæ erat Ecclesia visibilis; ergo paruuli liberandi erant ab originali media applicatione alicuius signi sensibilis. Et videndus de hoc Granad. in 3. part. tom. 1. controu. 3. trac. 2. disp. 2.

26 In lege scripta certum est fuisse, præter circumcisiõnem

alia Sacramenta, seu ceremonias institutas à Deo ad significandam gratiam dandam per Christum, vt supponit Eugenius 4. in suo decreto fidei: huiusmodi autem in ea lege fuerunt vñctiones, quibus Sacerdotes Leuitici consecrabantur, & effus agni paschalis, & purificationes, quibus fideles purificabantur à quibusdam immundities legalibus. Et ex illis consecrationes, seu vñctiones significabant Sacramentum Ordinis in lege gratiæ: effus agni paschalis significabat Sacramentum Eucharistiæ purificationes significabant Sacramentum Pœnitentiæ, vt asserunt DD. commun.

27 De Circumcisione, quæ fuit in lege veteri scripta, & antea cœperat à tempore Abrahami, omnes conueniunt, fuisse verè, & propriè Sacramentum, quia ex institutione Dei saltem figurabat, & significabat Sacramentum Baptismi, & gratiam per ipsum dandam. Quam circumcissionem cõtulisse gratiam ex opere operato, seu ex Dei institutione, tenent D. Bonauentura in 4. dist. 1. art. 3. quæst. 3. Scotus quæst. 6. Durandus q. 7. Enriquez lib. 1. cap. 7. & Bonacina disp. 1. quæst. 1. punct. 3. Sed verior, & probabilior est sententia negatiua. Sic D. Thomas 3. p. q. 52. art. 6. & q. 70. art. 4. Bellarminus libr. 2. de Sacra. cap. 13. Valentia disp. 3. quæst. 3. punct. 3. Suarez disp. 10. Vazq.

12. disp. 134. Coninch. quæst. 62. art. 6. Et DD. communiter. Et constat ex Eugenio IV. in Decreto fidei vbi loquens de Sacramentis veteris legis ait, non causasse gratiam, sed tantum figurasse dandam per passionem Christi, ergo &c. Et ita circumcisio, non conferebat ex se gratiam remissiuam originalis peccati; sed Deus illam conferebat posita circumcissione tamquam conditione, vt benè Conin. q. 62. art. 6. num. 146. & Granad. contro. 3. de Sacra. tract. disp. 7. sec. 3.

INTERROG. VI.

An Sacramenta nouæ legis causent gratiam?

28 Resp. Affirmatiuè. Quod est de fide definitum in Concilio Florentino de vnio Armenorum, & in Trident. sess. 17. can. 6. 7. & 8. Et in hoc differunt Sacramenta nouæ legis à Sacramentis legis antiquæ; quia hæc solum erant signa speculatiua gratiæ dandæ postea per Christum; Sacramenta autem nouæ legis illam conferunt ex opere operato illa digne suscipientibus, vt instrumenta Dei, virtute sua, seu vi sua; nam in se continent merita Christi, & ad sanctificandos homines fuerunt instituta à Christo: & ideo sunt signa practica gratiæ sanctificantis, vt asserunt DD. communiter. Gratia Sacramentalis est gratia habitualis, simul cum speciali au-

xilio ad Sacramentorum effectus comparandos, v.g. Baptismus confert gratiam habituale cum auxilio, vt baptizatus fiat membrum Christi. Cōfirmatio dat gratiam cū auxilio ad profitendum fidem, & ad defendendum illam. Et sic de reliquis Sacramentis.

29 An verò Sacramenta causent gratiā, vt instrumenta physica, an solum, vt moralia? Est controuersia inter DD. Ex quibus Scot. in 4. dist. 5. D. Bonau. art. 1. q. 4. Vazq. dist. 132. Conin. q. 62. art. 4. & alij asserunt, solū causare illā, vt instrumenta moralia. Sed communis Thomistarū sententia tenet, illam causare physicē, ita vt illam immediatē efficiant, sic Caiet. q. 62. art. 1. Palud. Sot. in 4. q. 3. ar. 3. & commun. Thomistæ, quos sequitur Suar. disp. 9. lec. 2. Quæ opinio mihi placet, & quia est D. Thomæ, & quia cedit in maiorem nobilitatem Sacramentorum.

30 Et ex Sacramētis, alia sunt mortuorum, scilicet Baptismus, & Pœnitentia, & hæc conferunt primam gratiam; quia non supponunt, nec requirunt illam in suscipiente, vt asserunt DD. cōmuniter, ex illorum institutione. Reliqua quinque Sacramenta, quæ restant, scilicet confirmatio Eucharistiæ, Extrem. ūctio, Ordo, Matrimonium dicuntur Sacramenta viuorum, quia præsupponunt vitam gratiæ in anima suscipientis illa digne, & ita vt illa quis digne suscipiat, qui

habuerit fœditatem animi, aut conscientiam peccati lethalis eget cōtritione, nec necesse est, quod confiteatur, nisi vellet Sacram Eucharistiæ suscipere, vt alibi dicam.

31 Sacramēta mortuorum per accidens possunt conferre secundam gratiam, v.g. si quis cōtritus accessit ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, accessit cum gratia, & consequenter, Pœnitentia tunc cōfert augmentum gratiæ, DD. commun. Eadem est ratio de aduito, qui contritus accederet, ad suscipiendum Baptismum.

32 Sacramenta viuorū posse cōferre primam gratiam aliquando, negant plures Gabriel in 4. dist. 9. q. 2. art. 3. Ocham q. 8. D. Bonau. art. 2. q. 3. Maior, & alij; quia ex institutione Christi hæc Sacramenta conferunt secundam gratiam, seu augmentum illius; ergo numquam possunt causare primam.

33 Sed alij probabilius affirmant. Sic D. Thom. q. 79. ar. 3. & q. 80. art. 4. & 5. loquens de Sacramento Eucharistiæ, Palud. Ricard. Alensis. D. Antonin. Vega, & alij, apud Suar. 3. p. tom. 3. disp. 6. sec. 1. Quæ sententia sua detur facilē; quia Sacramenta mortuorū possunt causare augmentum gratiæ per accidens, etiamsi ad id instituta non sint, ergo, & Sacramenta viuorū primā poterunt causare gratiam; etiamsi ad id instituta nō sint per se; quia Sacramenta dant gratiā non

non ponentibus obicem, ex Tridentino.

INTERROG. VII.

Quot sint Sacramenta nouæ legis?

33 Resp. Sunt septem. Quod est de fide definitum in Concilio Florentino, & Tridentino scilicet. 7. can. 1. ubi dicitur: *Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia a Christo Domino instituta, aut esse plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem, non esse verè, & propriè Sacramentum, anathema sit.*

34 Sanctus Thom. ar. 1. optimis congruentijs declarat rationem, ob quam sunt instituta Sacramenta septem, non plura, nec pauciora. Et sic loquitur Concilium Florentinum in decreto Eugenij dicens: *Horum quinque prima ad spiritualè uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem, duo vltima ad totius Ecclesie regimè, multiplicationemq; ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur, per Confirmationem augetur in gratia, & roboramur in fide: renati autem, & roborati nutri- mur diuina Eucharistia alimonia. Quod si per peccatum a rititudine incurrimus animæ, opere Pœnitentiæ spiritualiter sanamur, spiri- tualiter etiam, & corporaliter (prout anima expedit) per Extre- mam unctionem. Per ordinem verò Ecclesia gubernatur, & multipli- catur spiritualiter: per Matrimo-*

nium corporaliter augetur. Hæc te- nus Concilium Florentinum.

35 Septem Sacramenta nouæ legis distinguuntur specie. Quorum formæ sunt essentialiter distinctæ in ratione significa- tionis materiæ, etiam Sacramen- torum sunt valdè diuersæ natu- ræ. Finis deniq; proximi ad quos institutæ sunt, sunt valdè diuer- si, vt constat ex verbis Florenti- ni Concilij relati; ergo &c.

36 Sunt etiam hæc septem Sa- cramenta inæqualis perfectionis. Et propositio hæc quatenus af- firmat, non omnia Sacramenta esse paria definitur à Tridenti- scis. 7. Can. 3. de Sacr. in genere. Quod quidè definitum videtur propter Eucharistiæ Sacramen- tum, quod omnium est nobilissi- mum, vt docet D. Thom. ar. 3. & Scholastici in 4. dist. 3.

37 Is ergo in Sacramentis, per- fecticnis adstruendus est ordo. Primum locum obtinet Eucha- ristia; tum, quia continet in se Christum Dñm totius sanctita- tis authorem; tum, quia habet esse permanens; cùm reliqua con- sistant in quadam successiua ap- plicatione. Secundum locum ob- tinet Ordo, qui est proximus Eu- charistiæ cōsecratq; homines, vt sint ministri Sacramenti, om- nium nobilissimi. Tertium Cō- firmatio, quæ hominem robo- rat in fide, & vita spirituali. Quartum Baptismus, qui per- fectè regenerat hominem, & omnem culpam ante ipsum cō- missam delet. Quintum Extre-

manu suo, quæ reliquias peccatorum absorbet. Sextum Pœnitentia, quæ spirituales vitam peccato mortali amissam restituit. Septimum, Matrimonium, quod est minus spirituale, & ad corporalem propagationem ordinatur. Videatur Granado cōtrou. 3. tract. 6. disp. 3.

INTERROG. VIII.

Quis instituit Sacramenta

37 Resp. Solus Deus potest instituire Sacramenta, tamquam causa principalis; quia solus Deus auctor est gratiæ, in lege Euangelica Christus Dominus Sacramenta instituit, ut definitum est in Florentino, & Tridentino sess. 7. can. 1. Qui cum Deus sit, & homo, in quantum Deus illa instituit propria sua auctoritate, & quatenus homo, per potestatem excellentiæ ex coniunctione humanitatis ad verbum, & propter valorem infinitum suorum meritorum, & satisfactionis, DD. communiter.

38 Qui etiam conueniant, potuisse Christum communicare Apostolis, & Ecclesiæ potestatem instituendi Sacramenta: sed illam, nec Apostolis, nec Ecclesiæ concessit, ut faterentur omnes Catholici.

(* ✠ *)

INTERROG. IX.

Quis causat effectum Sacramentorum?

39 Resp. Solus Deus est causa principalis gratiæ, quæ est effectus Sacramentorum iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Deus qui iustificat*. Et idem est, de altero effectus Sacramentorum, scilicet caractere, in his, quæ characterem imprimunt, DD. communiter, cum D. Thom. 3. p. q. 64. art. 1.

40 Sacramenta sunt causa instrumentalia gratiæ. Est etiam causa instrumentalis minister Sacramentorum, quem, ad effectum causandi gratiam assumit Deus simul cum Sacramentis.

41 Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam: *Ex opere operato ex se, & ex vi sua nõ ponit obicem*. Sicuti definitum est in Tridentino sess. 7. can. 7. per hæc verba: *Si quis dixerit, nõ dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & in omnibus, &c. anathema sit*. Et est ratio; quia Sacramenta (supposita diuina institutione) operantur admodum causæ naturalis, quæ semper positis requisitis ad operandum ex parte subiecti, suum operatur effectum, dixi: *modo ob eam non apponatur*, nam si suscipiens ponit obicem, seu impedimentum, nõ recipiet gratiam: Obicem ponit, qui Sacramen-

menta suscipit sine dispositione debita, aut cum peccato mortali actualiter tunc commisso, ut dicam alibi.

42 Vnumquodque Sacramentum diuersam gratiam Sacramentalem causat; nā vnumquodque Sacramentum institutum est ad finem proprium; ergo debet causare gratiam suo fini correspondentem: Sic Baptismus causat gratiam regeneratiuam, Confirmatio roboratiuam, Eucharistia nutrimentalem, & sic de reliquis.

43 Sacramenta eiusdē speciei æqualem causant gratiam insubiecto æque disposito. Sic cum D. Thom. 3. part. quæst. 69 art. 8. DD. communiter. Et ita, in pueris Baptismus causat æqualem gratiam; nam idem est specie Sacramentum, & eadem dispositio. Si vero maior fuerit suscipientis dispositio, maiorem gratiam causabit Sacramentū; etiam si sit eiusdem speciei, v. g. adultus qui cum attritione lupernaturali, aut contritione Baptismum suscipit maiorem accipit gratiam, quam infans, ut est commune apud DD.

44 Si Sacramenta inter se comparantur, quatenus vnum ab alio specie differt, non conferunt ex se æqualem gratiam; sed sicut Sacramenta specie, & perfectione differant, ita similiter gratia. Vnde Sacramentum perfectius perfectiorem causat gratiam, ideo Eucharistia per-

fectiorem dat gratiā, quia omnium Sacramentorum est perfectius, Sotus in 4. dist. 6. quæst. 1. art. 6. ex D. Thom. 3. p. quæst. 64. art. 3. & DD. communiter.

45 Suscipiens Sacramentū à meliori ministro non recipit maiore gratiam quā si susciperet ab improbo; quia gratia nō confertur ob meritum ministri, sed ob Christi merita, DD. com.

46 Sacramenta nunquam conferunt gratiam, *ex opere operato*, ante quam sint, communiter DD. quia, quod non est, operari non potest.

47 Nec obstat, quod Baptismus in voto susceptus deleat originale peccatum, & causet gratiam; idem de Pœnitentia in voto. Quia facile respondeo, quod gratia, quæ tunc recipitur non est effectus, *ex opere operato* illorum Sacramentorum, sed contritionis, & dispositionis ipsius operantis, quem effectum habet cōtritio in ordine ad ali- quod Sacramentum ex dictis, quod in voto, seu desiderio includit.

50 Sacramenta conferunt gratiam eo tempore, quo actu suscipiuntur, si nō sit ob ex; hoc est, *in eo instanti intra seculo terminante successionem motus*, in quo verum est dicere: *sam est completa significatio Sacramenti*, Suarez tom. 7. in 3. p. disp. 8. sec. 2. Enriq. lib. 1. c. 19. n. 1. Bonac. tom. 1. disp. 1. q. 4. p. 7. num. 1. & DD. communiter.

INTERROG. X.

An aliquis Sacramenta imprimant characterem?

48 Resp. Tria Sacramenta nouæ legis videlicet, Baptismus Confirmatio, Ordo characterem imprimunt. Est de fide ex Tridentino sess. 7. can. 9. & ex Florentino in decret. Eugenij; & citat sentit Ecclesia.

49 Qui character vox est Græca, significat formam, seu figuram, aut signum, quo res tali signo munita se cernitur, vt ovis ferro candenti signata, distinguitur à non signatis.

50 Est igitur character: *Qualitas spiritalis ab anima distincta, eique realiter infusa qua homo redditur aptus ad Sacramenta suscipienda, vel ad ministranda, vel ad alia diuini cultus opera.* Sic Valentia tom. 3. disp. 3. q. 4. p. 1. Suarez disput. 11. sec. 2. & DD. communiter, ex D. Thom. 3. p. q. 53. art. 2.

51 Dicitur character, *Qualitas*, quia vel est habitus, vel dispositio, vt vult Suarez sec. 3. & cum eo Filiucius tom. 1. tr. 1. cap. 7. siue sit potentia, vt ait D. Thom. loc. cit. quia character datur ad recipiendum, & operandum. Dicitur *anima infusa*, siue mediata, scilicet in intellectu, & voluntate, in quibus volunt recipi immediate characterem, & mediantibus illis

in anima; siue in anima ipsa immediate, vt alij volunt. Dicitur: *Qua homo redditur aptus ad Sacramenta recipienda*; nam character baptismalis disponit baptizatum ad recipienda alia Sacramenta, & ideo Baptismus dicitur, *in anima Sacramentorum*. Dicitur: *ad alia diuini cultus opera*; nam character ordinis disponit ad exercenda munera, & opera cuiuscumque Ordinis propria. Et character Confirmationis disponit ad eliciendos actus fidei. Vnde character Baptismi est potentia passiuæ; quia datur ad recipiendum: alij verò sunt potentia actiuæ, quia præcipue dantur ad operandum.

52 Hi tres characteres distinguuntur specie, sicuti, & ipsa imprimencia Sacramenta; & quia ad diuersos fines ordinantur. Habent tamen inter se connexionem; nam character Confirmationis, & Ordinis supponit characterem Baptismi: ideo, si Confirmatio, vel Ordo conferatur non baptizato, confertur inualide, capit. *ueniens de presbytero non baptizato*. Character verò Ordinis non est necessario connexus cum Confirmationis characterem; ideo si Ordo conferatur non confirmato, valet, vt asserunt DD.

communiter.

* * *

INTERROG. XI.

*Quis sit minister Sacramentorum
novæ legis?*

53 Resp. Ex Christi institutione de lege ordinaria soli homines sunt ministri Sacramentorum, DD. communiter, D. Thoma q. 64. art. 27. Et est congruentiæ ratio; quia homo sanctificandus, per Sacramenta est visibilis, & viator; ergo minister debet esse homo visibilis.

54 Non tamen omnis homo est legitimus Sacramenti minister, sed is tantum, qui ritè in Ecclesia est ordinatus, excepto Baptismo, & Matrimonio, ut dicam suo loco. Debet minister habere usum rationis, nam sine hac non stat intentio necessaria ad valorem Sacramenti.

55 Certam est, & de fide in Florentino, & Tridentino sess. 7. can. 11. requiri in ministro intentionem ad valorem Sacramenti. Quæ intentio, est actus voluntatis, quo intendit, & vult Sacramentum conficere. Quæ intentio debet esse, faciendi, quod facit Ecclesia, aut, quod instituit Christus, & intendit Ecclesia, & faciunt alij fideles, ex Div. Thoma 3. part. quest. 64. art. 8. Tenent Coninch, Enriquez, Bonacina, & Doctores communiter.

56 Et cum intentio triplex sit. Actualis, scilicet, quan-

do quis actualiter adheerens intendit, & vult Sacramentum conficere, ad quam est sufficiens si quis animo sit præsens, & attendat. Virtualis, quando (postquam præcessit actualis) adhuc virtualiter durat, & manet in opere in choato virtute talis intentionis prius habitæ, nec est interrupta moraliter a contraria intentione, aut longa temporis interposita mora Habitualis, quæ est habitus. & facilitas, & anima præparatio ministrandi Sacramenta, nulla actuali præcedente intentione, qualis in dormientibus reperitur.

57 Ex his tribus, intentio actualis omnium nobilissima, & sufficientissima est pro valore Sacramenti, non tamen necessaria, ex Div. Thoma 3. part. quest. 64. art. 9. Nam hæc est difficillis. Intentio virtualis necessario requiritur, & sufficiens est ad conficiendum Sacramentum. DD. communiter, ex usu, & consensu totius Ecclesiæ. Intentio habitualis non sufficit, DD. communiter. Et quia talis interrupta est, & manet in dormientibus: & actus inde proveniens, nec humanus est, nec deliberatus.

58 Intentione necessaria deficiente, Deus non supplet defectum Sacramenti, ut ait Div. Thomas 3. parti. quest. 64. artic. 8. Sotus dist. 1. quest. artic. 8. Suarez disp. 1. sect. 2.

Præter ratio, quæ, quod Deus sup-
pleat, non fundatur vlla lege,
promissione, aut ratione neces-
saria: & ex alio capite, intentio-
nem requiri, est æfide. Videat-
ur Filucius tom. 1. tract. 1. cap.
5. num. 80.

58 Intentio absoluta est ne-
cessaria ad valorem Sacramen-
ti, Caietanus in sum. v. *absolutio*
nam sola hæc efficax est, & con-
ditionalis non sufficit; quia talis
manet suspensa, & nihil opera-
tur, sicut propositio conditiona-
lis nihil ponit in esse: quare ab-
solutio data sub conditione de
futuro, nõ valet, vt aſſerunt DD.
communiter. Si vero conditio
ſit *de præſenti*, aut *de præterito*, ſi
res ita ſit, aut fuit, valet Sacra-
mentum: nam hæ non ſunt verè
conditiones, quæ ſuſpendant Sa-
cramentum, ſed illis exiſtenti-
bus eſt validum, & ſic tranſit cõ-
ditio in abſolutam, ſi vero non
exiſtant euaneſcit intentio, vt
patet in exemplo: *Si non eſt bap-
tizatus, ego te baptizo.* Vnde eſt,
eſſe peccatum mortale appone-
re conditionem de futuro in cõ-
ficiendis Sacramentis. Et idem
eſt, ſi apponatur de præſenti,
aut de præterito, ſiue cauſa, aut
neceſſitate id exigente. Secus
eſt, ſi ad ſit iuſta cauſa; nã tunc
licet adminiſtrare Sacramentũ
ſub conditione de præterito,
aut præſenti, vt quando dubita-
tur prudenter, an puer ſit bap-
tizatus, vel an Sacerdos abſolu-
tionem impenderit, tunc poteſt

dari Baptiſmus ſub conditione,
ſi non eſt baptizatus, & ſimiliter
abſolutio, *ſi abſolutus non fuiſti*,
vt aſſerunt DD. communiter.
Videantur Suarez diſp. 13. ſec.
3. Bonacina tom. 1. diſp. 1. q. 3. p.
2. num. 11. & Trullench de Sacr.
lib. 1. cap. 3. dub. 2. n. 9.

INTERROG. XII.

*An probitas, ſeu bonitas miniſtri
ſit neceſſaria ad valorem
Sacramenti?*

59 Reſp. Ad valorem Sacra-
menti neceſſaria non eſt boni-
tas miniſtri, ſeu quod ſit in gra-
tia; poſita enim materia, & for-
ma Sacramenti, & intentione
miniſtri ſit Sacramentum, quod
autem ille ſit in gratia peracci-
dens eſt ad Sacramenti valorem,
DD. communiter.

60 Ad licitam adminiſtra-
tionem Sacramenti in miniſtro
neceſſarius eſt ſtatus gratiæ.
Quod intelligunt DD. de mini-
ſtro deputato, & conſecrato ad
adminiſtranda Sacramenta ex
illo Leuitici cap. 22. *Omniſ qui
acceſſerit ad ea, quæ cõſecrata ſunt
in quo eſt immunditia peribit corã
Domino, & ex illo Iſaiæ 32. Mun-
di eſtote, qui fertis vaſa Domini.*

61 Miniſter in caſu neceſſi-
tatis, & peraccidens (vt eſt qui-
libet homo in Baptiſmo) non
tenetur eſſe in gratia, quia ad id
nec conſecratus eſt, nec deputa-
tuſ eſt, vt aſſerunt DD. com-

minister, cum D. Thom. q. 64. art. 6. ad 3. Et ita non peccat mortaliter, si administret in mortali, sicuti peccat minister deputatus. Qui (ne peccet mortali in administratione Sacramenti) debet se ad gratiam præparare, & habere contritionem saltem existimatam, vt ait Trullench dub. 3. num. 5. Non tamen tenetur confessionem præmittere si bona fide credit, se esse in gratia per contritionem, vt asserunt Sotus in 4. dist. 17. q. 2. art. 6. contro. 4. Nauarrus cap. 22. num. 3. Suar. Enriq. & DD. communiter.

62 Sed addit Bonacina (& bené) quòd si talis minister aduertat, se non posse, actum contritionis elicere, debet Sacramentum recipere, Pœnitentiæ; quia debet apponere media, quibus ad gratiam sanctificantem disponatur, ne Sacramenta indigne petrahet. Quod limitat Trullench in praxi Sacramentorum lib. 1. cap. 3. Si commode id facere possit, aliter existimat ipse, vt Deo adiuuante, conetur quantum est in se, ad contritionem elicendam.

63 Administrare, Eucharistiam iam consecratam, in mortali, censent mortales Suar. disp. 16. sec. 4. Coninch q. 64. art. 6. dub. 1. Bonacina, Filiucius, & alij apud Trullench loc. cit. Sed alij contrarium tenent, Vazq. in 3. p. tom. 2. disp. 136. Fr. Ioan. à Cruce, Barbosa, Hurtado de

Sacram. disp. 4. diffic. 9. Diana 1. p. de circumf. aggrau. res. 41. Quod & mihi arridet, quia hic Sacerdos non est minister Dei proxime ad iustificationem, conficiendo Sacramentum, sed applicat actiua passiuus, scilicet Corpus Christi suscipienti.

64 Diaconus cãtans Euãgelium in peccato mortali, nõ peccat mortaliter. Nec concionator, qui populis prædicat peccato mortali infectus. Nec Parochus, qui assistit Matrimonio in peccato mortali, quia hic nõ est minister Sacramenti, DD. communiter.

INTERROG. XIII.

An minister teneatur seruare ritus Ecclesiasticos in Sacramentis administrandis?

65 Resp. Quoad ritum essentialem, & substantialem, qui consistit in applicatione legitima materiæ, & formæ cuiuscumque Sacramenti, cum intentione debita, non est dubium, quin debeat obseruare, sub mortali. DD. communiter. Quoad ritum accidentalem, qui consistit in certis cœremonijs (quæ dicuntur Sacramentalia) quibus religiosè, deuotè, & ornate Sacramenta administrantur, iuxta Ecclesiæ præceptum, dico, quòd Sacramenta valde administrantur sine illo, cum accidentalia

non sint de essentia Sacramenti. Illum non seruare ex contemp-
tu, est peccatum mortale. Abs-
que contemptu est mortale ex
grauitate materiae. Vnde excu-
lat leuitas materiae, vt si quis
baptizaret lingua vulgari, vt
asserunt Bonacina tom. 1. disp.
1. q. 1. Enriq. lib. 1. cap. 11. num.
4. Saar. disp. 16. Coninch. & alij.

INTERROG. XIV.

*Quisnam sit capax suscipiendi Sa-
cramenta?*

66 Resp. Solus homo in hac
vita mortali degens capax est
recipiendi Sacramenta; quia, vt
ait D. Thom. q. 60. art. 1. & q.
61. art. 1. & cum eo, DD. com-
muniter; Sacramenta instituta
sunt ad salutem hominis, & in
remedium peccati.

67 Vnde colligitur, primò
Angelos non esse capaces Sa-
cramentorum; nam Angeli, qui
sunt spirituales non recipiunt
gratiam per signa sensibilia. Se-
cundò, nec Beati capaces sunt
Sacramentorum qui non pos-
sunt crescere in gratia; Sacra-
menta autem, vel eam confe-
runt, vel eam augent. Beata Vir-
go Maria fuit capax Sacramen-
ti; quia erat viatrix, & poterat
in gratia crescere. Filiucius to.
1. tr. 1. cap. 7. num. 128. & DD.
communiter.

68 Omnes homines non
sunt capaces Sacramentorum;

nam aliqui sunt incapaces Ma-
trimonij, ob impotentiam per-
petuam, aut defectum rationis.
Alij sunt incapaces Ordinis, vt
foemina. Alij sunt incapaces
Extremarum unctionis, vt puer, qui
non peruenit ad usum rationis,
Bonacina tom. 1. disp. 1. q. 6. p.
nam. 5. Enriq. Trullench, &
DD. communiter. Amens à na-
tuitate potest suscipere Baptis-
mum, sicut infans. Etsi habeat
lucida interualla, dum illa ha-
bet, capax est ad omnia Sacra-
menta. Vide Trullench tom. 3.
lib. 1. cap. 2. cap. 5. dub. 1.

69 In adultis, vt valeat Sa-
cramentum, est necessaria intè-
tio illud suscipiendi, vt ait D.
Thom. 3. p. q. 68. art. 7. & cum
eo DD. communiter. Hæc in-
tentio sufficit, quod sit virtua-
lis, vt dixi, de conferente Sacra-
mentum.

70 In pueris nulla requiri-
tur intentio, vt valeat Sacramen-
tum, cuius sunt capaces. Idem
dico de amente perpetuo, in his
enim satis est ea, quam minister
habet nomine Christi, & Eccle-
siae, vt ait D. Thom. 3. p. q. 68.
art. 10.

INTERROG. XV.

*An Sacramenta fide suscepta, re-
cedente fitione, suum produ-
cant effectum?*

71 Resp. Duplex est fictio.
Prior est, quando suscipiens Sa-
cra-

eramentum non habet intentionem suscipiendi illud posterior, quando habet intentionem suscipiendi, sed tamen illud non suscipit cum dispositione requisita ad gratiam recipiendam.

72 Sacramentum susceptum priori modo nunquam reddit, nec reuiuiscit DD. communiter; quia fuit nullum, nec habuit esse; ergo redire non potest.

73 Loquendo de fictione secundum; certum est, illa sublata, reuiuiscere Baptismum, ut docet Augustinus lib. 1. de Baptismo, c. 12. & lib. 3. cap. 13. quod omnes Theologi sequuntur. De Sacramentis reliquis, essent plures, omnia (præter Eucharistiam) causa re suum effectum recedente fictione, Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 18. sec. 6. Enriq. lib. 1. capit. 24. Coninch. Bonac. Trullench, & alij. Sed alij id negant, id solum Baptismo concedentes. Sot. in 4. dist. 6. q. 1. art. 8. Vazq. disput. 161. cap. 2. Quod & mihi arduum habere non possunt, nisi ex Christi institutione; quam non possumus cognoscere, nisi ex scriptura, traditione, aut PP. At qui nec Scriptura, nec traditio, nec PP. aliquid simile de Sacramento docent, nisi solus Augustinus, de Baptismo, ergo gratis de alijs asseritur. Vide Vazquez loc. cit.

INTERROG. XVI.

An licite possint Sacramenta ab indigno Ministro peti?

74 Resp. Dupliciter potest esse minister indignus. Et quia est in adatus censura, scilicet, excommunicatione; & quia esset in peccato mortali.

75 Quo supposito. Dico, quod quando minister esset in peccato mortali; possum ab eo petere Sacramentum (etiamsi sciam illud administrandum in peccato mortali) siue sit paratus ad illud ministrandum, siue non, siue sit meus Parochus, siue non; modo ad sit necessitas, vel iusta, & rationabilis mea utilitas, v.g. impletio præcepti; vel quando mihi est utilis usus illorum Sacramentorum: modo etiam non possum aliquem confessarium, seu ministrum vtilem a quo mihi inuenire. Ita ex D. Thom. 3. p. quæst. 64. art. 6. Coninch, ibi dub. 2. Suarez disp. 18. sec. 2. Enriq. lib. 2. cap. 3. Bonacina, Trullench, & DD. communiter. Et est ratio; quia sic petendo utimur iure nostro; & ex alio capite, hic minister potest sancte, & religiosè ea ministrare; ergo, &c. Si deficiat necessitas, vel rationabilis causa, non possum petere, quia ex charitate tenemur impedire ruinam, & peccatum pro

ximé, nisi habeamus necessitatem, vel rationabilem causam non impediendi, ut aiunt Reginaldus lib. 2. num. 165. Sorus in 4. dist. 1. quest. 5. art. 1. Bonacina tom. 1. dict. q. 5. part. 6. num. 1. & DD. communiter.

75 Et ob rationem supra allatam, possum petere Sacramenta ab excommunicato tolerato, siue sit Parochus, siue non, ut asserunt Suarez de cens. disp. 11. sect. 4. Sa, v. *Sacramenta*. Vide Goninch q. 64. art. 6. dub. 2. numer. 49.

76 A nominatim excommunicatis non toleratis, aut notorijs Clerici percussoribus, nec licet petere, nec Sacramenta accipere, nisi Baptismum, & Pœnitentiam in articulo mortis. De Baptismo docet expressé D. Augustinus, lib. 1. de Baptismo, contra Donatistas, cap. 2. & refertur, cap. *si quem forte* 24. q. 1. & de Pœnitentia, id insinuat claré Tridentinum sess. 14. cap. 7. ubi docet: *In articulo mortis,*

quoslibet Sacerdotes posse, quoslibet ab omnibus criminibus absolueré. Ut tenent DD. communiter. Et ratio huius permissionis est, magna in eo casu horum Sacramentorum necessitas.

77 Alia autem Sacramenta distincta ab his excommunicatis non toleratis, nec peti possunt, nec accipi. Quia absoluté Ecclesia nobis prohibet cum his (præcipué in rebus Sacris) communicare nec casum ullibi excipit; ergo suum præceptum vult obligare etiam in articulo mortis.

78 Nunquam licet petere Sacramentum ab eo, qui ob defectum jurisdictionis, aut similem causam, nequit illum licité administrare; multoque minus, si non potest illud validé administrare, ut asserunt DD. communiter; eo quòd nunquam licét ab alio petere, quod ille non potest sine peccato prestare.

* * *



SECTIO SECUNDA

DE BAPTISMO.

DE Baptismo agunt DD. cum Magistro, in 4. dist. 3. D. Thomas 3. part. quæst. 66. Scotus, Alexander 4. part. quæst. 11. Sotus, & alij, Bellarminus lib. 3. de Baptismo, Durandus in rationali diuinor Officior. Summ. Sta. v. Baptismus, Canonista de consecrat. dist. 4. & in cap. Maiores de Baptismo.

Et solet Baptismus varijs nominibus appellari ab scriptura, & PP. quæ recenset Bellarminus lib. 3. de Sacram. cap. 1. & Vazquez disp. 40. cap. 1. propter diuersos effectus, quos Baptismus causat; 1. Baptismus dicitur, *Lauacrū regenerationis*: 2. Dicitur *Circuncisio Christi non manu facta*. Ad Collosens. 2. *Circumcisi estis circumcisione, non manu facta*. 3. Dicitur *sepultura*, ad Rom. 6. *Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum*; quia nimirum per Baptismum verus homo moritur, & quasi sepelitur. 4. Dicitur *illuminatio*, prout explicatur à PP. propter fidem, quam in eo accipimus, & protestamur. Unde etiam dicitur *Sacramentum fidei*. Videatur Coninch quæst. 66. art. 1.

INTERROG. I.

Quid sit Baptismus. Et quando fuerit institutus?

1. Resp. Baptismus secundum Cathedram Pij V. *Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vite; id est, constans abluitione sub inuocatione Sanctissime Trinitatis*. Quæ definitio coincidit cum illa, quam tradidit Magister in 4. dist. 3. scilicet: *Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma prescripta verborum*.

2. Est de fide Baptismus effectuum ex septem nouæ legis sacramentis à Christo Domino

institutum. Et verior, & communior est sententia D. Thomæ 3. p. q. 66. assertentis, Baptismum institutum esse à Christo in quantum Sacramentum, & quoad eius essentialia quando, Matthæi 3. fuit Christus à Ioanne in Iordane baptizatus, & tenet Magister in 4. dist. 3. & DD. communiter. Eo quod tunc Christus sanctificauit aquas, & aperte sunt cæli, ut potè ad significandum Baptismum aperire cæli portam. Et Et D. Augustinus de mirabilibus Sacra Script. cap. 5. dicit apparuisse columbam, & cælos apertos fuisse: *Vt Baptismi Sacramentum quid valeat ostenderetur*. Unde

de est, Christum ante mortem, seu resurrectionem Baptismum instituisse. Quidquid minus bene docuerit, Rupertus libr. 4. in Ioannem ad illa verba, capit. 3. *post hac venit Iesus in Iudaeam.*

Quod probabile etiam consentiunt Canus lib. 8. de locis, cap. 5. Sed contraria sententia communiter sustinetur a DD. Videatur Vaz. tom. 2. in 3. par. disp. 140. cap. 11.

3. Baptismus Ioannis non habuit eandem virtutem cum Baptismo Christi, ut definit Tridentinum, can. 1. Nec fuit Sacramentum, praesertim novae legis quia non fuit institutus ad sanctificandum homines, sed tantum ad illos preparando ad Baptismum Christi. Nec habuit vim sanctificandi homines ex opere operato, sed solum, ut opus meritorium, & ex opere operantis, & ita solum dabatur adultis, qui meritorie per Baptismum Ioannis ad Baptismum Christi disponebantur. Et ita proprie vocabatur Baptismus aquae secundum illud. Luc. 1. *Ego quia aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Nec Baptismus Ioannis omnibus adultis dabatur, sed solum habentibus spem Messiae venturi. An in tuo Baptismo usus fuerit Ioannes aliqua forma? Negat Gabriel, Durandus, & Sotus. Sed affirmant D. Thom. 3. p. q. 38. art. 6. ad 5. Caietanus, & D. Bonau.

& alij scilicet haec: *Ego te baptizo in nomine Christi venturi.* Accepit finem Baptismus Ioannis, quando hic decollatus est.

INTERROG. II.

An Baptismus sit necessarius?

4. Resp. Baptismus in re susceptus est medium simpliciter necessarium parvulis ad salutem aeternam. Ex Trident. sess. 7. de Bapt. can. 5. & sess. 21. c. 4. Ex verbis: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* & DD. comm. cum D. Thom. q. 68. ar. 2. Est necessarius adultis in re necessitare medijsi haberi potest ita; sed quando in re nequit haberi, est necessarius in voto, seu desiderio illius. DD. commun. ex verbis Christi iam citatis: *Nisi quis renatus fuerit, &c.*

5. Est etiam Baptismus necessarius necessitate praeccepti; quia est praecceptum de illo, Matt. 28. *Euntes ergo docete te omnes gentes baptizantes eos, &c.* DD. commun.

6. Quod praecceptum obligat adultos, ut quam primum (moraliter loquendo) commodè possint, & digne, Baptismum recipiant, vel saltem, non multo tempore differant, ne se exponant periculo damnationis, & privationis maximorum fructuum Baptismi, ut ait Suar. disp. 31. sect. 2. & Enriq. libr. 2. cap. 4. & cum eis Bonacina ubi supra, numer. 5. Unde est, hoc praecceptum obligasse eos, qui erant eo tempore, quo Christus legem tulit, etiam si essent iusti. Unde

Apostoli, & B. Virgo obligati fuerunt Obligat etiam hoc præceptum Baptismi infideles ad quos Christi potestas se extendit. Non obligat paruulos, qui sunt incapaces præcepti; obligat autem parentes instantè necessitate, ex charitate, & pietate, & vi etiam legis Baptismi. Et ita (etsi Ecclesia non determinauerit tempus pueris ad suscipiendum Baptismum, est obligatio in parentibus, domino, ac tutore curandi, vt filij, domestici, quam primum baptizentur. Peccabunt igitur hi, si absque causa differrent Baptismum illorum per longum tempus, v. g. per duodecim dies, vt asserit Sotus in 4. dist. 3. art. 10. aut per 15. dies, vt censet Ledesma in sum. lib. 1. cap. 8.

7 Obligatio Baptismi non incepit statim, ac fuit promulgatus hic a Christo, Ioann. 3. *Nis quis renatus fuerit, &c.* Ante Christi mortem; nam ante illam, lex vetus durabat; obligauit post Christi mortem; quia tunc cessauit lex vetus, vt significat scissio veli templi, & verba Christi? *Consummatum est.* Et secundum Sotum in 4. distinct. 3. articul. 11. & Enriquez lib. 2. numer. 4. non obligauit Baptismus ante resurrectionem. Sed probabilius est in ipsa morte Christi cessasse legalia, & incepisse Baptismum, & nouam legem obligare. Quod videtur docere Diu,

Thomas 1. 2. quæst. 105. artic. 3. art. 4. ad 1. & 3. p. quæst. 37. art. 1. ad 1. Quod intelligi debet respectu eorum, quibus baptismus fuerat promulgatus: respectu vero omnium non obligauit Baptismus, nisi post sufficientem Euangelij promulgationem, quæ facta fuit in die Penthecostes, secundum aliquos. Vide Trullench de Sac. lib. 2. cap. 1. dub. 2.

INTERROG. III.

Quanam sit materia Baptismi?

8 Resp. Materia remota Baptismi est vera aqua naturalis, & elementalis, vt definitur in Tridentino sess. 7. can. 2. de Baptismo. Et aperte colligitur ex Ioann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* & ex Matth. 3. quando fuit in Iordane baptizatus, & ad Epusc. 5. *Mundans lauacro aqua*, & habent PP. DD. & Conciia. Est igitur vera materia Baptismi aqua vera cuiusvis generis sit, siue maris fluminis, paludis, putei fontis, pluuie balnei, etiam sulphurei; item aqua resoluta ex niue, gelu, rore, grandine, glacie & sale; nam sal fit ex aqua maris, vel putei salia.

9 Si aqua naturalis mutetur accidentaliter est materia Baptismi, verb. grat. quod aqua sit frigida, vel calida, dulcis, aut salia, nihil ad valorem Sacramenti inter est, cum hæc accidentia non obstat eius

veritati: secus erit, si mutatio sit substantialis, vt est aqua rosea (quæ potius est vapor, quàm aqua) nec sunt materia Baptismi lac, ceruisia, sudor lachrymæ, salina, aut vrina. Item nec tenet Baptismus in aqua naturali, quæ ita alterata est, & mixta cum alio corpore, vt amplius non sit apta ad abluendum, vt bogrium, lutum lixiuum, aut vinum modica aqua mixtum. DD. communiter; sed lixiuum videtur materia sufficiens; quia per cineres aqua non corrumpitur. D. Thom. 3. p. q. 66. artic. 3. ad 4. Idem videtur dicendum de bodrio, nisi maior sit altera liquoris pars: tenet tamen Baptismus in aqua ex bodrio carniū liquefacta; sicut in aqua eluto extracta, vt ait D. Thom. art. 4. Nec valet Baptismus in liquore distillato ex vite, aut arboribus, aut herbis expresso, quia non est vera aqua elementalī, DD. communiter. Contra Fr. Ioannem de la Cruz in direct. conscientiæ, 2. par. de Sacram. Baptismi, quæst. 1. dub. 1. conf. 2. Nec tenet Baptismus in sale, niue, grandine, gelu, & glacie, in quibus non manet vltus aquæ aptus ad lauandum. DD. communiter.

10. Nec quod aqua sit benedicta est, de necessitate Sacramenti; sed ad excitandam Sacramenti reuerentiam deseruit. Nec licet (extra casum necessitatis) aqua non benedicta bap-

tizare, sub mortali; est enim transgressio in re graui. Sicut, & mortaliter peccaret, qui relicta aqua naturali pura, baptizaret aqua alterata, vel fœda, vel dubia; in necessitate tamen liceret in aqua dubia baptizare, quia alia non esset, quia potest prodelle; sed postea repeti debet Baptismus cum aqua naturali sub hac conditione: *Si non est baptizatus*, vt asserunt Coninch 3. p. q. 66. art. 4. dub. 1. Bonacina tom. 1. disp. 2. q. 2. punct. 3. nu. 9. & 10. & DD. communiter.

11. Materia proxima Baptismi, est ablutio, vt asserit D. Thomas 3. p. q. 66. art. 6. & cum eo DD. communiter, ex illo Matt. v. *baptizantes eos*, id est abluentes, vt asserunt DD. communiter. Quæ ablutio est contactus successiuus aquæ in corpore baptizati, seu ille, quo aqua per actionem ministri baptizantis tangit corpus, siue ablutio hæc fiat per effusionem, siue per immersionem, seu aspersionem, vt asserunt DD. communiter. Qui etiam asserunt, debere Sacerdotum seruare ritum suæ Ecclesiæ in baptizando; alias peccabit grauius, nisi necessitas aliud exposceret.

12. Certius, & securius est, quod hæc ablutio in toto corpore fiat, vt asserunt DD. communiter. Et etiam est certum, quod si ablutio fiat in capite teneat Baptismus, & fiat Sacramentum, vt ait D. Thomas 3. p. q. 66.

art. 7. & cum eo DD. communi-
ter. Sed si esset necessitas bapti-
zandi puerum, ob periculum
mortis, potest ablutio fieri in
pede, aut manu, & debet fieri ob
necessitatem, vt asserunt DD.
communiter. Qui, si postea vi-
uus nascatur debet re baptizari
in capite sub conditione: *Si non
est baptizatus, &c.* quia primus
Baptismus fuit dubius, vt asse-
runt DD. communiter. Qui etiã
dicunt, quod (ad tollendos scru-
pulos) repetendus sit Baptismus
sub conditione factus in alijs
corporis partibus distinctis à ca-
pite, quia de his dubitatur, an
validè abluantur ad Baptismum
vt asserit D. Thom. in 4. dist. 16.
q. 1. art. 1. & 3. p. q. 68. art. 11.

13 Non sufficit pro Baptis-
mo, quod aqua solum capillos
tangat, qui verè non sunt homi-
nis baptizandi pars; sed potius
superfluitares; quidquid aliqui
minus benedixerint.

14 Puer existens in vtero
materno nequit baptizari, cum
ibi abluì, seu lauari non possit,
vt asserunt DD. communiter cū
D. Thoma 3. p. q. 68. art. 11. Nec
sufficit, matrem baptizari; quia
proles in ordine ad Baptismum
est persona distincta a matre, vt
asserunt DD. communiter. Nec
sufficit, aquam extremum digi-
ti tangere, quia tunc homo non
dicretur ablutus. Secus sentiunt
multi, si ablutio fieret in pecto-
re, scapulis, aut humeris, Villa-
lobos, Sotus, Valentia, Suarez,

& alij. Si cōtingat, matrem mo-
ri, & adhuc puer viueret in ven-
tre, mortua matre debet mater
aperiri, & puer extrahendus è
ventre, & baptizandus; quia ne-
cessè non est, vt puer sit propriè
natus, vt illi Baptismus possit
conferri. Sed non est licitum a-
perire matrem viuèntem (quam-
uis exhalet animam, *ò se esse
muriendo*) vt puer baptizetur;
*quia non sunt factenda mala, vt in
de eueniant bona*, vt asserunt DD.
communiter. Videatur Suarez,
tom. 3. q. 38. art. 11. in coment.
Non licet morientem puerum
in puteum projicere, vt baptice-
tur, quando alia non esset aqua,
quæ posset pro Baptismo deser-
uire; quia hæc est directà occisio
innocentis prohibita iure natu-
rali, & diuino, vt benè Coninch
in hoc art. 11. dub. 1. & asserunt
DD. communiter. Sed si projic-
ceretur, esset neuerus Baptismus.
Negant Bartholomæus de Le-
desma in sum. de Baptismo, dif-
fic. 7. Enriq. lib. 1. de Sacram. in
gener. cap. 9. num. 14. Syluester,
v. *Baptismus* 4. §. 10. & alij, eo
quod immersio suffocatiua ordi-
natur ad mortem, & non ad
vitam baptizati, ad quam ordi-
natur Baptismus. Sed commu-
nior, & verior est contraria sen-
tentia, quam tenent Ledesma
in sum. cap. 4. de Baptismo, Bo-
thacín. tom. 1. disp. 2. p. 3. num. 26
Suarez, Vazquez, Trullench.
Coninch, & alij multi, quia est
vera materia, & forma, & inten-

tio ministri baptizādo puerum projectum in aquā, & mors naturalis est per accidens, nec ad hāc ordinatur per se Baptismus, sed ad vitam spiritalē regeneratīam per gratiam mundātem puerum ab originali peccato. Si casu puer emanibus tenentis illū caderet in flumen, & qui tenebat illum, proferat formā Baptismi, Baptismus nō est; hic namque non abluit; cum casus fuerit fortuitus, & præter intentionem tenentis puerum, vt asserunt DD. communiter.

15 Non est necessaria trina immersio pro Baptismi valote; nam hic perficitur quacumque ablutione, modo prolata sit forma. Vnde, si in aliqua Ecclesia esset in vlu baptizare per trinam immersionem, vsq; ad tertiam, non est proferēda forma. DD. communiter.

INTERROG. IV.

Qua nascit forma Baptismi?

16 Respond. Forma Sacramenti Baptismi est hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quæ constat ex capit. 28. Matthæi: *baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Eam, que esse à Christo determinatam, est de fide ex Alexandro 3. in cap. 1. de Bap-

tismo, & ex Tridentino sess. 7. can. 3. Et communiter tenet Ecclesia.

17 Persona baptizans, vel persona ministri, non est necessarium, quòd expressetur in forma; sicuti nec exprimitur in forma Græcorum, quæ est hæc: *Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, &c.* Et sic validè baptizat, qui diceret: *Baptizote*, & secluso scandalo, solū est culpa venialis, vt asserunt Sorus dist. 3. art. 5. Bonacina, Enriquez, & Diana 1. part. tractat. 19. resol. 47. Et quamvis expressio personæ ministri necessaria non sit, est tamen necessarium, vt exprimaturs actio ministri, seu actus baptizantis, per verbum *baptizo*, aut æquiuāens, vt asserit Diuus Thomas 3. part. quæst. 65. art. 5. & cum eo DD. communiter. Est etiam necessarium, exprimeretur personam, quæ baptizatur, vt deducitur apertè ex verbis Christi: *Baptizantes eos.* Communiter DD.

18 Expressio unitatis essentia diuina, est de essentia formæ Baptismi, vt docet Diuus Thomas 3. part. quæst. 66. artic. 6. & communiter DD. apud Suarez disp. 21. sect. 3. Quòd clare constat ex verbis Christi: *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Matth. 28. Quòd idè factum est, vt ostenderetur unitas essentiæ, vna virtus trium Personarum, vna substantia.

& malestas; hæc enim omnia dicto, *nomine* comprehenduntur. Unde, non erit Baptismus, si dicatur: *in nominibus*; quia in diuinis non est multiplex, sed vna essentia. Est tamen Baptismus validus; si diceret minister: *in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus Sancti*; quia trina repetitio non aufert unitatem essentiae; vt asserunt Enriquez, Hurtado, Trullench, & alij. Non tamen tenet Baptismus, si diceret: *Baptizot: cum Patre, cum Filio, &c.* Quia non exprimitur unitas essentiae. Vt aiunt Coninch 2. part. quest. 66. art. 6. dub. 2. Bonacina, Trullench, & DD. communiter, & idem dicunt de Baptismo collato: *in nomine Patris, &c.* addendo, *& B. Virginis Mariæ*, qui non valet, si intendatur qua ternitas personarum, vel B. Virginem Mariam concurrere effectiue ad Sacramentum; secus verò, si solum asserat B. Virginis Mariam deprecatiue ad effectum consequendum. Diana, Trullench, Bonacina, & alij.

19 Expressio trium Personarum Sanctissimæ Trinitatis est de necessitate Baptismi, vt colligitur aperte ex verbis Christi: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Tenent expressè Concilia SS. PP. & DD. Ecclesie. Tum, quia Baptis-

mus est, Sacramentum fidei, & ianua Ecclesie. Tum, quia fides explicita Trinitatis est ad salutem necessaria.

20 Unde, non valet Baptismus collatus sub nomine *solius Christi*, aut in nomine *Trinitatis*, aut *Dei*; aut *sanctæ Crucis*, vt asserunt DD. communiter.

21 Et, si dicas: Apostoli baptizarunt *in nomine Christi*, vt constat ex actibus Apostolorum, capit. 8. & 28. Respondeo primo, quòd id fecerunt Apostoli ex diuina dispensatione, vt Christi nomen magis redderetur commendabile gentibus pro tunc, vt ait D. Thomas quest. 66. art. 6. & cum eo asserunt multi. Secundo dico, quòd Apostoli nunquam baptizarunt *in nomine Christi*, tantum; sed positum fuisse nomen *Iesu Christi*, loco illius particulae *Filij* dicende: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti*, vt asserunt Bellarminus lib. 3. de Baptismo, & alij apud Bonacinam & Suarez disp. 21. sect. 2. & eodem modo responderetur ad Nicolaum I. in cap. 2. quodam *Indeo*, vbi Pontifex respondit, non esse rebaptizandos, qui baptizati fuerant a quodam pagano, *in nomine Sanctissimæ Trinitatis, aut nomine Christi*; nã quantum ad hoc vltimum, iã est responsum, scilicet valuisse Baptismum: *in nomine Patris, Christi, & Spiritus S.*

Et hoc voluit Pontifex, di. c. 10. & in nomine Trinitatis, intelligēdo illud fuisse collatum in nomine Trinitatis, *expressis verbis Personis*, ut iam dico.

22 Expressenda est Trinitas nominibus relatiuis *Patris Filij, &c.* communiter DD. cū D. Thom. q. 66. art. 5. ex verbis, Matth. 20. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Vnde, non valet Baptismus collatus *in nomine Trinitatis, vel prima, secunda, & tertia Personae*, quia non exprimuntur proprietates personales. Item (propter eādem rationem) probabilius est, non esse validum Baptismum: *In nomine Genitoris, Geniti, & spirati*, ut aiunt DD. communiter cum D. Thom. artic. 5. contra Caietanū, & alios apud Suarez disp. 21. sect. 4. Et quamuis sententia Caietani sit probabilis speculatiuē; sententia D. Thom. & aliorum tutior est, & in praxi sequenda; ne baptizandus exponatur periculo damnationis. Vnde, si aliquis fuisset hac forma baptizatus, esset sub conditione re baptizandus, eo quod esset valde dubium Sacramentum, ut asserit Trullench cap. 1. lib. 3. dub. 4. nu. 9.

23 Valet Baptismus, etiam si in prolatione formæ omittantur tres illæ particulae *ego, in, Amen*, quia non sunt de essentia formæ. Illasque omittere, non est mortale, scandalo cessante, ut asserunt Bonacina, & Diana

1. part. tract. 15. ref. 14.

INTERROG. V.

Quisnam sit minister Baptismi

24 Resp. Minister solemnitatis est solus Sacerdos. Sic Florentinum Concilium in instructione Armenor. & patet ex cōmuni vsu Ecclesiae. Ex officio autem non conuenit omnibus Sacerdotibus baptizare, sed Pastoribus animarum, ut sunt Episcopi, & Parochi: alij autē Sacerdotis (& si ex vi suae consecrationis id munus eis competat) non tamen possunt baptizare, absque licentia proprii Pastoris. DD. communiter.

25 Diaconus ex commissione Episcopi, vel Parochi baptizare potest, saltem, vbi id vsure ceptum fuerit, cap. *Baptism. de consecrat. dist. 4.* Quamuis hoc tempore non videtur id vsu receptum, ut Diaconus solemniter bapticeat, cum ad sit copia Sacerdotum, ut ait Suarez disp. 26. sec. 2.

26 Minister in casu necessitatis, respectu Baptismi est omnis homo habens vsu rationis potensque, & sciens debitā formam proferre, & materiam applicare. D. Thom. 3. p. q. 67. art. 3. 4. & 5. & DD. communiter. Et constat ex Florentino, & ex cap. *in necessitate*, de consecrat. distinct. 4. & habet Ecclesiastica traditio, quae demonstrat; prop-

tertantam Baptismi necessitatem, Christum Dominum voluisse pro ministro Baptismi, constituere quemlibet hominē rationis usum habentem, siue sit fidelis, siue infidelis, siue vir, siue femina, siue excommunicatus, aut non, si ad sint cætera requisita. Vnde baptizatus à laico, hæretico, aut femina nō est re baptizandus, etiamsi fuerit baptizatus extra casum necessitatis; nam, etsi extra necessitatem, baptizare laicum, sit mortale peccatū, valet tamen Baptismus, vt cum multis tenet Enriq. lib. 2. cap. 28.

27 Obstetrix vulgo, *la comadre*, habet obligationē sciendi formam Baptismi, vt in necessitate iuecurrat infanti periclitanti, ad quod ex charitate tenetur, non existente ibi tunc ministro magis idoneo, vt non raro continget, Suarez disp. 31. sect. 1. Nauarr. cap. 22. num. 6. Bonacina, & DD. communiter; licet aliqui contrarium sentiāt, vide Dianam 1. part. tract. 15. ref. 46.

28 Licet in necessitate, omnes baptizare possint, tamen, vt id fiat licitē seruandus est ordo, ita vt dignior præferatur minus digno: hoc modo, vt femina non baptizet, præsentem viro, & sciente formam Baptismi, nec laicus præsentem Clerico, nec Clericus, præsentem Subdiacono, nec Diaconus præsentem Sacerdote, nec Sacerdos præ-

sente proprio Pastore: verum si proprius Sacerdos nolit baptizare, debet Clericus, aut laicus baptizare in necessitate extrema DD. communiter.

29 Quod peccatum sit prædictum ordinem non seruare? Dico, quod si Sacerdos esset præsentis, & reliqui baptizarent, esset mortale. Et idem est, si præsentem Parocho, & contradicente, alius Sacerdos baptizaret; nā hoc esset vsurpare alienum officium, vt asserit Villalobos 1. tract. §. diff. 9. In reliquis casibus, solum esset veniale; vt asserit prædictus Villalobos, & est commune apud DD.

30 Minister Baptismi debet habere intentionem legitimam baptizandi; debet applicare legitimam materiam, & legitimam formam. Si baptizat solemniter, debet esse in gratia; etsi sit excommunicatus, sit irregularis. Si urgente necessitate baptizaret, sine solemnitate, cū conscientia peccati mortalis, aut excommunicatus, non peccat mortaliter; quia tunc non ministrat, vt minister consecratus. Vide Suarez disp. 31. sect. 5.

31 Peccat etiam minister, si minister Sacramentum Baptismi indisposito, v. g. quando adultus, vel in voluntariē accedit ad Baptismum, vel non est instructus sufficēter, vel sine signis poenitentiae, vel cum periculo recedendi à fide, DD. communiter. Qui etiam asserunt peccare

re mortaliter Parochum, seu ministrum baptizantem, eum, quem, morali certitudine, constat esse baptizatum, etiam domi ab obstetrice, cap. *non licet*, 2. de consecrat. Quia fit contra substantiam Sacramenti, dū intenditur cōferre illud subiecto in capiti Quod procedit, etiam si intendat illum sub conditione ministrare; nam conditio est impertinens, & datur pro non adiecta. Vide Trullench tom. 3. lib. 2. cap. 1. dub. 5.

32 Quando dubium est probabile, aliquem non esse baptizatum; tunc licitum, & expediens est, illum baptizare sub conditione, quam satis mente retinere, ex cap. *paruos*, & seq. de consecrat. dist. 4. & habent DD. communiter; quia tunc, nec fit iniuria Sacramento, nec exponitur homo periculo amittendæ salutis æternæ, relinquendo illum sine Baptismo; ob idq; sic baptizans non fit irregularis, sicuti fit, qui re baptizat absolute, cum, quem scit esse baptizatum. De quo vide Suar. disp. 31. sec. 6. Sicuti etiam, eandem irregularitatē incurrit, qui scierit rebaptizatur, ex cap. *qui in qualibet* 1. q. 7. Suar. Lacer.

33 Quod sint patrini in Baptismo non est de necessitate Sacramenti, sed est cōsuetudo Ecclesiæ, & constat ex cap. *Non plures*, & ex Tridentin. sess. 24. cap. 2. de reformat. Matrimonij. Eius obligatio est, instruere bap-

tizatum in rebus fidei; & ideo necessario debet esse baptizatus, vt asserunt DD. communiter. Qui etiam dicūt, patrinum esse eum, qui recipit puerum, seu infantem leuat de fonte, seu tenet in Baptismo, cum quo (scilicet baptizato) contrahit cognationem spirituales, quæ est impedimentum dirimens Matrimonium, vt iam dixi sect. de Matrim. interr. 3. Et ideo parentes infantis nequeunt esse patrini in Baptismo filij. DD. communiter.

34 Et ex dispositione Tridentini sect. 24. cap. 2. in Baptismo nequit esse, nisi vnus patrinus, *ō vna madrina*, & ad summū *padrino, y madrina*, vt constat ex verbis illius, quæ hæc sunt: *Parochus antequam ad Baptismi conferendum accedat diligenter ab eis; ad quos spectabit sciscitetur, quæ, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos ad illum suscipiendum admittat, & in libro nomina eorum describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij (ultra designatos) baptizatum tetigerint, cognationem spirituales nullo pacto contrahant.* Hucusque Tridentinum.

35 Religiosi nequeunt esse patrini in Baptismo, vt constat ex cap. *Monachi*, de consecrat. dist. 4. Et Nauar. extendit etiam hanc prohibitionem ad Canonicos Regulares.

INTERROG. VI.

*Quis sit capax recipiendi Baptis-
mum?*

36 Resp. Subiectura Baptis-
mi, seu qui potest illum suscipere, est quilibet homo natus existens in hoc mortali corpore, siue vir, siue foemina, siue infans, siue adultus, vt late probat Suarez disput. 25. sect. 1. & asserunt DD. communiter; eo quod Baptismus omnibus sit necessarius, secundum illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit, &c.*

37 Monstrum genitum ex viro, & foemina debet baptizari; est enim homo. Et si conter habere duplicem animam (vt si habeat duo capita, aut duo corpora diuisa) bis debet baptizari, semel in vtroque capite, vel saltem vnico actu, dicendo: *Ego vos baptizo, &c.* Si periculum ut in mora, & necessitas urgeat. Quod si dubitetur, an habeat duplicem animam rationalem, v. g. si habeat duo capita cum vno pectore, vel duo pectora sub vno capite, duplex Baptismus adhibendus est, vnus absolute in ea parte in qua perfectum caput, vel pectus apparet, alter sub conditione, in alia parte, vt asserunt Toletus lib. 2. cap. 21. Bonacina tom. 1. disput. 2. quest. 2. par. 6. num. 4. & alij. Si autem dubitetur, an habeat animam rationalem, quia verb. grat. haberet caput ferinum, & cetera

ra membra humana, baptizandum est sub conditione, Nauarrus cons. 3. de Baptismo, Filiucius tom. 1. capit. 6. num. 150. Satyrus genitus ex foemina, & bruto non est baptizandus; quia non est homo DD. communiter.

38 Tener Baptismus filiorum, in fidelium, etiam si baptizentur parentibus inuitis, vt tenent DD. communiter cum D. Thoma quest. 68. artic. 12. quia est materia, & forma, & debita intentio, & nulla auctoritate potest probati, requiri consensum parentum ad valorem Baptismi.

39 Et licet baptizare filios infidelium his inuitis, quando Ecclesia habet iurisdictionem spiritualem in parentes, vt sunt hi, quire ceperunt fidem, & ab ea, per haeresim, Iudaismum, aut Paganismum, recesserunt. Possunt etiam licite baptizari (etiam inuitis parentibus) filij infidelium, qui sunt sub diti Ecclesiae, vel Principibus Christianis, si tales infideles sunt serui fidelium, de consensu dominorum, vt asserit D. Thom. q. 61. art. 10. Caietanus ibi, Bonacina, Filiucius, & DD. commun. Nam domini, possunt separare filios a parentibus sicuti, & vendere; cum habeant ius in filios, & parentes. Filij infidelium, qui non sunt serui, sed tantum politicè subiecti, tributarij, & vassalli Principum Christianorum, qua-

quales sunt Iudæi commemorantes in aliquibus ciuitatibus, ex concessione Principum, non sunt baptizandi inuitis parentibus; quia nequeunt separari à parentibus absque iniuria illorū, nec relinquendi essent baptizati sub illorum potestate, ob periculum apostasiæ, DD. communiter. Qui priori iure dicunt, id esse asserendum de filiis infidelium, qui nullo modo sunt subditi, qui baptizari licite nequeunt parentibus illorum inuitis.

30 Inuitis parentibus potest baptizari filius infidelium. Primo, si esset in extremo periculo mortis, & moraliter desperatus; quia in hoc casu (cum cesset sub versionis periculum) subueniendum est extreme spiritua-liter indigenti. Secundò, si filius esset extra patriam potestatem, absque spe restitutionis separatus. De quo vide Sorum in 4. dist. 5. art. 10.

41 Baptizandus est filius ex matre Christiana dissentiente patre infideli; nam filius sequitur ventrem. Et idem dico, si pater esset Christianus, & mater infidelis dissentiret; nam vir caput est, & præcipua causa filij. Et potest baptizari filius infidelium, si alter illorum consentiret, quod baptizetur; nam cū hic consensus sit in suorem fidei præferri debet dissentui alterius parentis infidelis, Filiucius tom. 1. disp. 2. q. 2. part. 6. nu. 11. & alij.

42 De filiis expositis dico, quòd, si afferant testimonium sufficiens sui Baptismi, vel ex ætate iudicentur nati antemenses, debere præsumi esse baptizatos. Syluester, v. *Baptismus*, 4 nu. 7. Sotus dist. 3. q. vnic. art. 9. Filiucius. Quando dubitaretur de illorum Baptismo debent sub conditione baptizari. DD. communiter.

INTERROG. VII.

Que intentio, & dispositio requiratur ad suscipiendum Baptismum?

43 Resp. In pueris, vt teneat Baptismus, suumque operetur effectum, nulla intentio, nulla ve dispositio requiritur ex parte ipsorum: idem est de amente, à natiuitate, perpetuo. DD. communiter, cum D. Thoma 3. par. q. 68. art. 12. Sufficit in his Christi, & Ecclesiæ intentio, & capacitas, ac indigentia ipsius pueri; & pueri dicuntur velle, & credere Baptismum in fide, & voluntate Christi, & Ecclesiæ; nam sicuti voluntas Adami sufficit ad contrahendum originale peccatum; ita etiam sufficit voluntas Ecclesiæ, & fides respectu infantum, quia actum voluntatis nequeunt elicere.

44 Vt valeat Baptismus in adultis, requiritur cōsensus proprius, & intentio actualis, aut virtualis recipiendi Baptismum.

Est

Est communis consensus Theologorum apud Suarez disp. 24. sec. 1. ex D. Augustino 4. de Baptismo, cap. 24. Et est ratio; quia Deus non iustificat impium absque proprio consensu; ergo &c.

45 Valet Baptismus collatus dormienti, qui Baptismum petierat ante somnum, & non constat, voluntatem retractasse. Idem dicendum est de furioso; & a mente, qui dum haberet lucida intervala petijt Baptismū, etiamsi resistat, dum baptizatur; quia hæc resistentia non est humana. Valet etiam Baptismus administratus illi, qui per metū grauem illum suscipit, modo habeat intentionem illum recipiendi; nam talis consensus est simpliciter voluntarius; ergo, &c.

46 Adultus, vt recipiat fructum Sacramenti, scilicet habitualem gratiam, præter intentionem dictam, debet habere fidem supernaturalem. DD. communiter cum D. Thom. 3. p. q. 68. art. 8. *Nam sine fide impossibile est placere Deo*, vt ait D. Paulus ad Heb. 11.

47 Si adultus cum solo originali accedat ad Baptismum, non tenetur elicere actum poenitentiae, nec dolorem habere ante acta vitæ. DD. communiter. Sufficit voluntas suscipiendi Baptismum, & propositum obediendi Deo, & seruandi legem. Si verò adultus habet mortale cum originali, præter fidem,

& legitimam intentionem (vt fructum Baptismi consequatur), debet conuerti ad Deum cum detestatione prioris vitæ, vt patet Luc. 3. *Nisi poenitentiam egeritis, & Actor. 2. Poenitentini, & baptizetur, &c.* Et Tridentino sess. 6. cap. 6. & 7. dicente: *Ad primam iustificationem in adulto, que fit per Baptismū in re, vel in voto, requiri detestationem peccatorum, & conuersionem ad Deum.*

48 Hæc detestatio debet esse supernaturalis; cum sit dispositio ad formam supernaturalem, scilicet gratiam. Sufficit, quòd sit attritio (etiam cognita) ob motiūm supernaturalem, videlicet damnum æternum, & carentiam visionis Dei; cū hæc sit etiam sufficiens ad fructum Sacramenti percipiendum, vt dicam suo loco, & habent DD. communiter.

INTERROG. VIII.

Quinam sint effectus Baptismi?

45 Resp. Quatuor sunt effectus primarij Sacramenti Baptismi. Primo, Baptismus delet peccatum originale. Quòd est de fide, ex Tridentino sess. 5. can. 5. Ad Titum 3. *Saluos nos fecit, &c.* Secundo, Baptismus in adultis delet omnem culpam actualem, tam mortalem, quàm venialem nisi ponatur ob ex, vt est definitum in Concilio Flo-

rentino, & in Tridentino sess. 5. can. 5. Et ratio à priori, est voluntas Christi sic instituentis, vt ait Vallalobes disp. 17. num. 1. Et si verum sit, posse dari calum, in quo remitterentur per Baptismum peccatum originale, & mortalia, absque eo, quòd venialia remittantur, v. grat. quando adultus susceperet Baptismum, cum complacentia venialium. Sed Baptismus ex se omnia auferit, tam originale, quam mortalia, & venialia, vt asserunt DD. communiter. Tertio, Baptismus delet omnem poenam pro peccatis debitam. Quod est de fide definitum in Concilio Florentino in decreto Armenorum, vbi habetur: *Baptizatis non imponi poenitentiam seu satisfactionem pro peccatis prateritis*; ergo Baptismus delet omnem poenam, alioquin iniungenda esset satisfactio. Et tenent DD. communiter, cum D. Thom. 3. p. q. 69. art. 2. Vnde est, eum qui Baptismum recepit absque vilo impedimento, & obice, si moriatur, ante quam vllam culpam actualem committat, statim in coelum euolare; cum enim ianua coelorum aperta sit per Christi mortem, & per Baptismum auferatur omnis obligatio ad poenam; nihil obstat quominus baptizatus statim in coelum euolet, si statim, suscepto Baptismo, moriatur, vt asserunt Siueter, Tabiena, Sotus in 4. dist. 6. q. 1. artic. 5. & DD. communiter, cum D.

Thom. 3. p. q. 69. art. 7. Quarto, Baptismus paruulis est adultis obicem non ponentibus confert gratiam simul cum reliquis virtutibus, & donis, quæ gratiâ consequuntur. Est de fide, vt patet ex Concilio Vienensi in Clement. vnic. *de summa Trinitate*, & ex Tridentin. sess. 5. in decret. de peccato originali, & asserunt DD. communiter. Pueris æqualem gratiam confert, adultis vero in æqualem pro ratione maioris, vel minoris dispositionis, vt asserunt DD. communiter, cum D. Thom. 3. p. q. 69. art. 8.

50 Baptismus (etiam a pagano collatus) si adsit debita intentio (etiam si ponatur ob ex) imprimi characterem, vt definitur in Tridentino sess. 7. can. 9. de Sac. Quo signo in anima impresso distinguitur fidelis, ab infideli; sit potens, & aptus ad recipienda Sacramenta. Et cum character sit indelebilis, vt manet dictum, sec. de Sac. in gen. character Baptismi manet in hæreticis, & animabus separatis etiam damnatorum, vt asserunt DD. communiter. Et ratione Characteris etiam nequit iterari Baptismus, si ritè, & validè collatus sit, vt asserunt DD. communiter. Quando vero de illius valore dubitaretur, iterari posset sub conditione, vt asserunt DD. communiter. Et præcipue videndus est Suarez disp. 12. sec. 3. circa hoc.

46 Præter hos effectus prima-

maria habet Baptismus alios minus præcipuos. Primus est a-
pertio Regni cœlestis; eo quod
remouet impedimentum cul-
pæ, & poenæ. Secundus est con-
iunctio hominis cum Christo.
Tertius est subijcere hominem
Ecclesiæ iurisdictioni, & obli-
gare illum ad seruanda præcep-
ta Ecclesiæ; per Baptismū enim
homo fit membrum Ecclesiæ.
DD. communiter.

51 Baptismus si fide susceptus,
recedente fide causat suum
præcipuum effectū, scilicet gra-
tiam; modo fictio sit opposita
effectui, scilicet peccatum mor-
tale, non tamen si fictio opposi-
ta Sacramento, quæ est intentio
non recipiendi illud. Tenent
DD. commun. ex D. August. lib.
1. de Baptism. c. 11. & ex D. Tho-
ma 3. p. q. 69. ar. 10. Et est ratio;
quia est proprium Baptismi re-
generare, & remittere peccatum
originale, & actualia commissa
ante Baptismum; ergo cum ite-
rari nequeat, dicendum est, hæc
omnia Baptismum præstare re-
cedente fide.

52 Et est notandum, quod, si
fictio fuit posita ignorantia in-
uincibili; quia bona fide, putās,
se esse dispositum, suscepit Bap-
tismum; cum reuera dispositus
nō esset; hæc fictio tollitur sub-
sequenti attritione, si postea nō
peccauit mortaliter; nam talis
attritio retrahitur ad tem-
pus suspensionis Baptismi, vt ait
Trullench de Sacr. lib. 2. cap. 1.

dub. 8. num. 11. Si verò quis sus-
cepit Baptismum cum consci-
tia, & cōplacencia peccati mor-
talis, vel post susceptum Bap-
tismum peccauit mortaliter, tunc
requiritur ad tollendum obicē,
seu fictionem contritio, vel at-
tritio simul cum Sacramento
Pœnitentiæ, vt asserunt Sotus in
4. dist. 6. arr. 8. Filiucius, tract. 2.
cap. 5. q. 10. & Bonacina 1. part.
disp. 2. q. 2. punct. 7. n. 4. & Dia-
na 3. p. tract. 4. resol. 14. & DD.
commun. Videatur Trullench,
loc. citat.

INTERROG. IX.

*Quæ cœremonia sint obseruanda in
administratione Baptismi?*

53 Resp. Certum est apud
Catholicos, conuenientissimè
adhiberi ab Ecclesia cœremonias
in Baptismo publico, tū ad
instructionem, tum ad effica-
ciam; operatur enim aliquem
effectum supernaturalem, & ad-
hibentur etiam ad reuerentiam
Sacramenti. De quibus videan-
tur D. Thom. q. 71. ar. 2. Coninc
ibidem, Enriq. lib. 2. cap. 13. Sua-
rez disp. 30. sect. 1. & 2.

54 Seruandæ sunt cœremonias
toti Ecclesiæ cōmunes, vel
quæ de consuetudine sunt in Ec-
clesia approbatæ: vnde est, omit-
tere ritus (quamuis accidenta-
les) esse mortale ex genere suo,
vt asserunt Doctores communi-
ter. Nisi materiæ paruitas excu-
set, vnde, erit peccatū mortale

34.

baptizare in aqua non benedi-
cta, vel cum Chrismata alterius
anni, extra necessitatem, vt asse-
rit Bonacina cum alijs, tom. 1.
disp. 2. q. 2. p. 7. num. 19.

55. Ex ceremonijs, alix an-
tecedunt Baptismum, vt Chate-
cismus, exorcismus, & demoni-
is adiuratio, olei vntio; a-
lix sequuntur Baptismum, vt
Chrismatis vntio, &c. quæ cõ-
tinentur in rituali baptizando-
rum. Quam vim habeant cõcer-
monix baptismi aliaque Sacra-
mentalialia, & qua ratione suos in
nobis operentur effectus. Vide
Coninch 3. p. q. 71. art. 3. dub. 1.

INTERROG. X.

*An conuenienter distinguantur
tres Baptismi?*


56. Resp. Affirmatiue, scili-
cet, aque, flaminis, & sanguinis.
Ex quibus, solus Baptismus
aque est Sacramentum, & verè,
ac propriè Baptismus Sanguinis
autem, & flaminis solum me-
thaphoricè vocantur Baptismi;
quia nimirum in necessitate Bap-
tismum suppleant, seu eius defe-
ctum gratiã conferendo; quan-
do eum præcedunt. Quod si cum
sequantur non dicuntur Baptis-
mi; quia Baptismi vicem non
suppleant, sed potius vicem pœ-
nitentiæ cuius effectum confe-
runt, vt asserunt DD. communi-
ter.

57. Baptismus igitur sangui-

nis: Est Martyrium per ipsum
pro fide Christi integra, aut vera
virtute; qui est actus elicitus à
fortitudine, imperatus autem à
charitate; iuxta illud Christi:
*Maiorem charitatem nemo habet
vt animam ponat quis pro amicis
suis.* Et est Martyrium sanguinis,
siue pœr moriatur in vtero ma-
tris prægnantis, quæ pro Chri-
sto martyrium subit; siue mo-
riatur pro illo ante vsum ra-
tionis iam natus infans sicut
passi sunt infantes innocen-
tes occisi ab iniquo Rege He-
rodè, Matth. 2. Siue Martyrium
subeat adultus, qui nequit susci-
pere Baptismum aquæ: hi om-
nes suo lauantur sanguine, qui
in eis supplet Baptismum, & ge-
rit vices illius remittens omnem
culpam & pœnam pro ipsa de-
bitam sicuti delet Baptismus a-
quæ, vt asserunt DD. commun.

58. Baptismus flaminis, est
voluntas charitate inflammata sus-
cipiendi Baptismum aquæ; quem
adultus non recipit, quia non est
qui ministret, & moritur cū hac
voluntate, dolore, & contritio-
ne suorum peccatorum. Et dici-
tur flaminis, quia nascitur ex ig-
ne charitatis, & contritionis. Et
hic Baptismus flaminis, non re-
mittit omnem pœnam, sed illam
remittit iuxta quantitatem cõ-
tritionis. Videatur Hurtado

de Baptismo disp. 1.
diffic. 183.



SECTIO TERTIA DE CONFIRMATIONE.

De Confirmatione agunt DD. cum Magistro in 4. dist. 7. ibi D. Thomas q. 3. p. q. 72. ubi eius expositores, Suarez, Vazquez, Caietanus, Nuñez, Coninch, Hurtado, Ochagauia, Trullenb, Caspensis, & Canonista de consecrat. dist. 1. cap. 1.

INTERROG. I.

Quid est Confirmatio?

1 Resp. Confirmatio est: *Vnctio exterior Chrismatis ab Episcopo consecrato facta in modum crucis in fronte baptizati, ad accipiendum vita spiritualis robur, ad profitendam fidem coram Euangelijs veritatem oppugnantibus.* Sic Magister in 4. dist. cit. D. Thom. q. 72. & DD. communiter.

2 Et Sacramentum nouæ legis à Christo Domino immediate institutum, vt constat ex Florentino in decreto Eugenij IV. & ex Tridentino sess. 7. de Sacram. can. 1. & de Confirmat. cap. 2. sect. 23. cap. 4.

3 Instituit Christus Dominus hoc Sacramentum in nouæ Coenæ, vt sumitur ex Cipriano in serm. de vnct. Chrismatis, & ex Fabiano Papa Epist. 2. ca.

pit. 1. Ochagauia, Hurtado, Villalobos, & DD. communiter. Et ratio huius institutionis fuit, quia per Baptismū homo suscipitur in militiam Christianam, in Confirmatione armatur ad pugnam, vt ait Melchiades Papa cap. Spiritus Sanctus de consecrat. 5.

4 Resp. Materia remota huius Sacramenti est Chrisma cōfectum ex oleo, & balsamo cōsecratum ab Episcopo, vt asserunt DD. communiter cum D. Thoma q. 72. art. 2. & 3. & colligitur ex Tridētino sess. 7. can. 2. de Confirmat. Bracarensi, Florentino, & alijs apud Bellarminum lib. de Confirmat. capit. 3. & Suarez disp. 33. sect. 1. Materia proxima huius Sacramenti est vnctio, quæ fit Chrismatē, vt constat ex Florentino, ex usu, & traditione Ecclesie. Quæ de necessitate Sacramenti debet fieri.

ri in fronte, vt in rubore, & verecundia Christi nomen confiteatur, qui suscipit hoc Sacramentum. Debet etiam fieri in modum Crucis, vt forma verificetur. Necessario etiam faciēda est manu seu digito, & de precepto Ecclesie faciēda est pollice dextere. Teneret tamen Sacramentum, si alio fieret digito, v.g. indice, & sunt qui dicant, ita vngere, non esse mortale. Nūus in 3. p. tom. 1. q. 72. artic. 4. & Diana 3. part. tract. 4. resol. 22.

5. Ad vñtionem autem sufficit parua quantitas chrisimatis; ea scilicet, qua possit quis digito inungi in frōte. DD. communiter.

INTERROG. III.

Qua sit forma Confirmationis?

6. Resp. Et hæc: *Signote signo Crucis. & confirmote Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vt decernit Florentinum loc. cit. Omnia verba, hæc sunt de essentia formæ, vt est commune apud DD. In forma exprimitur persona confirmati; sicuti in Baptismo, baptizati exprimitur persona. Exprimantur etiam necessario tres Personæ Sanctissimæ Trinitatis; eo quod Confirmatio sit complementum Baptismi, si quidem confirmatio, fuit instituta ad propugnandam fidem susceptam in Baptismo: &

Mysterium Trinitatis est præcipuum nostræ fidei. DD. communiter.

INTERROG. IV.

Quos effectus habeat Confirmatio?

7. Respond. Confirmatio imprimet characterem: & ideo iterari non potest, vt iam dixi; & qui iteraret, tale Sacramentum, licet mortaliter peccaret; nihilominus irregularis non fieret; quia id non exprimitur in iure.

8. Confert etiam gratiam; ex se, & ex opere operato; sicut reliqua Sacramenta, vt ait Tridentinū sess. 7. can. 9. de Confirmatione: cui gratiæ sunt annexa auxilia, quibus confirmatus intrepide, audacter, & constanter fidem profiteatur, & confiteatur. DD. communiter; quia id est peculiare huius Sacramenti.

INTERROG. V.

An sit præceptum recipiendi Confirmationem?

9. Respond. Negatiuè, vt asserunt Sotus in 4. distinct. 7. artic. 4. Angles, Ledesma, & alij apud Suarez tom. 3. in 3. disp. 48. sect. 1. Quia nec est de precepto diuino; cum nullibi in sacra Scriptura reperitur; nec depositiuo; quia ra-

le præceptum non est in iure, ergo, &c.

10 Sed si, ob contemptum omittatur Confirmatio, erit sacrilegium, & mortale peccatū, ob contemptum Sacramenti. DD. communiter.

INTERROG. VI.

Quod nisi sit subiectum capax habitus Sacramenti?

11 Respond. Quilibet baptizatus, siue vir, siue femina, siue adultus, siue infans; expedit tamen confirmare pueros habentes usum rationis, nisi sint in articulo mortis. Seruanda tamē est Diocesis consuetudo, vt ait Trullench lib. 2. cap. vnic. dub. 11. num. 12. Quod magis conueniens iudicatur, est confirmare illos expleto Septenio, secundum Sotum, Paludanum, & Syluestrum; quia tunc iam possunt habere aliquam reuerentiam, huic Sacramēto, & habere memoriam, se esse confirmatos; ne iteretur Sacramentum. Confirmare pueros ante septenium (etiam deficiente causa) non est mortale, vt asserit Diana 3. part. tract. 4. resol. 19. Amentes etiam perpetui, & qui sunt in articulo mortis, non sunt priuandi hoc Sacramento; licet hoc vltimam non sit in vsu; non quia, non expediat; sed quia cōmode fieri nō potest. DD. communiter.

INTERROG. VII.

Quis sit minister Confirmationis?

12 Resp. Solus Episcopus est minister ordinarius huius Sacramenti, vt asserit Florentinum in decreto Eugenij IV. & Tridentinum, sed. 7. can. 3. de Confirmatione.

13 Ex commissione Summi Pontificis potest illud simplex Sacerdos administrare, vt asserunt D. Thomas q. 72. artic. 11. & cum illo DD. communiter. Vide Suarez disp. 36. sect. 2.

13 Impigitur a papa in Confirmatione, magis principaliter, vt intelligat confirmatus, se debere pati in iurias pro confessione fidei; & minus principaliter, vt recordetur, se esse confirmatum. Eius emissio non erit mortale peccatum; quia non videtur, quod sit res gravis.

14 Episcopus confirmans non debet esse ieiunus; licet nec confirmandus ieiunus esse debet. DD. communiter.

15 Conuenienter hoc Sacramentum Confirmationis confertur in Ecclesia. Extra illam illud conferre, non videtur peccatum mortale; obseruanda est consuetudo circa hoc, vt asserunt Doctores communiter, & videndus est Coninch 3. p. q. 72. art. 7. num. 75.

16 Circa patrinū est aduer-

tendum eius omissionem esse peccatum mortale; quia est res grauis, & coere monia antiquissima in Ecclesia; ad significandū illum, qui Confirmationem suscipit; quasi tyronem esse in spiritali militia, & indigere consilio alterius, vt ait Trulench de Sac. lib. 2. cap. vnic. dub. 11. num. 18. Qui patrinus in Confirmatione alius debet esse ab eo, qui suscepit in Baptismo, nisi necessitas aliter cogat, vt asserit Diana 3. p. tract. 4. de Sac. res. 21. & apud illum Suarez, Nuñus, &

alii. Debet esse etiam Confirmatus, vt constat ex cap. *Item Seq.* Qui si Confirmatus non sit, non contrahit spirituales cognationem; quia non est susceptor legitimus, vt asserunt Coninch de Sac. q. 72. art. 10. num. 92. Suarez, Nuñus in 2. p. q. 72. art. 10. & alij. Quam cognationem contrahit patrinus Confirmatus iuxta limitationem Tridentini sess. 14. cap. 1. de reformat. Patrinus in Confirmatione debet esse vnus, vel vna.

SECTIO QVARTA

DE SACRO SANCTO EVCHARISTIAE Sacramento.

SOLET *Eucharistia* varijs nominibus appellari, nam vt ait D. Chrysostomus super Paul. ad Cor. 10. *Tanta est dignitas huius Sacramenti, vt vno vocabulo comprehendere non possit.* Et ideo per antonomasiam vocatur *Sacramentum*. Et Theologi huius Diuini Sacramenti varia repetunt nomina. Primò vocant *sacrificium*. Secundò dicunt *Panem vita*. Tertio *Communionem*, vt illud vocat Paulus 1. ad Cor. 10. Quarto dicitur hoc Sacramentum, *Corpus, & Sanguis Christi*; quia illud in se continet. Quintò appellatur *Viaticum*; quia parat iter ad gloriam. Denique appellatur *bona gratia, seu Eucharistia*, quia in se continet Christum, qui est fons gratiae.

Et agunt de Eucharistia Scholasticum Magistro in 4. dist. 8. v. que ad 13. & cu n D. Thoma 3. p. q. 73. vsque ad q. 82. Scotus, D. Bonaventura, Alensis, Ricardus, Althodorense, Hugo de S. Victore lib. 2. de Sac. O. ius in Confessione fidei cap. 39. Castro aduersus haereticos v. Eucharistia, Bartholomaeus de Ledesma in sum de Sac. tit. de Eucharistia. Summistæ, v. Eucharistia Communio, Missa Canonistæ de consecrat. dist. 2. & tit. de celebrat. Missarum. Latè & eruditè, de ea agunt Recentiores Teologi Sotus, Vazquez, Suarez, Nuñus, Lugus, Galpensis, Bonacina, Leander, & alij plures.

INTERROG. I.

Quid sit Eucharistia?

168.ca. 2. Euriq. & Ochagavia, quos refert, & sequitur Hurtado disp. 1. diffic. 5.

3 Eucharistia Sacramentū non est necessarium necessitate mediij, nec parvulis, nec adultis in re susceptum ad recipiendam primam gratiā, vt cum D. Thoma q. 65. asserunt DD. communiter. Item quia nullum Sacramentū supponit effectum, propter quem fuit institutum: at vsus huius Sacramenti per se supponit primam gratiam, & remissionem peccati multo magis, quam reliqua Sacramenta, quæ dicuntur vitiorum, vt ait Tridentinum sess. 13. capit. 7. ergo, &c. Nec realis sumptio est necessaria necessitate mediij, nec parvulis, nec adultis ad perseuerandū in gratia, vt asserunt DD. cōmuniter. Et de infantibus res est clara; quia, si post Baptismū ante adultam ætatem decedāt, procul dubio salui sunt sine reali sumptione Eucharistiæ, vt definit Tridentinum sess. 21. can. 4. Et de adultis patet etiam; nā potest adultus perseuerare in gratia sine reali sumptione Eucharistiæ, vt constat in adulto, qui sola contritione ante Baptismum, vel solo Baptismo aut Pœnitentiæ Sacramento iustificatus decedit in gratia, ante quam sumat Eucharistiam; ergo &c. Nec Eucharistia in voto, seu in affectu illam recipiendi est necessaria necessitate medi ad salutem, & vitam con-

1 Resp. Est Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini ad nutritionē vitæ spiritualis per Baptismum data. Vt colligitur ex Tridentino sess. 13. cap. 2. Et est communis definitio apud DD. in 4. dist. 8.

2 Hoc Sacramentum fuit institutum a Christo in nocte Cœnæ. Quod est de fide; sicuti de fide etiam est, esse Sacramentum nouæ legis. Excedit reliqua nouæ legis Sacramenta; & quia in se continet Christum fontem gratiæ, & quia habet virtutem sanctificandi permanentem, vt asserunt DD. communiter. Eucharistia est vnum Sacramentū vnitatis conuiuij. Et specierum quælibet est verum Sacramentum, ex Tridentino sess. 21. cap. 3. Eius vnitatis numerica ex sumptione defumitur, secundum Sotum in 4. dist. 8. q. vnic. art. 2. Ledesmani, Bellarminum, Bonaciam, & Pureanum citatos ab Hurtado disp. 1. diffic. 5. Sed alij asserunt ex multiplicatione hostiarum multiplicari numero Eucharistiæ Sacramentum independentem a sumptione, quia Sacramentum Eucharistiæ consistit in solis speciebus, ergo his multiplicatis multiplicatur numero Sacramentū. Vazq. disp.

quendam, vt afferunt Coninch, Suarez, Reginaldus, Angles, & alij apud Bonacinam 1. p. disput. 4. punct. 3. nu. 1. Et est ratio; quia de lege ordinaria sola iustificatio, & perseverantia in ea est medium necessarium ad consequendam vitam æternam, & iustificatio, & perseverantia haberi possunt absque Eucharistia in voto, vt videre est in infirmo, qui post receptum viaticum peccauit mortaliter: hic enim potest resurgere a culpa, seu iustificari per poenitentiam; insuper non tenetur iterum suscipere Eucharistiam, etiamsi possit illam recipere: immo licite potest velle eam non recipere, cum iam impleuerit præceptum communicandi in articulo mortis; ergo, &c.

4 Est tamen Eucharistiæ Sacramentum in re, vel in voto moraliter necessarium adultis ad perseverandum in gratia, id est valde vtilis, & efficax, vt bene obseruauit Caspensis tom. 2. tract. 22. disp. 1. sect. 5. num. 55. eo quod Eucharistia est instituta a Christo ad præseruandum hominem à peccatis, vt docuit Tridentinum sess. 13. cap. . . & ad conseruandum hominem in gratia.

5 Et notandum est, id esse necessarium necessitate mediij, seu finis, quod ex se talē connexionem habet cum fine, vt sine illo consequi non possit. Quæ ratio de respectu salutis æternæ fides,

gratia, &c. dicuntur necessariae. Et id dicitur necessariū præcepti, quod non ex se, vel ex natura sua, sed ex præcepto Diuino, vel Ecclesiastico prædictam connexionem habet: quomodo se habet in ordine ad salutē, oratio, elemosyna, & similia. Et hic locuti sumus de necessitate mediij solum. De necessitate præcepti dicam alibi.

6. Esi dicat aliquis; eisdem verbis, quibus proposuit Christus Dominus necessitatē Baptismi proposuit necessitatē Eucharistiæ, sed necessitas Baptismi est necessitas mediij, sine quo salus æterna non obtinebitur; ergo Eucharistia, ita est necessaria. Pro Baptismo sunt verba, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Et pro Eucharistia, sunt verba Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* Respondetur, illam formam verborum esse indifferentem: interdum significant necessitatem mediij, interdum præcepti. Sensus autem discernendus est ex materia, supra quam verba cadunt; nam si sermo sit de re necessaria ad obtinendam primam gratiā, præter necessitatem præcepti, continet necessitatem mediij, si verò sit sermo de actione aliqua, quæ supponat, hinc gratiam aequisitam, solum significant præcepti necessitatem. Videatur Caspensis tom. 2. tract. 22. disp. 1. sect. 5.

INTERROG. II.

Quo sit materia Sacramenti
Corporis?

8 Res. Materia remota huius Sacramenti, quoad consecrationem corporis est panis, secundum fidem. Constat ex Matth. 26. *Accipiens Iesus panem, &c.* & idem habetur, Luc. 22. Est definitum in Concilio Florentino in instructione Armenorum, Lateranensi, cap. *firmiter*. Et in Tridentino, sess. 13. cap. 21 & 22. Sicque habet traditio Ecclesie ex PP. quos refert Suarez disp. 43. sect. 1. Et ratio à priori est voluntas Christi sic instituentis. Qui panis debet esse triticeus, ut bñe D. Thomas 3. part. q. 74. ar. 7 ad 3. & cum eo DD. communiter, apud Suarez disp. 44. sect. 1. Et sic asserit Florentinum. Et ex Christi institutione, qui consecrauit in Azymo. Et quia panis triticeus dicitur, & est simpliciter panis, ceteri cum *addito*, ut panis hordeaceus, &c.

9 Et ita panis ex grano, quod certum est, non esse triticum, non est apta materia consecrationis, qualis est confectus ex leguminibus, ut ex *fabis, castaneis*; ciceribus; nec, qui fieret ex hordeo, milio, *hibena, farre, oryza, arroz, massa cruda*, aut confectus oleo, aut butiro, *opusculas, otras pastas*, qui quidem non sunt panes viuales. Solum est apta materia con-

secrationis corporis panis triticeus aqua naturali cōsecratus, cōsecratus, seu assus igne, qui quidem est panis simpliciter, siue hic panis sit azymus, siue fermentatus, ut asserunt DD. communiter, eo quod uterq; panis, sit panis simpliciter, & ideo sufficiens materia. De quo dubitare non licet.

10 De Typa, seu centeno, dicunt aliqui, esse materiam consecrationis. Sic Bonacina, Enriquez, Ledesma, Moure, & alij apud Leandrum disp. 8. q. 4. Sed melius negant Suarez disp. 44. sect. 1. Granada contr. 6. de Eucharist. tra. 2. disp. 3. num. 6. Cominch q. 74. art. 3. num. 25 & sequitur Leander loc. cit. affirmantes, typam, seu centeno, esse materiam valde dubiam, & ideo peccare grauitate, qui in illo consecraret. De spelta dixerunt aliqui esse sufficientem materiam consecrationis. Quod negat S. Thomas, & cum eo DD. communiter. Siue enim spelta significet *auens*, ut volunt Moure, & alij, siue *alberjas*, ut alij asserunt, panis ex illa factus ex se est pabulum belluarum, & sic nequit esse materia consecrationis. Panis factus ex siligine est materia sufficiens, si hoc nomen *siligo*, significet triticum selectum, Hispanice *candeal*, ut asserunt DD. communiter. Si verò significet typam, seu centenam, non est sufficiens materia, ut manet dictum. De panis confecto ex farre dico, quod si sig-

nificat speciem tritici, quæ apud Hispanos dicitur *scanda*, est materia sufficiens cum panis ex illo factus sit panis simpliciter, & visualis. Et idem, si significet triticum trimestre, seu *de tres meses*, ut ab aliquibus sumitur. Secus autem, si far significet farinam factam ex hordeo, quod iam exclusimus à materia consecrationis; est enim pabulum belluarum, ut asserunt DD. communiter. Panis ex Amylo factus est materia consecrationis, secundum Paludanum in 4. dist. 11. q. 1. art. 4. conc. 3. & Enriquez libr. 8. cap. 9. & alij. Sed probabilius est, non esse sufficientem materiam consecrationis, etiam si ex Amylo fiat massa solius aquæ elementalis conspersione, & postea coquatur, sicut solet panis; eo quod licet Amylus, seu *almond* fiat extritico; ita tamen transmutatum est, ut panis ex illo confectus nec panis est visualis, nec panis communis retinet saporem, ut ait D. Thomas 3. p. q. 74. art. 4. ad 4. & cum eo Vazquez, Suarez, Pitigianus, Hurtado, & DD. communiter. De pane confecto ex *Misso* his pane *Misz*, dubitant aliqui apud Enriquez libr. 8. cap. 9. an sit materia sufficiens; cum sit panis visualis apud Indos. Sed communis sententia tenet, non esse sufficientem materiam consecrationis, licet enim sit visualis apud Indos, non tamen est simpliciter panis, nec triticeus, qui dumtaxat est mate-

ria Eucharistiæ. Sic Enriquez loc. cit. Hurtado disp. 2. dub. 2. Granado, Lugus, Fagundez, Ochagavia, & alij apud Leandrum tom. 2. tract. 7. q. 8. Massam crudam esse sufficientem materiam consecrationis tenuit Maior in 4. dist. 11. q. 2. apud Hurtado disp. 2. diff. 3. Sed contrarium communiter asseritur à DD. Quia massa cruda (sive sit eiusdem speciei cum massa cocta, aut pane, ut tenent Scotus dist. 11. q. 6. & alij; sive diuersæ speciei, ut vult D. Thomas dist. 11. q. 1. art. 1. quæst. 3. ad 3. & cum eo Vazquez, Suarez, & alij) non est cibus comestibilis ab homine; ergo nec sufficiens materia consecrationis. Vazquez, & Suarez citati, Hurtado, Ochagavia, Coninch, & DD. communiter. Qui etiam asserunt micam panis madefactam & digitis compressam factamque quasi massam crudam, esse materiam sufficientem consecrationis, contra Fagundez præcep. 3. lib. 2. cap. 1. num. 22. eo quod per talè compressionem, & madefactionem nullo modo amisit coctionem, aut esse panis. Lugus disp. 4. num. 5. Suarez disp. 44. sec. 2. Hurtado loc. cit. Leander q. 12. & alij. Sicuti etiam dicunt, non esse materiam consecrationis nullam oleo, aut butiro in sartagine frictam, hispanè *torta*, *ojuelas*, *o fruta de sartem*, non enim sunt simpliciter panis aqua naturali elementalè confectus, ut

asserunt DD. comuniter. Qui etiam dicunt communiter, non esse sufficientem materiam panem, qui conficeretur ex farina triticea, & ex aqua rosacea, vel Angelica, vel stilata; non enim his panis vsualis est, & communis. Quidquid minus benedixerit Pelantius in 3. p. q. 74. art. 7. disp. 2. tenuerintque alij apud Delgadillo de Euchar. capit. 5. dub. 4. Et propter eandem rationem, non est materia consecrationis hostia confecta ex farina triticea, cum admixtione coccinabri, qualis est illa, qua solemus litteras sigillare (his panes obleas coloradas) vt asserunt Lugus disp. 4. num. 4. Leander disp. 8. q. 19. & cum eis Delgadillo disp. 5. dub. 4. Panis confectus extritico cum admixtione aliarum segetum materia sufficiens est si mixtio parua sit, quæ tritici speciem nõ mutet; secus autem, si ita magna existat, vt tritici speciem mutet, aut soluat. Sic D. Thomas art. 3. ad 3. Cossinchi ibi q. 74. art. 3. cit. Granada, Trullench & DD. comuniter.

11 Panis igitur triticeus aqua naturali confectus, coctus, vel assus igne sufficiens est, & necessaria materia consecrationis Corporis, siue panis sit azymus, siue fermentatus; vterque enim est panis simpliciter, & vere panes quantum ad substantiam. Quod definitum est in Florentino ab Eugenio 4. illis ver-

dis: *Definimus item in Azymo siue fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici.* Vnde exploditur error Græcorum qui plusquã 600. ab hinc annis asseruerunt, solum pane fermentatũ esse materiam consecrationis. Quod etiam dicunt Græci schismatici. Euanescit, etiam error Armenorum, qui affirmant, solum azimum esse materiã consecrationis. Reijcitur etiã error cuiusdam Hugonis apud Glosam in cap. litter de cebrat. *Mss.* qui dicebat, materiam huius Sacramenti apud Latinos esse azimum, apud Græcos fermentatum.

12 Sed obijciunt Græci; Christum consecrasse in fermentato; ergo solus fermentatus est materia consecrationis. Responderetur negando antecedens, quia Christus Dominus (vt tradunt PP. appud Enriquez cap. 11. de Euchar. num. 6.) consecrauit in azymo, nam Christus Dominus fecit Cœnam legalem, & suum Corpus consecrauit Feria 5. ad 2. vesperam, quæ erat Luna 14. mensis *Mssam*, seu *Martij*, in qua iam non erat panis fermentatus, sed azymus, iuxta illud Exodi 12 *Et edent carnes, & azymos panes*; vnde est Christum in azymo consecrasse.

13 Sed tenentur Latini Sacerdos, & Græcus suæ Ecclesiæ consuetudini se conformare. Vnde peccaret mortaliter Latinus, qui cõsecrasset in fermenta-

tato, & similiter Græcus, qui in azymo faceret cōsecrationē, in suis Ecclesiis, vt ait D. Tho. q. 74. art. 4. & cum eo DD. cōmuniter, ex Florentino in litter *unionis* sess. vlt. Sed potest Græcus in Ecclesia latina consecrata in azymo, & similiter latinus in Ecclesia Græca in fermentato, vt asserunt Enriquez, Sanchez, Nuñus, Suarez, & alij apud Bonacinam tom 1. q. 2. de euchar. disp. 4. punt. 1. num. 11. quilibet enim potest se legitimos licorum consuetudinibus acomodare, iuxta illud: *Sifueris Roma, Romano viuio more.* Sed nequit Sacerdos Latinus in Latina Ecclesia consecrare in fermentato, etiam in causa necessitatis comunicandi in firmū, & deficiente azymo, qui consecrari possit, vt asserunt Sotus dist. 9. art. 4. Suarez disp. 44. sect. 4. Enriquez, Ledesma, Bonacina, & DD. communiter contra Maiorem dist. 9. q. 3. ad 5. Qui dicunt grauer peccare, si consecret fermentatum. Sed potius debet in firmus abique viatico decedere, quam conficere in fermentato; quia sicuti in tali euentu non licet celebrare sine vestibus sacris aut vasis sacris, aut in altera tantum speci, aut fracto ieiunio pro communione infirmi; ita nec licet consecratio in fermentato pro illo comunicando.

14 Instituit hoc Sacramentum Christus in materia panis

potius, quam in alia 1. Ad significandum finem, & effectum illius, qui consistit in spirituali refectione animæ. Nulla autem res melius repræsentat refectionem, quam panis 2. Quia per panem significatur mystica vnio Christi cū Ecclesiæ; sicut enim panis fit ex multis granis ita Mythicum Ecclesiæ corpus componitur ex multis fidelibus, qui Christo vniuntur tanquam capiti, vt asserunt Grassijs, Suarez, & Filiucius, apud Bonacinam loc. cit. n. 12. & alij.

INTERROG. III.

Quæ sit materia Sacramenti Sanguinis?

15 Resp. Materia remota Sacramenti Sanguinis necessaria, & sufficiens est vinum vitis, vt asserunt DD. communiter, cum D. Thoma q. 74. art. 5. Et constat ex facto Christi (ad iuncta traditione Ecclesiæ, & communiconsensu) qui vinum consecrauit, vt patet ex verbis Lucæ 22. *Non bibam à modo de hoc genimine vitis*, & Matth. 16. & Marci 14. Idque est definitum in Florentino, & in cap. *Firmiter desum Trinit.* Et ratio a priori est voluntas Christi sic institutis. Et congruentia est; quia Eucharistia causat suum effectum instar conuiuij & refectionis; cōuiuium autem, & relectio integratur præcipue ex pane, & vino. Et vinum est materia Eucha-

charistia, siue album, siue nigrum; utrumque enim est verum vinum vitis.

16. Excluduntur à materia huius Sacramenti. 1. *Agrata agrata*, quæ ob sui immaturitatem non est adepta statum vini. 2. Excluditur acetum; quia non est vinum simpliciter, licet ex vino fiat; & Aristoteles 3. *Metaph. capit. 5.* vinum, & acetum corpori viuo, & mortuo comparauit DD. communiter, cum Diu. Thoma quæst. 74. artic. 5. Secus autem, si vinum sit aciescens, seu acidum. Sed esset graue peccatum consecrare in illo, quando scilicet ita pergit ad acetum, vt dubium sit, an sit verum acetum. Secus tamen, si parum aciescat, maxime, si ad sit aliqualis necessitas; vt aiunt Bonacina tom. 1. disp. 4. quæst. 2. punct. 2. nu. 5. & Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 2. dub. 2. numer. 6. & alij. 3. Excluditur vinum de cæctum. v. g. *bipocras*, vt ait Diu. Thomas loc. citat. & cum eo DD. communiter; quia mutat speciem, & simpliciter non est vinum. Et idem est de *Sapa Hispanæ arrops*. Et de multo *hispanæ clarea*, & de *acinacio hispanæ aqua pic*, quod fit ex aqua infusa racemis prius expressis, vt assentiunt DD. communiter. 4. Excluditur etiam a materia Eucharistia aqua vitæ ex vino distillata *hispanæ aguardiente*. Sicuti exclu-

duntur, etiam quæcumque vina, quæ non sint de vite, vt esset vinum ex pomis, malo granatis, &c.

17. Mustum ex vbis expressum iam maturis sufficiens est materia; quia est simpliciter vinum, licet recens, vt ait Aristoteles lib. 4. *Metheoror. capit. 10.* Vnde merito Pontifex Iulius in cap. *cum omne, de consecrat. dist. 2.* permittit consecrari mustum in casu necessitatis, vt testantur DD. communiter, & præcipue Hurtado disp. 2. difficult. 9. & Leander disp. 8. quæst. 32. Qui ex Vivaudo, & Moure addit, extare consuetudinem in aliquibus Ecclesijs, vt in die Transfigurationis Domini. 6. Augusti consecratur mustum ex vbis recenter expressum. Sed mustum in vbis inclusum materia consecrationis non est; quia in eo statu non est vinum simpliciter; imò nec potatur, sed comeditur, vt assentiunt DD. com-

18. De vino congelato, sentiunt aliqui, non esse sufficientem materiam consecrationis, sic Ledesma 1. part. 4. quæst. 15. art. 5. dub. 1. Alanus, Enriquez, Moure, Nuñez, Ludouicus de S. Ioann. & alij apud Delgadillo de Eucharist. capit. 5. dubit. 12. Sed communior sententia tenet, esse materiam sufficientem; est enim vinum simpliciter, licet congelatum; sicuti sanguis congelatus est, & dicitur

tur simpliciter sanguis. Sic Suarez disp. 45. sect. 1. Coninch, Lugus, Hurtado, Leander. disp. 8. q. 2. 2. Delgadillo, Dicastillo disp. 5. dub. 5. Trullendo de Sacr. lib. 3. cap. 2. dub. 2. & alij plures. Et si pro contraria sententia opponatur; quod vinum congelatum non sit potabile; ergo nec materia consecrabilis. Patet consequentia a paritate aquæ congelatæ, quæ non est materia Baptismi; cum non sit apta ad laudandum. Huic argumento facile responderetur, negando antecedens est enim vinum congelatum ad huc in illo statu potabile lambendo, vel sugendo, aut saltem, si liquefcat. Nec obstat simile de aqua congelata ad baptizandum; quia Baptismus consistit primò, & per se in ablutione, & vtu; Eucharistia verò in re permanente, quæ consequenter non requirit materiam, quæ actu, & proximè bibatur; sed quæ, ut cumque potabilis existat item, & sub speciebus vini congelatis retinetur Sanguis Christi, ut asserunt DD. communiter; quia sub illis etiam congelatis conservaretur substantia vini cuius loco successit Sanguis Christi; igitur ad valorem consecrationis requiritur solù, & sufficit, quòd materia sit verè vinum, & potabile, quamvis nò proximè potabile, sed remotè. Consecrare in vino congelato, ait Hurtado loc. cit. ex Vazquez Trullum esse peccatum. Sed ion-

tua Christi

ge probabilius est, esse peccati, graue, propter consuetudinem Ecclesiæ, quæ nunquam consecrauit vinum congelatum, & quantum ad hoc habet vim legis. Sic Suarez, Coninch, Fagüdez præcep. 3. lib. 2. cap. 3. num. 10. Montefino, & Villalobos, apud Leandrum q. 37.

19 Materia proxima Sacramenti Sanguinis sunt species vini consecratæ, seu prout continent; & significant Sanguinem Christi; sicuti, & Sacramenti Corporis materia proxima sūt species panis consecratæ, ut ait Trullench lib. 3. c. 2. dub. 1. & 2.

INTERROG. IV.

An vino admiscenda sit aqua, & quomodo?

20 Resp. Vino, quod est materia Sanguinis admiscenda est aqua. Quod est de fide definitum in Concilio Triburiensi can. 32 in Florentino, & Tridentino sess. 22. cap. 7. ubi non solum declarat, hoc esse præceptum, sed etiã assignat rationes congruitiæ, quas habuit Ecclesia ad præceptum infusionis aquæ in consecrandum vinum. Et verba Tridentini sunt: *Monet deinde Sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesiæ Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miscerent. Tum, quòd Christus Dominus ita fecisse feratur. Tam, quia a latere eius aqua simul cum Sanguine exierit: quòd Sacramentum hæc mixtionem recolitur. Et cum aqua in Apocalypsi B. Ioannis, populi dicantur;*

*ipſius populis fidelis cum capite
Chriſto unio repræſentatur.* Huc
vſque Tridentinum.

21. Ex quibus manet confu-
tatus error Armenorum aſſerē-
tium vinum eſſe conſecrandum
ſine admixtione aquæ; & cōtra-
rium facere, eſſe mortale pecca-
tam. Et idem dicunt nunc Lu-
therani, & Calviniſtæ.

22. Mixtio aquæ; & vini nō
eſſe de neceſſitate Sacramenti,
vt aſſerunt DD. communiter;
quia Chriſtus pro materia ne-
ceſſaria ſolum vinum inſtituit,
& ita tenet conſecratio ſi fiat in
ſolo vino ſine admixtione aquæ;
ſic D. Thomas q. 74. art. 7. Sua-
rez diſp. 45. ſect. 2. Vaſquez diſp.
177. cap. 2. Coninch, Leander,
Delgadillo, & alij multi. Nec
mixtio hæc aquæ eſt de iure di-
uino (quidquid minus benedi-
cant aliqui) quod enim eſt de
iure diuino in materia eſt de ne-
ceſſitate Sacramenti, at immix-
tio aquæ non eſt de neceſſitate
Sacramenti, vt dictum eſt; ergo
&c. Solum ergo immixtio aquæ
in vinum conſecrandum eſt de
præcepto Eccleſiaſtico, vt aper-
te conſtat ex Tridentino ſeſſ. 22.
cap. 7. vbi dicitur: *Hoc eſſe præcep-
tum Eccleſiæ.* Et aſſerunt DD.
communiter cum D. Thoma 3.
q. 74. art. 6.

23. Cuius præcepti Eccle-
ſiaſtici de mixtione aquæ in Ca-
lice, dicunt aliqui fuiſſe Autho-
rem Alexandrum primum. Sed
communiter id negatur a DD.

qui dicunt, hoc præceptum ab
Apoſtolis promanaſſe, qui imi-
tati factum Chriſti miſcuerunt
aquam vino ad conſecrationē,
& ſic fieri præceperunt. Sic Sua-
rez, Fagundez, Hartado, Co-
ninch, & alij apud Leandrum
q. 42. In caſu neceſſitatis, poſſe
Sacerdotem conſecrare purum
vinum ſine mixtione aquæ (etiā
ſine diſpenſatione) tenet Ledef-
ma in 1. 4. q. 15. art. 7. Sed alij id
melius negant, ſcilicet, quod ad
huc dato illo caſu, nequeat Sa-
cerdos vinum ſine aqua conſe-
crare: ſicut in nullo caſu poteſt
panem conſecrare, ſine vino, ſic
Suarez loc. cit. Villalobos tom.
1. tra. & 7. n. 3.

24. Aqua miſcenda vino de-
bet eſſe naturalis, quia talis (vt
creditur) mixta fuit a Chriſto,
qui iuxta communiffimam ſen-
tentiam miſcuit aquam vino,
quando inſtituit hoc Sacramē-
tum; quidquid minus benedicat
Torre Blanca lib. 2. præct. qq.
cap. 7. nu. 13. ex V baldenſi tom.
3. de Sac. cap. 32. Vnde ſine gra-
ui culpa nequit miſceri, ſeu ap-
poni aqua roſacea, aut artifici-
alis alia. Quæ ſi deſacto appona-
tur (licet miſcens peccet morta-
liter) conſecratio tenet, vt cū D.
Thoma q. 74. art. 7. ad 3. tenent
DD. communiter. Aqua vino
miſcenda debet eſſe in parua
quantitate comparatione vini,
& patet ex vſu Eccleſiæ. Et ſic
habetur in Florentino, vbi dici-
tur: *Ante conſecrationem modiciſ-
ſime*

sine aqua admisceri debet. Hæc puritas aquæ miscendæ nequit determinari quanta debeat esse, sed hoc relinquitur arbitrio Sacerdotis prudentis, considerata vini quantitate, & fortitudine maiori, vel minori, vt asserunt Suarez disp. 45. sect. 3. Fagundez præcept. 3. lib. 2. cap. 4. Moure, Ochagauia tract. 1. de Euchar. q. 10. num. 13. Et communis Ecclesiæ praxis est, vt scilicet minimum octies, vel decies plus vini apponatur in calice, quàm aquæ, vt aiunt Coninch, Layman, & Diana 3. p. tract. 4. ref. 49. apud Leandrum q. 48. Et sufficit in calice vnâ solam guttam aquæ apponere; quia illa ad implet præceptum, cum vnâ gutta aquæ sit aqua, vt ait Ochagauia citatus, vt asserit Lublinus, v. *Eucharist.* num. 7. apud eundem Leandrum citatum. Debet aqua misceri in ipso calice tempore sacrificij; quia est sacra cœremonia pertinens ad ipsum sacrificium, vt ait D. Thom. q. 74. art. 8. ad 3. Et debet misceri post oblationem Hostiæ sicut præscribitur in Missali Romano. Quamuis quantum ad hoc vnusquisq; possit sequi consuetudinem suæ Ecclesiæ; vt asserunt Suarez loc. citat. & Hurtado disp. 2. diff. 13. Qui tamen benè aduertunt, hæc mixtionem ita esse faciendam ante consecrationem, vt postea (scilicet post consecrationem) nullomodo fiat, quamuis obliuione, vel alia quavis causa fue-

rit omissa; benè tamen ante consecrationem calicis, si ante hanc omissa fuit.

25 Aqua vino consecrando admixta in Sanguinem Christi conuertitur, vt asserunt DD. communiter ex PP. apud Delgadillo de Euchar. capit. 5. dub. 17. Vndè exploditur opinio relata ab Innocentio III. in capit. *Cum Martha de celebrat. Missar.* quæ asserbat aquam vino mixtam conuertere in aquam, quæ exiit de latere Christi. Sed ansi consecrationis tempore aqua non sit in vinum conuersa, conuertatur in sanguinem Christi? Af firmant non ignobiles DD. Alanus lib. 1. de *Euchar.* cap. 13. 12. senius in concord. cap. 131. Salmeron tom. 9. tract. 14. pag. 120. Toletus in sum. lib. 2. capit. 25. Coninch q. 74. art. 8. dub. 1. Scortia lib. 4. de Sacrif. Missæ. cap. 1. num. 14. Ioannes Præpositus, q. 74. art. 8. dubio vnico, Layman lib. 5. tr. 4. cap. 2. num. 9. Pefantius q. 74. artic. 8. disp. 2. Petrus Soto, laet. 14. de *Eucharist.* Lugo disp. 4. sect. 3. Basæus, v. *Euchar.* 1. num. 14. & sequi videtur Diana 3. p. tr. 4. ref. 49.

26 Sed probabilius est oppositum, scilicet, quòd nullo modo aqua conuertatur in sanguinem Christi, nisi prius sit in vinum conuersa. Quia solum vinum est materia consecrationis calicis, seu sanguinis, & aqua miscetur per modum cœremonie, non materia; ergo aqua non

nens in propria specie nequit conuerti in sanguinem Christi. Sic O. Thomas, D. Bonauentura, Scotus, Paludanus, Gabriel, Argentina, Sotus, Abulensis, Enriquez, Valentia, Vazquez, Suarez, alexander, Maior, & Syluester, quos citat, & sequitur Granado tract. 2. de Eucharist. disp. 4. sect. 2. Tenent etiam Homobonus, Ioannes à Cruce, Villalobos, Nuñus, Petrus de Ledesma, Fagundez, Pitigianus, Grafius, Hurtado, Ochagauia, Cornejo in 3 part. q. 74. art. 6. Marcus de Huertos de sacrific. Missæ, §. 2. laté Luisius Turrianus in lect. cent. 3. dub. 37. & alij plures. Qui omnes communissimam sententiam amplectuntur, & venerantur.

27 Sed pro contraria sententia sunt aliqua argumenta, quæ omitto breuitatis gratiâ. Et illa apposita, & soluta bene, inuenies, apud Delgadillo de *Euch. 17.* cap. 5, dub. 18.

28 Et si quæras; an si post incepta, & non finita verba consecrationis calicis, aqua conuertatur in vinum, tunc illa pars vini, quæ sit ex aqua conuertatur in sanguine Christi? Respondeo, esse duplicem sententiam vna est affirmatiua, quam tenet Nuñus quæst. 74. art. 8. Vazquez disp. 201. cap. 4. & placuit Montefino in manuscriptis q. 74. art. 8. q. 4. Alia est negatiua, & probabiliior, scilicet, non conuerti in sanguinem Christi; eo quod

non fuerunt applicata illi parti vini omnia verba consecrationis, vt constat. Sic Suarez disp. 45. sect. 4. Hurtado disput. 2. diff. 14. Granado tract. 2. p. 6. numer. 2. Leander quæst. 53. & Delgadillo dub. 19 & alij plures, conformiter ad nostram sententiam, quæ negat conuersionem immediatam aquæ in sanguinem Christi, si non sit in vinum conuersa.

INTERROG. V.

An materia consecranda debeat esse præsens Ministro?

29 Respond. affirmatiuè. 1. Quia Christus materiam sibi præsentem consecrauit. 2. Quia materia consecratur pro nomine demonstratiuo *Hoc*, vel *H. C.*; at hoc pro nomine non demonstrat nisi materiam præsentem; ergo, &c. Sic D. Thomas in 4. dist. 11. q. 2. art. 1. Durandus quæst. 6. art. 6. Paludanus quæst. 1. art. 6. Sotus dist. 9. q. 1. art. 2. Suarez, Vazquez, Granado, & DD. communiter.

30 Ad quam præsentiam requiritur, quod materia actu physice sentiatur sensu aliquo exteriori, aut saltem, quod ita sit exposita sensui, & ita facile possit sentiri, vt moraliter sentiri censetur. Unde constat, ad consecrationem non sufficere præsentiam imaginariam, aut intellectus, hoc est, quod ma-

teria consecranda actu imagine
tur, aut intelligatur; aliàs possemus
concerare panem absentem, qui est
Romæ, v. g. si illum actu intelligeremus,
sicuti dixerunt Marsilius in 4. dist. 11. artic.
8. & Maior. q. 1. art. 2. Quorum
sententiæ nota temeritatis apponitur
ab Enriquez lib. 8. cap. 14. in Gloss. litt. A. & à Fagun-
dez præcept. 3. lib. 2. cap. 5. num.
6. Item requiritur, quod materia
non sit nimis distans respectu
consecrantis; quia ex communi
modo loquendi, quod distat ab
aliquo, pro nomine *ille, illa, illud*
aut iste, ista, istud significatur pro
nomine aut *hic, hæc, hoc*, demon-
stramus, quod nobis est propin-
quius. Vnde certum est, non posse
consecrari materiã, quam elongatissimo
video. Sed quanta propin-
quitas localis, necessaria sit, &
sufficiat ad validè consecrandum,
& vt dicatur, materiam esse præ-
sentem moraliter, certò defini-
ri non potest: eã assignant DD.
ratione cuius dicatur materiam
non multum distare, & esse præ-
sentem moraliter in ordine ad
consecrationem. Et dico iam,
quid circa hoc dicant Doctores.
1. Dicunt, non sufficere quod
materia consecranda quouis sen-
su percipiatur; aliàs posset con-
secrari panis distans per vnam
leucam, quia visu percipitur: re-
quisitus ergo, vt materia sit ita
debite præsens, vt non sit ni-
mis distans, etiam si oculis vi-
deri possit. Sic omnes DD. præ-

cipue Suarez, Granado, & Ocha-
gautia. 2. Dicunt non esse de
necessitate Sacramenti, quod
materia manibus tangatur, quia
sine hoc dicitur panis, aut vinum
præsens, vt possint demonstrari
pro nomine *Hic, & Hoc*. Nec factum
Christi inducit necessitatem,
scilicet, quod panem tenuerit
in manibus; quia etiam eleuauit
oculos in Cælum, quod nec inducit
necessitatem in materia consecranda.
Suarez disp. 43. sect. 5. Coninch quæst. 74. art.
2. dub. 1. & alij communiter. 3.
Dicunt, nec ita debere esse præ-
sentem materiam, vt sonus ver-
borum formæ illam pertingat
physicè per seipsum, aut inten-
tionaliter per speciem sui; quia
sine hoc sufficienter demonstra-
tur materia pro nomine *Hoc, &
Hic*. & Dicastillo (apud Delga-
dillo) iherito inuehitur in Sacer-
dotes, qui hostiam, & vinum in-
hallant (forte vt verborum hali-
tus) aut sonus verborum ad ip-
sam materiam perueniat, immo
& ridiculis gesticulationibus
(dum consecrant) potius risum,
quam deuotionem excitant. 4.
Dicunt, quod materia at ergo po-
sita valide nequeat consecrari,
nisi in casu quo Sacerdos verte-
ret faciem, aut manu materiam
teneat. Sic Enriquez lib. 8. cap.
14. Vazq. disp. 171. cap. 4. n. 22.
Ochagautia tra. 1. q. 6. Bonacina
disp. 4. q. 2. punct. 6. n. 6 & alij cõ-
tra Ioannem à Cruce in sum. q.
74. de Euch. dub. 4. contrarium
affc.

asserentem. 5. Dicunt, quod hostia, seu vinum post parietem positam, etiam si aliquo modo cognoscatur a Sacerdote ibi esse ex relatione fide digni nequeunt valide consecrari; quia non potest talis materia designari pro nomine *Hoc*, aut *His* Suarez, Reginaldus, Valeria, Coninch, quos citat, & sequitur Bonacina citatus. 6. Hostiam linteo cooperatam (si aliis sufficienter sit propinqua) posse valide consecrari, tenet Ochagavia tract. 1. quest. 6. n. 13. Sed negant apud ipsum Recentiores aliqui, & precipue Coninch q. 74. art. 2. dub. 1. n. m. 22. Posse vero consecrari sub distinctione asserunt alij; si linteum sit continens hostiam poterit illam consecrare Sacerdos, si corporale vero non se habeat, ut continens, consecrari nequit. Sic Leander q. 64. Qui ait, ita explicandos DD. contrariam sentientes; nam per figuram *metonymiam* continens sumitur pro continente. Sed hoc videant alij; nam pronomen *Hoc* verè, & realiter tendit in materiam, non per tropos & figuras rethoricas. Et ideo mihi verius est consecrari non posse valide. Sicuti nec consecrari potest hostia in Sacrario, aut Tabernaculo posita, ut bene Coninch q. 74. art. 2. dub. 1. cum alijs. 7. Ad valorem consecrationis, sufficere, ut Sacerdos fiat certior materię coram se positę ex relatione alterius, affirmant Enriq. lib. 8. ca. 14. n. 2. & Sot. dist. 9.

q. vnic. Sed alij melius negant, nisi materia illa aliis aliquo modo su percipiatur; id enim exigit pronomen *Hoc*, quod denotat rem presentem sensibilibiter proferenti. Sic Cornejo in 3. par. q. 74. art. 2. disp. 2. dub. 2. Ochagavia q. 6. num. 12. in fine; Diana 5. p. tract. 6. ref. 17. de hac re videndus. 8. Materia consecranda debet esse presentis secundum se totam; nec sufficit, quod presentis sit secundum aliquam sui partem, quidquid minus benedixerit Vazquez disp. 171. num. 25. asserens, sufficere, esse presentem secundum sui aliquam partem, & sequitur Hurtado disput. 15. diffic. 15. Et ratio est; quia si sufficeret presentia hæc secundum partem, posset Sacerdos existens in littore maris totum mare consecrare, si esset vinum, quod constat, esse falsum. In eo ergo casu consecrabitur pars determinata, & quæ est in distantia debita, ut sit presentis moraliter ad sensum; reliquæ autem partes non ita, quæ ad consecrationem non sunt presentes. Suar. dist. 43. sect. 5. Ochagavia q. 6. num. 17. Cornejo q. 74. art. 2. disp. 2. dub. 5. & alij. 9. Si Sacerdos eo actu intendat consecrare materiam presentem, & quæ presentis non est, quæ presentis est manet consecrata; quia de hac verè verificaretur forma, ut asserit Bonacina disput. 4. quest. 2. punct. 6. contra Nuñum à se citatum, & Lecciam citatum a Leandro

dro quæst. 66. afferentes, neutram materiam consecratam manere. 10. Circa quantitatem distantiae, aut propinquitatis requisitæ, vt materia consecranda dicatur præsens moraliter, variant DD. Sotus dicit esse consecrabilem solum eam materiam, quæ a Sacerdote distat per decem passus. Sic dist. 9. quæst. 2. Bonacina disp. 4. quæst. 2. punct. 6. numer. 11. dicit, consecrabilem esse materiam, quæ per vinginti passus distat; non tamen eam, quæ distaret per triginta. Sed Leander quæst. 67. asserit, hanc materiam, quæ per triginta distaret passus, esse consecrabilem; quia sic distans censetur moraliter præsens. Et citat Enriquez lib. 8. cap. 14. n. 2. & Hurtado disput. 5. diffic. 15.

INTERROG. VI.

An materia consecranda debeat definiri, & determinari a Ministro?

31 Respond. Affirmatiue; tum, quia pro nomen *Hoc*, debet aliquod certum, & determinatum demonstrare; tum quia ratio consecrandi est singularis, & practica, ergo debet esse rei cognitæ, & determinatæ vnde est. 1. Sacerdotem, qui ex decem hostijs præsentibus solum vult octo consecrare in confuso, non determinando illas, nullam consecrare, quia

deficit determinatio in materia ex parte ministri requisita. Et idem est dicendum etiam; si Sacerdos intenderet consecrare illas, quas Deus, vel Petrus determinassent consecrandas, ante quam Sacerdos proferret formam consecrationis; quia determinatæ non fuerunt à consecrante. Suarez disp. 43. sect. 6. Vazquez disput. 171. Bonacina disput. 4. quæst. 2. punct. 5. Hurtado disp. 2. diffic. 16. Granada, Ochagavia, Lugo disput. 4. numer. 13. & alij plures; contra Coninch quæst. 74. artic. 2. dub. 3. num. 37. asserentem contrarium. 2. Inferitur Sacerdotem, qui formam consecrationis proferret super duas Hostias, putans, esse vnam, vtramque consecrare; cum habuerit intentionem consecrandi id, quod præmanibus habebat Navarrus in summa capit. 15. numer. 91. Suarez disput. 43. sect. 6. Vazquez, Lugo, Hurtado, Bonacina, & DD. communiter, contra aliquos, apud Ledesma in summa capit. 4. de *Eucharistia*. post 6. concl. asserentes, nullam ex illis manere consecratam. 3. Inferitur, consecratas manere eas formas, quas Sacerdos in ara, vel pixide consecrandas posuit, etiamsi tempore consecrationis illarum non recordetur, quia per positionem illam factis determinauit, illam materiam velle consecrare, vt asserunt Suarez disput. 43. Sed

Bonacina, Hurtado, Leáder, Delgadillo, & DD. communiter, contra aliquos negantes, manere consecratas, apud Coninch quæst. 74. artic. 2. dub. 3. num. 4. 4. Si Sacerdos in sacristia posuit formulas consecrandas, & in altari oblitus est illas ponere in ara, diuisi sunt DD. Hurtado disput. 2. diffic. 16. dicit, manere consecratas. Et id probabile censet Tannerus, disp. 5. quæst. 2. dub. 2. nu. 6. Sed Suarez disput. 43. sect. 6. Gauantus, & Diana 3. part. tract. 3. resol. 103. & 9. part. tract. 8. resol. 64. negant consecratas manere. Quibus adhæret Delgadillo cap. 5. dub. 27. & mihi etiam placet hic dicendi modus; quia illa designatio materiæ, & intentio consecrandi illas formulas habita in sacristia fuit veluti conditionata, nempe si applicatæ essent debite, tempore oblationis, & consecrationis. 5. Formulas, quas alter in scio Sacerdote in corporali posuit consecrandas, non manent consecratæ, vt asserunt DD. communiter; quia Sacerdos non habuit intentionem vllam consecrandi illas; cum non habuerit cognitionem illarum, & voluntas non feratur in incognitum Coninch quæst. 74. artic. 2. dub. 3. num. 39. Bonacius disp. 4. quæst. 2. punct. 5. num. 8. Angelus, Tabiena, Diecastillo, Leander, & alij, quos citat, & sequitur Diana 7. part. tract. 17. resol. 19. contra

Nunum, qui tom. 1 in 3. part. q. 74. art. 2. diffic. vlt. censet, manere consecratas. 6. Si Sacerdos in sacristia habuit intentionem consecrandi particulas, & ille per errorem non supra aram, sed supra altare in cornu Epistolæ positæ sunt, & amplius illarum non recordatur, manere consecratas affirmant Hurtado disp. 2. diffic. 16. & Tannerus disp. 5. quæst. 2. dub. 2. nu. 67. & inclinatur Leander disp. 8. quæst. 73. Sed negant melius Suarez disp. 43. sect. 6. Gauantus in Rubric. Missal. tom. 1. part. 3. titul. 7. numer. 4. Diana 3. part. tract. 6. resol. 103. apud eundem Leandrum loc. citat. 7. Sacerdos consecrans particulas existentes intra pyxidem, aut in patena etiam consecrat particulas mixtas cum formulis; supra totum enim cadunt verba consecrationis, vt asserunt DD. communiter. 8. Guttulæ vini, quæ superficiem exteriori calicis adherent, non manent consecratæ; nullus enim Sacerdos illas consecrare intendit, vt asserunt DD. communiter. 9. Guttulas intra calicis latera separatas à vino, quod est in profundo, manere consecratas, censet Bonacina disp. 4. quæst. 3. punct. 5. num. 7. citans pro hac sententia Rodriguez, Coninch, & Tolletum. Negant verò manere consecratas Reginaldus, Ochagauija, & Layman, quos citat, &

sequitur Hurtado disp. 2. diffic. 16. Tenent etiam Suarez disput. 43. sect. 6. & Gauantus 3. p. tit. 7. num. 4. Quod quidem probabilius est; eo quod consecrans quando aliud non expressè intendit tantum censetur, velle consecrare præcipuam vini quantitatem infundo calicis existètem. Et fauet Diana 2. p. tr. 17. res. 16. & 3. p. tr. 4. res. 32.

INTERROG. VII.

An materia consecranda exposcat determinatam quantitatem versus magnitudinem, aut paruitatem?

32. Respond. Negatiuè, quia Christus, qui hanc potestatem consecrandi tradidit Sacerdotibus, illam non limitauit ad determinatam quantitatem. Quare in quacumque magna quantitate, & in quantumuis parua poterit fieri consecratio, dummodo sit moraliter præsens, vt aiunt cum D. Thoma, opusc. 59. & 3. p. q. 74. art. 2. Suarez disput. 43. sect. 8. Vazquez, Valentia, Enriquez, Granada, Ochagauia, Hurtado, Lugus, & DD. communiter. Sed si materia ita esset parua, vt ob sui paruitatem, nullomodo percipi posset sensu exteriori, non poterit consecrari; quia prædicta materia pro nomine *Hoc*, & *Hic* demonstrari non potest, vt asserunt prædicti Suarez, & Vazquez, Coninch, Hurtado, & alij.

contra Sotum in 4. dist. 9. quest. vnica. & Enriq. lib. 8. cap. 14. n. 4. & alios. Et addunt Vazq. Hurt. & Leander, cum Ochagauia, & Cornejo, materiam consecrandam debere, esse sensibilem ab ipso consecrante; ipse enim est, qui profert formam pro nomine *Hoc*, aut *Hic* demonstrante materiam. Vnde non bene dixerunt Sotus, Coninch, & Lugus asserentes, sufficere, quod materia sit sensibilis respectu alterius, qui habet sensum magis acutum.

33. Et reiiciendus Ioannes maior, qui in 4. dist. 11. existimat, quod si ab hostia consecrata separatur particula adeo tenuis, vt nequeat sentiri, non retinebit Corpus Christi. Quod quidem communiter reputatur contra Florentinum in decret. Eugenij, & Tridentinum sess. 11. cap. 3. & 4. quatenus asserunt totum Christum sub qualibet particula hostie separatae manere. Et asserunt DD. communiter.

De forma Eucharistia.

INTERROG. VIII.

Qua sit forma in Sacramento Eucharistia?

34. Resp. Ecclesia Romana pro consecratione panis, seu corporis vtitur hac forma: *Hoc est enim Corpus meum.* Ad consecrandum vinum vtitur his verbis:

Hic

Hic est enim Calix Sanguinis mei,
novi, & æterni testamenti Myste-
rium fidei, qui pro vobis, & pro mul-
tis effundetur in remissionem pecca-
torum. Quibus verbis Christum
 Dominum consecrasset, est de fi-
 de, ut colligitur ex Florentino,
 in decreto Eugenij, & ex Tridē-
 tino sess. 13. capit. 1. & asserunt
 DD. communiter, Suarez, Vaz-
 quez, Granada, Ochagavia, En-
 riquez, Leander, & alij multi,
 cum D. Thoma q. 78. art. 1. ad 1.
 licet discordent inter se DD. an
 Christus Dominus in consecra-
 tione panis usus fuerit, verbo
enim. Quia plures negant, ut sunt
 Fagundez præcept. 3. lib. 2. cap.
 6. num. 17. Enriquez lib. 8. cap.
 16. num. 4. Bonacina de Euchar.
 disp. 4. q. 3. punct. 1. n. 9. Sed alij
 melius affirmant, scilicet, Chri-
 stum in consecratione panis v-
 sum fuisse, verbo *enim*. Sic Suar:
 disp. 59. sect. 1. Granada tract. 8.
 disp. 8. num. 4. Layman tract. 4.
 cap. 3. num. 2. Montelino in ma-
 nuscriptis, disp. 12. q. 4. Leander
 disp. 9. q. 4 & alij, id colligentes
 ex Canone Missæ vbi sic dicitur:
 Benedixit Regit, deditque disci-
 pulis suis dicens, accipite, & mā-
 ducate: *Hoc est enim corpus meum.*

35 Conveniunt DD. parti-
 culam *enim*, non esse de essentia
 consecrationis panis, nec de ne-
 cessitate Sacramenti; quia non
 conducit ad significationem for-
 mæ, ergo nec concurrat ad effi-
 cientiam conversionis; quia ver-
 ba formæ efficiunt, quod signifi-

cant S. Thomas q. 78. art. 2. ad
 5. Suarez disp. 59. sect. 1. Bonaci-
 na, Leander, Delgadillo, & alij
 multi. Ex quibus aliqui dicunt
 esse peccatum mortale, si particu-
 lula *enim* omittatur, ut sunt Vaz-
 quez disp. 19. cap. 4. n. 29. Ocha-
 gavia, Gabriel, Vivaldus, Villa-
 lobos, Ioannes à Cruce, & alij
 apud Leandrum quæst. 5. eo-
 quod omissio in formis Sacra-
 mentorum sit materia gravis.
 Sed alij melius negant, esse mor-
 tale peccatum; sed esse solū ve-
 niale dicunt, omittente particu-
 lam *enim*, ex eo quod hoc sit le-
 vis materia, & omissio rei non
 spectantis essentialiter ad formam
 consecrationis panis. Sic Enriq.
 lib. 8. cap. 16. num. 4. Sotus dist.
 1. q. 1. art. 8. Bonacina disp. 4. q.
 3. punct. 1. nu. 10. Hurtado disp.
 3. diffic. 7. Diana 2. p. tract. 17. &
 alij multi.

36 Sola hæc verba: *Hic est*
Calix sanguinis mei, vel hæc, *Hic*
est sanguis meus, sunt de essentia,
 & de necessitate formæ; quia per
 hæc sola verba significatur con-
 versio vini in sanguinem Chri-
 sti; sicuti per verba: *Hoc est cor-*
pus meum, significatur con-
 versio panis in Corpus Christi; er-
 go sicuti sola verba: *Hoc est cor-*
pus meum, in consecratione cor-
 poris sunt forma, sic, & sola ver-
 ba: *Hic est calix sanguinis mei*, aut
Hic est sanguis meus, erunt forma
 in consecratione sanguinis. Sic
 Alexander, Bonaventura, Du-
 randus, Caietanus, Enriq. Suar:

Vazquez, Valentia, Coninch, Syluius & alij plures, cōtra Capreclum, Paludanum, Syluestrū Diu. Antoninum, & alios antiquos (quibus adhæret ex Recentioribus Cornejo quæst. 78. art. 3. dub. 1.) asserentes, omnia verba, quibus Ecclesia vtitur in cōsecratione calicis, vsque ad illa: *Hec quotiescumque feceritis*, exclusiue, esse de eidentis formæ. Et si uere videtur D. Thom. 3. p. quæst. 78. artic. 3. Sed Diu. Thomas comuniter explicatur, quod verba: *noui, et æterni, &c.* pertineat ad formam, vt explicatio verborum essentialium formæ.

37. Nec ob est dicere, quod Christus protulit omnia verba formæ, scilicet: *Hic est calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*; ergo, &c. Respondetur namque, negando consequentiam; quia etiam ly enim secundum nos, & multos alios, & verba: *quod pro vobis tradetur*, prolata sunt a Christo, & non sunt essentialia, quia prolata fuerunt pro explicatione verborum essentialium formæ consecrationis corporis: forma autera integre continetur verbis significantibus conuersionem in corpus, & sanguinem Christi. Fuit autem conueniens posteriora, illa verba, *noui, & æterni, &c.* adhi in forma calicis, quia in illis demonstratur excellētia,

& præstantia noui Testamenti super Vetus; hoc enim confirmatum est hircorum sanguine, nouum vero sanguine Christi effuso pro nobis. Et conuenienter vtitur Ecclesia omnibus illis verbis in forma consecrationis calicis, ad maiorem declarationem, seu expressiorem significationem mysterij, verbo: *Noui, & æterni testamenti*, datur intelligi, testamentum nouum confirmatum fuisse sanguine Christi, iuxta illud D. Paul. ad Hæb. 9. cap. *Per propriam sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. & ideo noui testamenti mediator est; ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris*, verbum *Mysterium fidei*, dicit Mysteriū hoc esse vnam ex obscurioribus fidei, claudit mysteria principaliora, quia continet mysterium Incarnationis in sanguine Christi effuso pro nobis continetq; etiam mysterium Trinitatis siquidem secunda Persona carnem assumpsit. In verbis: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, denotatur efficacia passionis Christi, & eius sanguinis pro nobis effusi in ara Crucis, qui pro omnibus effusus est in remissionem peccatorū quoad sufficientiam, sed quantum ad efficaciam, *non fuit pro todos, por que no todos se aprouecharon della*.

38. Particula enim, si omittatur in consecratione calicis, solum erit veniale, sicut dictum est.

est de illa, in consecratione panis DD. communiter. Sed si Sacerdos in consecratione talicis prater verbum *enim*, omitteret aliquod ex illis: *novi*, & *eterni testamenti*, &c. v. que ad remissionem peccatorum, sine dubio peccat mortaliter; siquidem in rem gravi discedit ab usu Ecclesie, & (vt melius dicam) a precepto illius. Et quia fortassis sententia, quæ in talis verbis ponit formam: *Hic est enim calix sanguinis mei*, non est vera; & ideo securius est omnibus his verbis consecrare, vt asserunt DD. communiter.

39. Hinc sequitur, quod si Sacerdos mori iatur finitis illis verbis in consecratione: *Hic est calix sanguinis mei*; calicem consecratum esse adorandum sub conditione, etiam ab Autoribus posterioris sententia; alioquin se exponerent periculo irreuerentia; contra Sacramentum; cum probabilius sit illa sola verba esse de essentia formæ; & consequenter illis prolati adesse sanguinem; at quia hoc non est omnino certum; ideo adorandus est sub conditione, vt bene Bonacina,

cum alijs, tom. 1. disp.

4. q. 3. punct. 3. nu.

mel. 4.

INTERROG. IX.

Quid significet pro nomen Hoc, & Hic in his formis?

40. Resp. Quod certum est, non posse demonstrare substantiam panis, & vini; quia tunc esset sensus: *Panis est corpus Christi, & vinum est eius sanguis*; nec possunt pro nomina dicta demonstrare corpus, & sanguinem Christi, quia essent propositiones ideticæ, scilicet, *corpus Christi, est corpus Christi, & sanguis Christi, est eius sanguis*, vt asserunt DD. communiter. Et relictis varijs dicendi modis circa hoc. Dico, hæc pro nomina *Hoc*, & *Hic*, significare aliquid commune communitate predicationis panis, & corpori Christi, vino, & eius sanguini; ita, vt faciant hunc sensum: *Contentum sub his speciebus est corpus meum*. Sic D. Thomas 3. p. q. 78. art. 5. & in 4. dist. 8. quest. 2. art. 1. ad 1. Scotus quest. 2. ar. 3. Durandus q. 2. ad 1. D. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 3. & 4. Sotus in 4. dist. 11. q. 1. ar. 5. Suarez 3. tom. disp. 58. sect. 7. Bellarmin. lib. de Euchar. ca. 11. & alij multi, quos ipsi referunt apud Villalobos tom. 1. tr. 7. diffic. 14. Et in verbis calicis faciunt verba hunc sensum: *Hic potus, vel hic calix, est sanguis meus*; vt ait Villalobos citatus. Et fundamentum est, quia hic modus significandi est

valde aptus ad significationem, & veritatem horum verborum, & ad declarandam conversionem, quæ fit illorum virtute.

41 Nec ob est dicere, quòd quando profertur pro nomine *Hoc*, est ibi panis, & ita videtur, quòd illum debeat demonstrare. Ad quòd responderetur, propositiones habere suam significationem dependentem, quò adulque finiuntur, iuxta regulam illam: *Talia sunt subiecta qualis permittantur ab eorum prædicatis*. Significat ergo pro nomine *Hoc* tantum contentum sub speciebus, quòcumq; illud sit, in fine tamen prolationis determinatur ratione prædicati ad supponendum pro Corpore Christi. Et idem proportionabiliter dicitur in forma sanguinis.

42 Hinc est, verba consecrationis esse vera prædicè, & speculatiuè; prædicè; quia re vera efficiunt, quòd significant, scilicet corpus, & sanguinem Christi esse sub speciebus; speculatiuè quia supposita Christi existentia causata per ipsa verba, conformis est oratio intellectus rei significatæ, per verba, scilicet Christi præsentis, & existentis, sub speciebus, sicuti iam de factò est. Unde veritas practica, seu formæ causalitatis, & efficientia prioritate naturæ præcedit veritatem speculatiuam; nam prius natura est, Christum esse præsentem speciebus, quam orationem esse conformem Christo existentis, sunt

tamen simul in eodema instanti reali, in quo idem est verba significare, efficere, & esse vera, vt asserunt Filiacius tom. 1. tract. 4. cap. 4. num. 100. Trullench lib. 3. Sacr. cap. 3. dub. 3. num. 4. cum Suarez disp. 58. sec. 6. & alijs.

43 Fit etiam, verba cõsecrationis proferri à Sacerdote non solum recitatiuè referèdo, quòd Christus dixit, cum cõsecrauit, sed etiam significatiuè, vt asserunt D. Thom. 3. p. q. 78. art. 5. Scotus in 4. dist. 8. q. 2. D. Bonaventura, Alensis, Sotus, Suarez disp. 58. lect. 4. & DD. communiter; eo quòd significant, etsi non iumerentur significatiuè nullatenus facerèt, quòd ibi esset Corpus Christi. Et vt ait Concilium Florentinum: *Sacerdos in persona Christi loquens hoc conficit Sacramentum*; ergo verba, quibus consecrat, significant, quòd faciunt. Et quatenus verba tamuntur recitatiuè nõ sunt forma, sed quatenus significatiuè considerantur; quia sic sunt practica, & faciunt, quòd significant. Et patet clarè; nam si Sacerdos pronuntiaret hæc verba: *Hoc est corpus meum*, cum intentione consecrã dicertum est, quòd cõsecraret, & illis talis non refert sine præcedentibus factum Christi.

44 Et si querat aliquis, quò modo intelligenda sunt verba consecrationis calicis: *Qui pro vobis effundetur*, si accipienda sunt significatiuè; siquidem Christi sanguis non est effundendus?

Et

Et respondeo, verba illa verificari pro tempore, in quo consecrauit Christus in quo erat futura sanguinis Christi effusio, vt ait Villalobos diffie. 12. num. 6. Qui etiam addit ex Sarez disp. 60. sect. 3. posse intelligi prædicta verba, non pro effusione cruenta, quæ facta fuit in Cruce, sed pro incruenta; quæ fit in hoc Sacrificio cum representatione eius, quæ facta est in Cruce; & ita possunt verba intelligi de futuro.

45 Nec obstat dicere, quod si verbū illud, *Corpus meū* sump-tum *significatiuè*, non refertur ad corpus Sacerdotis, sed ad corpus Christi; ergo si Sacerdos diceret: *Hoc est corpus Christi*, etiā consecraret. Respond. negando consequentiam; quia tunc iam esset fallum, quod dicit *recitatiuè*; ite; quia non est idem dicere: *Hoc est corpus Christi*, quia est diuersum valde in modo loquendi, adhuc significatiuè; nam si loquendo non loquitur in persona Christi, sed in propria persona, & Sacerdos non conficit hoc Sacramentum in persona propria, sed in persona Christi, vt constat ex Florentino citato.

De Conuersione Eucharistica.

INTERROG. X.

Quid fiat per formam consecrationis?

46 Respond. Verba consecrationis sua vt tamquā instrumentum conficiunt hoc Sacramentum; illis enim prolatis fit infabuliter effectus; nempe conuersio panis in Corpus Christi, & vini conuersio in eius sanguinem. Quam conuersionem merito Tridentinum, transubstantiationem appellat, vt porè, quæ est transitio vnius substantiæ in aliam, scilicet substantiæ panis in substantiam Corporis Christi, & substantiæ vini, in substantiam sanguinis Christi. In qua conuersione omnes conditiones ad conuersionem requisitæ inueniuntur. 1. Vt id quod conuertitur desinat esse simpliciter, & hic desinit esse simpliciter substantia panis, & vini. 2. Vt aliquid succedat in locum eius, quod desinit esse; & hic loco substantiæ panis, & vini succedit corpus, & sanguis Christi. 3. Vt sit connexio inter hæc duo scilicet, rem quæ conuertitur, & id, in quod conuertitur, id est vnum incipiat; quia aliud desinit esse, & hic incipiunt sub speciebus esse corpus, & sanguis Christi;

quia

quia sub illis definit esse substan-
tia panis, & vini. 4. Quidam tam-
res, quæ definit esse, quæ res, quæ
successit, sint entia positiva, &
hic substantia panis, & vini, &
substantia corporis, & sanguinis
entia positiva sunt, vt de se pa-
tet.

47 Peracta consecratione,
corpus, & sanguis Christi verè,
realiter, & substantialiter conti-
nentur sub speciebus panis, &
vini. Est de fide definitum in Cõ-
cilijs Niceno can. 14. Lateranẽ-
si cap. *Firmiter*, de sum. Trinita-
ris. Viennensi, Florentino, & Tri-
dentino sess. 13. cap. 1. & 4. Et est
Apostolorum traditio, & clarè
colligitur ex verbis Christi: *Hoc
est Corpus meum*. Quæ ad eò sunt
clara, vt Lutherus, qui desidera-
uit multum, realem Christi præ-
sentiam in hoc Sacramento ne-
gare, dicereque, solum esse in il-
lo, vt in signo non sibi id perlua-
sit, conuictus claritate verborũ,
vt refert Decanus Louaniensis
artic. 13 apud Villalobos de Eu-
charist. dist. 19. Et est corpus in
hoc Sacramento permanenter,
& non solum quando recipitur,
vt definit Tridentinum sess. 13.
cap. 3. & can. 4. Et communiter
Ecclesia tenet, & veneratur in
Custodia tantum, & tam venera-
bile Sacramentum.

48 Substantia panis, & Vini
nullomodo manet in hoc Sacra-
mento. Est de fide in Concilio
Lateranensi, ca. *Firmitas de sum.
Trinit.* & in Tridentino sess. 13.

cap. 4. & can. 2. Et cõstat ex ver-
bis Christi: *Hic est corpus meum*.
Quæ verba verificari non pos-
sent, si adesset, seu remaneret ibi
substantia panis, sed tantum *hic
est corpus meum*, id est, in hoc lo-
co, vt asserunt DD. communiter
apud Suarez disp. 49. sect. 1.

49 Sed obijciunt hæretici,
Eucharistiam in scriptura voca-
ri panem, & vinum; ergo &c. vt
constat Ioan. 6. *Panis, quem ego
dabo caro mea est*, & Matth.
26. *Non bibam a modo de hoc geni-
mine vitis*. Respondetur, Eucha-
ristiam vocari in scriptura pa-
nem, & vinum, quia fit ex pane,
& vino per conuersionem Eu-
charisticã. Item appellatur ita;
quia etiam post conuersionem
manent in hoc Sacramento ac-
cidentia panis, & vini. Et eodem
modo respondetur PP. vocanti-
bus hoc Sacramentum hoc, pa-
nem, & vinum.

50 Christus fit præsens in Eu-
charistia, seu cõstituitur sub spe-
ciebus panis, & vini per veram
conuersionem substantiæ panis,
& vini in corpus, & sanguinem
Christi; quæ conuersio ab Eccle-
sia transubstantiatio appellatur.
Est de fide definitum in Floren-
tino, & Tridentino sess. 13. cap.
4. & can. 2. & cap. 4. Tridentinũ
sic ait: *Ideo persuasum in Ecclesia
semper fuit idque nũc denuo sancta
hæc synodus declarat, per consecra-
tionem panis, & vini, conuersionem
fieri totius substantiæ panis in sub-
stantiam Corporis Domini nostri,*

Et totius substantia vini in substantiam sanguinis eius, quae conuersio conuenienter, & proprie à sancta Ecclesia transubstantiatio est appellata. Hucusque Tridentinum. Unde confutati manent haeretici, qui nomen hoc transubstantiatio, vt nouum, & barbarum irrident.

50 Conuersio hae non est annihilatio, vt docet S. Thomas 3. part. quaest. 75. artic. 3. & DD. communiter, contra Scotum in 4. dist. 11. quaest. 4. Fabrum Ocham Lichetum, & alios; nam terminus ad quem annihilationis est purum nihil absque eo, quod aliquid succedat loco illius; sed terminus huius conuersionis non est purum nihil, sed est substantia Corporis Christi, & eius sanguis; ergo, &c.

51 Conuersio hae fit in instanti, vt asserunt Magister in 4. dist. 11. D. Thomas 3. part. q. 74. art. 7. & DD. communiter, asserentes fieri in ultimo instanti prolationis verborum. Quod est instans intrinsecum, scilicet primum esse, *veritatis verborum formae*, & non est instans extrinsecum, quod vocant; *primum non esse verborum*, vt non benedixit

Sotus in 4. dist. 9. q. 3. artic. 4. apud Villalobos diffi.

18. num. 2.

* * *

INTERROG. XI.

An in hoc Sacramento sint omnia quae Christus in se continet?

52 In hoc Sacramento est praesens tota Christi substantia, seu Christus verus Deus, & homo. Est definitum in Concilio Constantiensi, in Florentino, & Tridentino sess. 13. can. 1. & 3. Et est ratio; quia in hoc Sacramento continetur Corpus Christi; ergo continetur, & ipse Christus, & cum Christus dicat secundum substantiam, humanitatem, & diuinitatem; hinc fit, vt sub qualibet specie sint partes essentiales humanitatis Christi Dñi, id est corpus, & anima, & diuinitas, & sanguis, & praeterea omnes partes integrantes; vna cum capillis, & barba Videantur Enriquez lib. 8. ca. 27. Coninch q. 75. num. 49. & Bellarminus lib. 3. de Eucharist. capit. 12.

53 Totum Christi corpus est praesens in hoc Sacramento, non solum quoad substantiam, sed quoad quantitatem, quam habet in caelo. Est communis DD. sententia, cum Diu. Thoma quaest. 76. apud Suarez disp. 52. sect. 2. Et est ratio; quia in hoc Sacramento est corpus, quod pro nobis traditum est, & quale est in caelo, sed hoc est vere organicum, & habens partiũ distinctio-

nem;

nem; ergo &c. Unde reiiciendus Durandus qui in 4. dist. 10. q. 2. asseruit esse probabile, quod in hoc Sacramento sit tantum substantia Christi, scilicet materia, anima informata sine quantitate; cuius sententia temeritate non vacat, ut asserunt DD. communiter.

54 **Quantitas corporis Christi in hoc Sacramento existit per modum substantiæ; hoc est, corpus Christi in Eucharistia est quantum habens partium extensionem in ordine ad se, & cum distinctione illarum; ita, ut vna sit extra aliam, & manus non sit pes, &c. Sed non habet illas extra se in ordine ad locum; ita ut locum capitis non occupet brachium, &c. cum hic Christus sit indivisibili modo in ordine ad locum, & sit totus in tota Hostia, totusque in qualibet parte illius admodum substantiæ, ut asserunt DD. communiter. Qui etiam communiter asserunt, quod facta divisione specierum totus Christus Dominus continetur sub earum qualibet particula. Quod est definitum in Tridentino, sess. 10. can. 3. dicente: *Sub singulis cuiuscumque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri; quia Christus post separationem, & fractionem non desinit ibi esse; cū Christus sit totus in tota Hostia, & totus in qualibet parte illius.***

55 Sed an sicut Christus Dominus est sub qualibet parte spe-

ciem, sit etiam sub indivisibilibus illarum? Et negant Secens in 4. dist. 10. q. 9. Vazquez disp. 188. cap. 4. Ochagavia, & Hurtado apud Leandrum disp. 10. tra. 7. q. 13. Sed melius affirmant Capreolus in 4. dist. 10. q. 4. art. 3. ad 2. Scoti, Sotus dist. 49. q. 4. ar. 6. Nuñus q. 76. art. 3. Suarez disp. 52. sec. 3. & alij; eo quod Christus Dominus succedit in hoc Sacramento in locum substantiæ panis, & vini; at substantia panis, & vini est saltem in adæquate sub quolibet indivisibili quantitate; ergo, &c.

56 De præputio Christi, dico, quod licet quando Christus primo consecrauit, non fuerit præputium in Sacramento; siquidem, nec tunc erat in Christo, secundum se; tamen post Resurrectionem, sicut est in Christo, secundum se, ita & est in hoc Sacramento, ut asserunt Suarez disp. 51. lect. 3. Granada, tract. 4. disp. 4. num. 2. & 3. Lugo disp. 8. num. 18. & DD. communiter.

INTERROG. XII.

Quanam ex vi verborum, & quanam per concomitantiam continentur in hoc Sacramento?

57 Resp. Ut certum supponunt DD. ex Tridentino sess. 13. cap. 3. & ex D. Thom. q. 76. art. 1. in Eucharistia aliquid contineri *ex vi verborum*, aliquid ve-

ro per concomitantiam. Et illud dicitur in Eucharistia contineri ex vi verborum, quod præcisè necessarium est ad veritatem verborum demonstrandā, seu quod præcisè, & primario significatur per verba. Illud verò ponitur per concomitantiam, seu connexionem, quod a parte rei habet realem unionem cum eo, quod primario, & præcisè significatur per verba, & est terminus primarius conuersionis, vt asserunt DD. communiter, cum D. Thoma, loco citat.

58 Quò suppositio. Dico, quòd ex vi verborum formæ panis ponitur Corpus Christi; cætera per cōcomitantiam. Quod est de fide, ex Tridentino sess. 13. cap. 3. & can. 1. & 3. & communiter sentiunt DD. eo quòd, id ponitur ex vi verborum, quòd primò per verba significatur, & in quòd substantia præexistens cōuertitur; sed per verba consecrationis corporis primario significatur Corpus Christi, in quòd substantia panis præexistens conuertitur; ergo, & c. Quod autem reliqua sint per concomitantiam, ex eo pater, quia totus Christus est in hoc Sacramento, & cum ex vi verborum consecrationis panis, solum sit Corpus Christi, quòd verba ipsa significant, restat, quòd reliqua sint per concomitantiam. Et ita sunt per concomitantiam, anima Christi, eius diuinitas, & sanguis, quando cōsecratur panis, secus verò, quan-

do consecratur vinum; quia tunc sanguis Christi ponitur sub speciebus, ex vi verborum, & corpus per concomitantiam, vt asserunt DD. communiter.

59 Si Pater, & Spiritus Sanctus sint in hoc Sacramento, per concomitantiam, controuertitur à DD. Et negant aliqui, vt sunt Granado tract. 4. disp. 4. num. 8. Nuñus q. 75. art. 2. diff. 3. Ioānes à Cruce, & alij. Sed alij melius affirmant Suarez disput. 51. sect. vlt. Vazq. disp. 185. num. 17. Lugo disp. 8. num. 125. Coninch disp. 76. art. 2. num. 29. Bonacina, Hurtado, Leander, & alij, eo quòd, vt docet Tridentinum loco iam citato, diuinitas est in hoc Sacramento per concomitantiam, sed diuinitas est idem realiter cum Patre, & Spiritu Sancto; ergo tota Trinitas est in hoc Sacramento, saltē per concomitantiam mediatam, vt dicunt præfati DD. Nec ex hoc sequitur, quòd qui manducat Eucharistiam, comedat, seu manducet Patrem, & Spiritum Sanctum, sicuti manducat Filium Dei; quia Pater, & Spiritus Sanctus, non habent esse sacramentale, sed solum Filius ratione vnionis quam habet ad humanitatem, vel ad corpus, & ita nequit dici, quòd Pater, & Spiritus Sanctus manducētur, sicuti proprie dicitur, quòd in Eucharistia comedatur Filius, quidquid dicat Vazquez disp. 185. cap. 2. num. 18. Et videndi de hac re, Lugo disp. 8.

num. 126. & Lactius Turrianus
in selectis, in cens. Theologia,
cent. 3. dub. 4.

60 Ex vi verborum conse-
crationis calicis ponitur san-
guis Christi sub speciebus vini,
vt iam est dictum, & constat ex
definitione Tridentini loco cit.
Et est totus sanguis Christi ex
vi verborum; nunc est vi verbo-
rum est totus sanguis, qui est in
Corpore Christi glorioso, & nul-
lus alius; cum vero primò insti-
tutum est, hoc Sacramentū fuit
etiam sanguinis nutrimentalis,
& totus sanguis, quem habuit
Christus in corpore passibili, vt
asserunt DD. communiter, apud
Feandrum q. 9. Qui etiam bene
aduertunt, quòd alij res humo-
res, sicut nomine sanguinis non
significantur, sic nec sunt sub spe-
ciebus vini, ex vi verborum.

61 Corpus Christi, quòd ex
vi verborum est sub speciebus
panis non est sola materia pri-
ma, sicuti dixerunt Gabriel, lect.
42. & Maior in 4. dist. 11. q. 5. aliàs
posset fieri consecratio, his ver-
bis: *Hæc est materia mea*, sed dicit
esse corporis non determinatè,
prout tale esse prouenit ab ani-
ma, sed quasi vage, & disiunctim
prout prouenit ab anima,
vel à forma cadaueris,

DD. communi.

ter.

INTERROG. XIII

*Quid sit presentia Christi sub spe-
ciebus Sacramentalibus?*

62 Respond. Certum est, &
commune, quòd hæc presentia
Christi sub speciebus Sacramen-
talibus sit quid reale, vt colligi-
tur ex Tridentino sess. 13. cap. 1.
& can. 6. vbi definitum est, Chri-
stum Dominum verè, & realiter
esse in hoc Sacramèto; ergo per
aliquid reale. Quæ presentia
Corporis Christi sub speciebus,
non est modus substantialis, sed
accidentalis, vt asserit D. Tho-
mas in 4. dist. 10. artic. 3. & cum
eo Bonacina tom. 1. disp. 1. q. 3.
punct. 6. §. 2, num. 4. Filiucius,
Trullèch, & DD. communiter.
Quæ quidem presentia reduci-
tur ad prædicamentum *vbi*, nam
sicuti vbi resultat, ex eo quòd
corpus existens in loco ambia-
tur, & contineatur a superecce
loci; ita modus presentia resul-
tat in Corpore Christi, ex eo
quòd contineatur, & quasi am-
biatur sub speciebus. Quando ve-
rò DD. dicunt Christum esse in
Sacramento admodum substan-
tia intelligendi sunt nō per mo-
dum, qui sit substātia, sed eo mo-
do, quo substātia existit, scilicet
est tota in toto, & tota in qua-
libet parte, vt dictum est.

63 Ratione huius præsen-
tia nequit Corpus Christi esse
circumscriptiuè; non enim hic

habet partem extra partem in ordine ad occupandum diuersum locum; nam est totum præsens toti Hostiæ & totum præsens cui-libet parti. Nec est propriè in loco definitiuè; nam quod sic est præsens, ita præsens est determinato loco, & spatio, vt nequeat esse sub maiori, vt videre est in Angelo, qui ratione suæ finitæ substantiæ habet determinatum spatium, seu locum (in quo est definitiuè) ita, vt non possit esse sub maiori: at Corpus Christi ita est sub parua hac hostia, vt possit esse sub maiori, & maiori in infinitum. Quæ propter dicendum est, Christum in hoc Sacramento non esse sub speciebus, nec circumscripsiue, nec definitiuè propriè, sed modo sacramentalis, seu præsentia sacramentali, qua Corpus Christi ita est præsens huic hostiæ, vt possit esse sub alia in infinitum, vt asserunt DD. communiter.

64 Dari vnionem inter species sacramentales, & Corpus Christi, vt certum supponunt DD. Quid autem sit hæc vnio, non conueniunt. Scotus dist. 10. q. 6. sensit, hanc vnionem solum esse moralem, & sequuntur Scotista, præcipuè, Faber. disp. 26. c. 4. & citat Gabrielem, Ocham, Maiorem, & Petrum de Aliaco. Quæ vnio stat in hoc, quòd quæuis inter Corpus Christi, & species nulla sit vnio physica realitè ex ordinatione diuina, ita est disp. 10. q. vt vbi vnio spe-

riantur species, ibi reperiatur Corpus Christi, siue motæ, siue immotæ. Quæ opinio satis probabilis est.

65 Sed probabilius est, hanc vnionem esse physicam. Sic Diu. Thom. in 4. dist. 11. q. 1. art. 2. ad 1. Caietanus 3. p. q. 75. ar. 1. Sotus in 4. dist. 9. q. 2. art. 4. Suarez disp. 47. sect. 3. Granado, Valentia q. 75. punct. 3. Vazquez disp. 190. cap. 3. Hurtado disp. 5. diffic. 16. Caspensis, Trullench, Lugus, & Thomista communiter.

66 Ex quibus aliqui dicunt, hoc genus vnionis esse ineffabile, & incomprehensibile. Alij dicunt, quòd Christus Dominus arctius coniungitur speciebus, quam Angelus corpori assumpto, & quòd eo modo coniungitur, quo substantia panis cõiungebatur accidentibus, seclusa in hærentia. Alij videntur dicere, hanc vnionem non esse hystericam, nec in hærentiæ, sed sacramentalem. Caietanus citatus notat, hanc vnionem dici à Concilio Lateranensi, *continentis, & contenti*. Vazquez, & Hurtado dicunt, hanc vnionem esse formalem, non substantialem, sed accidentalem.

67 Sed ex his omnibus, Suarez citatus dixit, hanc vnionem non esse formalem, sed effectiuam, & mutiuam, seu mutue causalitatis, qua Christus Dominus efficienter conferuat species separatas à subiecto, & eas quasi trahit ad se, & quæ a,

67. *6* contra species conseruant. existentiam Christi Domini sub illis, & quasi trahunt illam ad se, licet aliqui negent hanc attractionem specierum respectu Christi. Et ita Lugus disp. 6. lect. 2. num. 19. dixit continentiam, hanc Christi sub speciebus nō esse propriē vnionem *simpliciter*, ad ipsas, sed solum secundū *quid*, quæ melius vocatur vnio causalitatis. vult enim (cū alijs) quod illa continentia cōsistat in actione, qua Corpus Christi Domini per potentiam obedientialem actiuam, vt instrumentum eleuatum conseruet accidentia panis, suppleto concursum, & sustentationem panis, non in genere causæ materialis, sed in genere causæ efficiētis. Videri potest Lugus loc. citat. & videri etiam potest Granado de Euchar. controu. 6. tract. 3. disp. 7.

68. Ex dictis sequitur, quod propter vnionem, & efficiētiam, quam habet Corpus Christi cū speciebus, ea prædicata, quæ cōcernunt purum motum specierum, & existentiam in loco, verificantur de Corpore Christi; sic Corpus Christi dicitur, esse in Sacratio, esse sursum, vel deorsum, deferri ad infirmos, eleuari, trahi in stomachum, &c. nam cum Christus sit præsens speciebus & cum illis vnitus, & sub illis contentus, motus illis mouetur per accidens ad motum specierum, sicuti moto dolio mouetur vinum in illo contentū. iux-

ta illud Aristotel. 2. Physic. *Motis nobis mouentur ea quæ sunt in nobis*, vt afferunt D. Thom. q. 76. art. 6. & Cominch ibidem nu. 80. Enriquez; cap. 20. num. 5. Bonacina, Trullench, & DD. communiter. Qui etiam aduertūt, quod prædicata, quæ sunt propria, & absoluta specierum, non prædicantur de Corpore Christi, v.g. quod species sint albæ rotundæ, molles; liquidæ, & hoc prædicari nequit de Corpore Christi, sicuti vinum contentum in calice aureo, vel argenteo non dicitur aureum, vel argenteum. Nec verificantur de Corpore Christi (secundum proprium modum loquēdi) ea prædicata, quæ dicunt actionem, & passionem specierum, quia hæc supponunt extensionem; Christus autem non est in hoc Sacramento modo quantitatio. Dicitur autem propriē Corpus Christi comedi & manducari, & eius sanguis bibi, vt afferunt DD. communiter.

69. Sequitur etiā, quod Corpus Christi in hoc Sacramento nequeat alterari ab agētibus naturalibus; quia alteratio requirit contactum corporeum, & quantitatum; corpus autem Christi in illo est indiuisibiliter DD. communiter. Nec possunt conuenire Christo prout est in hoc Sacramento, actiones sensuum externorū, vt visio auditio, &c. sunt enim actiones naturales, quæ exerceri petunt per species receptoras in subiecto. *ita esse* *transcriptiue; non enim hic*

Christus hic indiuisibiliter est, & idem est de actibus sensuum internorum, quos in hoc Sacramento Christus nequit exercere, vt asserunt DD. comm. Nec potest intelligere, quia nequit de nouo recipere species, nec phantasmatis vt, quæ sunt ex speciebus acquisitæ. Et si verum sit, quod intellectio, quam Christus in Cælo habet sit hic per concomitantiam mediatã, quæ vnita est animæ, quæ in hoc Sacramento est per concomitantiam, vt benè Villalobos diffi. 30. nu. 19. & asserunt DD. communiter.

70 Sequitur etiã, quod Corpus Christi nequeat videri oculis corporis, ob eandem rationem; cum enim sit indiuisibili modo, nequit producere species intentionales sui in medio, quibus videri possit naturaliter, vt asserunt DD. commun. teste Albertino corollar. 4. Theol. dub. 4. Quod etiam esse possibile de potentia Dei absoluta negant Paladanus, Capreolus, Hispalensis, & Ricardus, Suarez disp. 53. lect. 4. & Hurtado disp. 6. diffi. 5. Sed alij melius affirmant; eo quod in hoc nulla sit repugnantia; nam cum Christus in Sacramento habeat colorem, benè poterit videri, implente Deo extensionem localem, vt asserunt Scotus, Sotus, Alexander, Vazquez, Valentia, Granada, Lugo, & Turrianus in select. apud Leandrum tom. 1. disp. 10. q. 15.

INTERROG. XIV.

Quando Christus incipiat, & desinat esse sub speciebus consecratis?

71 Resp. iam manet dictum; Christum incipere esse sub speciebus consecratis panis, & vini in eo instanti intrinseco, in quo completur significatio verborum, & est verum dicere: *Verborum prolatio iam est finita*, quia tunc est perfecta verborum significatio, vt asserit D. Thom. 3. p. q. 77. art. 7. Coninch ibi n. 174. Bonacina, Trullench, & DD. communiter.

72 Qui etiam communiter asserunt, quod tam diu Christi Corpus conseruatur sub speciebus panis, quandiu conseruaretur panis, si sub illis speciebus existeret. Eadem dicitur de sanguine Christi sub speciebus vini, qui tandiu conseruatur sub illis, quã diu vini substantia conseruaretur sub accidentibus illis. Sic S. Thom. q. 80. art. Coninch q. 76. art. 8. dub. 2. Suar. disp. 53. sect. 1. Enriq. Bonacina, Leander, Trullench, & DD. commun. eo quod ex institutione huius Sacramenti Christus, seu eius corpus succedit substantiæ panis, & eius sanguis succedit substantiæ vini; ergo, &c.

73 Ex quo fit, tunc (& non antea) Christum deserere species, & desinere esse sub illis, quando succedit alia substantia, id est, quando ita alterantur species, vt

desineret esse sub illis substantia panis, si sibi esset, & produceretur de nouo alia substantia, v.g. quando vermes ex speciebus generantur; quia sicuti nec maneret substantia panis, ita nec maneret Corpus Christi, quod eius loco successit.

74 Sanguis Christi desinit sub speciebus vini, quando per admixtionem alterius liquoris specie distincti corrumpuntur, vel species vini permiscetur, cum alio humore, vt mixtione tali posita, substantia vini non remaneret sub illis accidentibus.

75 Vnde, hi resoluuntur casus. 1. Christus non desinit esse sub speciebus panis non corruptis, quando Sacramentum projiceretur in lutum, vel locum immundum, vel corroditur à mure, vel manducatur a bruto, vt asserunt DD. communiter, cum Diu-Thom. quest. 76. artic. 3. & contraria sententia expuncta est à Gregorio XI. vt habetur in Director. Inquisitor. 2. p. q. 10. & hoc sub pœna excommunicationis. 2. Nec desinit Christus esse sub speciebus, statim, ac Sacramentum in os recipitur, aut traiecitur in ventrem; quia durant species, quoadusque in stomacho fiat coctio. 3. Non desinit Christus esse sub speciebus vini consecrati, quando illis infunderetur alterum non consecratum vinum eiusdem speciei; quia hic necurum vinum cor-

rumpitur; cum simile non agat in simile. Sic Ledesna, Victoria, Suarez disp. 75. sect. 4. Vazquez, Lugus, & Hurtado, apud Leandrum quest. 24. & DD. communiter. 4. Si autem species consecratae miscerentur, cum vi no non consecrato alterius speciei, dicunt aliqui, desinere esse sanguinem sub illis. Sic Sotus dist. 10. quest. 2. artic. 8. & Enriquez lib. 8. cap. 28. num. 8. Sed alij probabilius asserunt non desinere esse sub illis, quando speciebus vini albi misceretur vinum rubrum seu nigrum; etiam si hac vina distinguantur specie, vt bene Lugus disput. 10. sect. 3. cum alijs. 5. Si vna gutta (aut decem guttae) vini consecrati miscerantur cum amphora, aut dolio vini non consecrati, tunc manet sub illa gutta, & sub illis guttis sanguis Christi, quidquid dicat Paludanus in 4. dist. 42. q. 2. quia tunc maneret ibi substantia vini; ergo, & c. Sic Sotus in 4. dist. 10. q. 2. artic. 8. Suarez disp. 57. sect. 4. in fine, Bonacin. disp. 4. q. 3. punct. 6. n. 6. & DD. commun. in quo casu, vinum illud, seu illius dolij posse bibi à laicis, sine scrupulo, asserunt Enriq. & Sotus loc. cit. & expressè Lugus disput. 10. n. 52. Sed probabilius est, non posse bibi à laicis, sed seruandum esse ad Sacros vsus, seu consumendum à Sacerdotibus post summptionem calicis, ante ablu-tionem. Sic Nuñus quest. 77. artic. 8. in fine, Coninch q. 77.

art. 8. num. 37. Suarez, Granada, & alij plures. 6. Si species mesceantur cum aqua, aut cum alio liquore diuersæ speciei; si mixtio fiat in magna quantitate, desinit tunc sanguis Christi esse sub illis speciebus; quia tunc corrumpuntur species vini; sicuti corrumpitur eius substantia, si ibi esset. DD. communiter. 7. Si vna gutta aquæ admisceatur cū speciebus vini consecratis non manet consecrata, nec conuersa in species vini consecrati; quia species consecratae non habent vim conferendi, cum hanc solum habeant verba consecrationis. Illa ergo gutta aquæ tantum conuerteretur in vinum, sub cuius accidentibus nullo modo esset sanguis Christi. Sic Suarez disp. 57. sect. 4. Leander q. 30. & DD. communiter. 8. Quando miraculose in Eucharistia apparet caro, vel puer, non desinit Christus esse sub speciebus; quia licet species panis immutetur per huiusmodi apparitiones, quoad colorem, vel figuram, non tamen amittit temperamentum requisitum ad formam panis, quo stante, non desinit sacramentalis presentia Christi, vt cum Dia. Thom. 3. p. q. 76. art. 8. afferunt Enriquez lib. 9. cap. 3. Bonacina loc. citat. Lugo num. 53. Trullench, Ochagauia, & DD. communiter. Et circa has apparitiones in Eucharistia videri possunt Villalobos tom. 1. tract. 7. diffic. 23. & Trullench, de Sacra-

lib. 3. cap. 5. dub. 7. num. 4 qui id bene per tractat. 8. Quando Christus Dominus desinit esse sub speciebus, nullo modo mutari, sentiunt Alexander p. 4. q. 11. ar. 2. & Ledesma tom. 4. q. 17. Melius loquuntur qui dicunt, quod tunc non mouetur localiter, cum Christus in Sacramento non sit, vt in loco, sed mutatur mutatione deperditua; quia deperdit modum sacramentalē, ratione cuius erat in eompossibilis cum substantia panis. Sic Vazquez disp. 195. nu. 57. Hurtado disput. 7. diffic. 9. Bonacina disp. 4. q. 3. punct. 6. Leander loc. cit. & alij plures.

INTERROG. XV.

Quomodo existant accidentia panis, & vini in hoc Sacramento?

76 Resp. Certa fide tenendum est, manere in hoc Sacramento post consecrationem, accidentia panis, & vini, sine substantia, vt definitum est, à Tridentino can. 2. & tenet DD. Catholici, cum D. Thoma q. 77. art. 2. Quod si maneant aliqua accidentia etiam sensibus patet, cū nulla facta sit mutatio circa quantitatem, odorem saporem colorem, figuram, & c. huiusmodi; quare manet eadem, & ideo dicitur Eucharistia mysteriū fidei; quia aliud est, quod sensu percipitur aliud, quod fide creditur. Quæ accidentia manent sine subiecto,

utpote sine substantia panis, aut vini, ut definitum est in Concilio Constantiensi sess. 8. ubi pronuntiata fuit sententia damnationis articuloꝝ Vnicleph., inter quos, secundus erat: *Accidentia panis non manere in hoc Sacramento sine subiecto.*

77 Sed dissidium est inter Catholicos, an prædictum decretum fidei intelligendū sit de omnibus accidentibus, an de aliquibus dum taxat? Et Suarez disp. 56. sect. 1. existimat, non esse omnino certum, quod omnia accidentia panis, & vini, quæ antea erant, maneat post consecrationem; sed solum extendi decretū ad accidentia, quæ sensibus percipi possunt. Sed probabilius est, & conformius doctrinæ Conciliorum omnia accidentia manere, quæ necessaria erant ad consecrationem substantiæ panis, vel vini, & non solum quatuor qualitates, & alias sensibiles; sed etiam alias qualitates occultas; quia in hoc nihil est incommodi, & Ecclesia absque exceptione docet accidentia manere, sine subiecto, ut bene Caspensis 2. tom. tr. 12. disp. 6. sect. 1.

78 Qui bene aduertit cum cōmuni consensu DD. non manere illa accidentia, quæ sunt modi substantiæ, v.g. præsentia illius, relationes illius, scilicet, creaturæ ad creatorem, vel similitudinis specificæ ad alteram substantiam, item, & relationes accidentium ad substantiã ipsam, in hæ-

rentiam, & alia huiusmodi. Ex quo fit quantitatem panis, & vini post consecrationem conservari à Deo distincta actione ab ea, quæ cōservabatur in proprio subiecto, nam ante consecrationem conservabatur actione eductiva dependenter à subiecto, ad minus in genere causa materialis, in statu vero separationis ab illo conservatur actione creativa, sine dependentia à subiecto, siue quantitas existat per se in hoc Sacramento per modum positivum similem substantiæ substantiæ, ut asserunt Suarez, & Vazquez disp. 194. ca. 2. & alij, siue existat per se negativè, non per dictum modum, sed quia præcisè à Deo conservatur sine subiecto; sed reliqua accidentia Eucharistica manent subiectata in quantitate, ut asserunt Suarez disp. 56. sect. 3. Hurtado disp. 7. diff. 4. Tannerus q. 6. dub. 1. Lugus disp. 10. sect. 1. & alij multi; quia accidentia materialia inhaerent substantiæ media quantitate. Sed si teneatur sententia Hurtado de Mendoza disp. 6. physicor. sec. 6. & Arriaga disp. 3. sect. 1. asserentium, quantitatem non esse subiectum commune aliorum accidentiū, sed illa immediatè afficere; & subiectari in substantia, dicendum est, accidentia omnia in Eucharistica manere sine subiecto, & existere per se absque inhaerentia, sicuti per se existit quantitas.

30 Species Eucharistica, seu accidentia possunt exercere easdē operationes intentionales, quas poterant antea exercere; hoc est producere imagines, quæ species intentionales appellatur. Quod experientia constat, nam species Sacramentales videntur, tanguntur, gustantur, &c. Possunt etiam exercere easdem operationes physicas accidentales sicut antea. Quod constat experientia; calor enim panis verè calefacit humiditas vini humectat, &c. Possunt etiam species Sacramentales pati, quidquid poterant ante consecrationē, dum erāt conjunctæ proprijs substantijs. Quod etiam satis experientia constat; nam sicuti hæc accidentia, seu species Sacramentales per operationes, quas exercent, nos calefaciunt, frigefaciunt, madefaciunt, &c. Sic eadem accidentia per operationes, quæ circa ipsa exercētur, calefiunt, frigefiunt, & liquefiunt, &c.

30 item ex speciebus consecratis potest generari substantia virtute agentis naturalis. Quod experientia satis demonstrat; vermes namque generantur ex speciebus panis consecratis: item si Hostia consecrata projiciatur in ignē, in cineres conuertitur, non minus quam si consecrata non esset. Sed cum hic deficiat materia prima panis (secundum fidem) & generatio substantialis exigat materiam, ex qua fiat, difficilē est explicare, quo-

modo ex speciebus consecratis possit generari substantia.

81 Ferrarientis, Capreolus, Enriquez, & Coninch, quos refert, & rejicit Hurtado disput. 7. diffic. 6. censent, quantitatem in illa generatione substantiæ novæ, habere rationē materiæ; ex qua educitur forma substantialis, & cui eadem forma unitur, ita, ut ex ipsa quantitate, & forma noviter producta componatur essentialiter substantia.

82 Caieranus, quem sequitur Cornejo disp. 2. dub. 5. asserit, quantitatem in Eucharistia gerere vices materiæ primæ quoad receptionem dispositionum ad formam substantiæ introducendam; Deum autem convertere quantitatem illam in materiam primam, & agens naturale formam introducere. Refert hunc modum dicendi Vazquez disp. 185. cap. 2. & illud impugnat.

83 Alij dicunt (& me lius) Quod in instanti talis generationis, prius natura quam fiat generatio, de nouo creatur a Deo materia prima, & secundum veriorē sententiam, eadem numero reproducitur, quæ prius per transubstantiationē defierat, quæ quidem materia subijcitur generationi illi substantiali. Sic Recentiores communiter teste Caspensi tom. 2. tract. 22. disp. 6. sect. 3. num. 25. Quæ res cum potius sit Scholastica, quam moralis, videri poterunt Scholastici ci-

rati de illa tractantes latius.

84 Et eodem modo philosophandum est nutritione, quando scilicet species sumptæ, ita alterantur, vt substantia panis sub illis esse desineret, tunc creatur à Deo materia, & vnitur quantitati, & dispositionibus aptis ad recipiendam formam aliti, & in eodem instanti vnitur forma, vel per eductionem ex illa materia, vel per vnionem si sit, anima rationalis, vt bene Caspensis citatus num. 28.

85 Quando autem tempore flurent species Sacramentales in stomacho sine eo quod corrumpantur, tractat Lugus disp. 10. de Eucharistia in fine, & dicit, quod secundum peritissimos medicos à se consultos in Romana Curia, particula cõmunis, quæ laicis dari solet ad communionem, (regularitur, & de mediocri stomacho, loquendo) alteratur, & corrumpitur in horæ minuto, hoc est in sexagesima horæ parte, loquendo verò de Sacerdote, qui maiorem hostiam accipit, & vini species, dicit ex opinione Medicorum, quod in semiquadrante horæ species non continent amplius Corpus, & sanguinem Christi. Et addit Lugus, quod si quis velit, id extendere ad quadrantem horæ, videtur iam esse extra omne dubium, aut periculum.

* * *

INTERROG. XVI.

Quæ ratio sit adorandus Christus existens in hoc Sacramento?

86 Resp. Christus in hoc Sacramento est adorandus interno, ac externo culto, ac si esset in propria specie, vt est definitum in Tridentino sess. 13. cap. 5. & can. 6. Et est ratio; quia lege naturali, & diuina tenemur adorare Deum, sed hic est Deus; ergo; &c. Est autem adorandum Sacramentum vnico actu, vt constat ex vsu Ecclesiæ in illis verbis: *Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.* Et dicit Tridentinum: *Sub nomine Sacramenti esse adorandū,* ex eo quod ex Christo, & speciebus fit vnum quid, quare vnico actu adoratur totum, in quo primo, & per se adoratur Christus, secundo species quasi coniunctæ cū Christo adorantur. Et debet adorari hoc Sacramentum la tria perfecta, & absoluta, id est culto Deo soli debito; quia est Sacramentum ex Christo constans, & speciebus; ergo adorandum est eadem adoratione, quæ Christus; sed Christus adoratur la tria; ergo, &c. Intelligitur semper, primo, & per se adorandum esse Christum, & secundo species esse eo adorandas, quia verò semper sunt hæc duo coniuncta (sicut humanitas Christi cum verbo) non est

necessarium; quod adoratio sit respectiva, sicut est adoratio Crucis. Præterea sunt adorandæ species sine conditione, *sunt consecratæ*; nam sufficit moralis certitudo, & est satis, conditionem habitum retinere, id est animo intendere, & adorare verum Christum, & verum Sacramentum, quando verò ex circumstantiis occurreret probabilis ratio dubitandi; tunc poterit sub conditione adorari, ut asserit Filiucius tom 1. tract. 4. capit. 5. & cum eo Trullench.

De Effectibus Eucharistia.

INTERROG. XVII.

An Eucharistia conferat augmentum gratia sanctificantis?

87 Resp. affirmatiuè. Sic enim definitur contra hæreticos in Concilio Florentino in decreto Eugenij, & in Tridentin. sess. 13. cap. 2. & sess. 6. can. 6. & 8. & in cap. *Firmiter de sum. Trinitat.* & docent communiter omnes PP. & DD. ut videri potest in Suares disp. 63. sect. 1. Vazquez, Valentia, Bellarmino, & alijs.

88 Ad quam gratiam conferendam per Eucharistiam dixerunt aliqui, necessariam esse actua-lem deuotionem in suscipiente, ut sunt Alensis 4. p. q. 41. memb. 3. artic. 2. Diu. Bonauentura dist.

12. artic. 2. quæst. 1. Durandus q. 4. ad 2. Paludanus, Caietanus, & alij. Sed DD. communiter melius, & probabilius asserunt præter statum gratia nullam aliam dispositionem requiri in suscipiente, ut colligitur ex Tridentino sess. 13. capit. 3. & tenet expressè Diu. Thomas quæst. 79. artic. 8. in corpore, & ad 1. & cū eo Adrianus, Victoria, Cordona, quos citat, & sequitur Suar. disp. 63. sect. 3. Vazquez disput. 206. Valentia quæst. 7. punct. 3. Coninch, Reginaldus, Bonacina, Hurtado, Granada, Fagundes, Leander, & apud ipsum Henriquez lib. 8. cap. 45. num. 2. ubi sic ait: *Qui accedit cum affectu peccatorum venialium, aut cum actibus distractione, non peccat mortaliter, nec impedit, quin statim conferatur habitualis augmentum gratia.*

INTERROG. XVIII.

An Eucharistia conferat per se primam gratiam, atque adeo deleat per se peccatum mortale?

89 Resp. negatiuè; quia hoc Sacramentum est pro spiritualiter viujs, ut in vita spirituali crescant; non pro spiritualiter mortuis; & ita non dicitur Sacramentum mortuorū, ut colligitur ex Trident. sess. 13. ca. 3. & can. 5. & docent commun. PP. & DD. contra Lutherum, & Kemnitium, &

74
 & alios hæreticos nostrî temporis, qui dixerunt, ad hunc effectû remittendi mortale esse institutum, & ideo non accedere indigne, qui peccati mortalis cõsciûs accedit ad Eucharistiam, vt refert Bellarminus libr. 4. de Euchar. cap. 19.

89 Sed an per accidens possit aliquando Eucharistia primam gratiam conferre? Negant Alexander 4. p. q. 10. membro 5. art. 1. & 2. D. Bonaventura in 4. dist. 12. p. 2. art. 1. Gabriel dist. 9. q. 2. art. 2. Vazquez disp. 205. cap. 4. Hurtado disp. 8. diffic. 8. Lugus disp. 12. punct. 3. & Villalobos tom. 1. sum. tract. 4. difficult. 7. num. 4.

90 Sed affirmatiua sententia est probabilior, scilicet, Eucharistiam interdum conferre primam gratiam; atque adeo remissionem mortaliûm. Sic S. Thomas q. 79. art. 3. & q. 80. art. 4. ad 3. Paludanus dist. 9. q. 1. num. 14. Ricardus art. 2. q. 1. Scotus dist. 9. q. 1. nic. Gabriel, D. Antoninus, Bellarminus, Petrus, Sotus, Ledesma, Palacios, noster, Vega, & alij, quos refert, & sequitur Suarez disp. 62. Sect. 1. Tenet etiam plures alij, Sotus, Granada, Valenzia, Becanus, Vivaldus, Tolerus, apud Dianam 3. p. tra. 6. ref. 98. Et est ratio conuincens, quia Sacramenta instituta per se ad conferendam primam gratiam, interdum conferant augmentum gratiæ; ergo è contra Eucharistia instituta ad conferendum aug-

mentum gratiæ, interdum poterit causare gratiam primam. Cõsequentiã est legitima, & antecedens, constat in Sacramento Baptismi, & Pœnitentiæ, quando suscipiuntur ab adulto præmissa contritione, quæ maculam originalem, & actualem mortalem delet.

91 Et in duobus casibus cõfert Eucharistia primam gratiam. Primus est, quando quis inculpabiliter accedit ad Eucharistiam, vel quia inuincibiliter ignorat statum peccati quod habet, vel quia existimet, se rite absolutum, cum reuera absolutus non fuerit. Secundus casus est, quando memor est quis peccati mortalis, quod commisit, & urgente necessitate, & absq; copia confessarij, accedit, cum sola attritione reputata contritione ad Eucharistiam; tunc enim virtute huius Sacramenti fiet ex attrito contritus, & primam gratiam recipiet, vt asserunt Suarez, Fagundez, Machado, Granada, & Toletus, apud Leonardum quest. 5.

97 In primo casu dicunt D. Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 7. & Durandus in 4. dist. 9. q. 4. & alij Recentiores apud Lugum sufficere bonam fidem accedentis ad Eucharistiam suscipiendam, vt illi primam cõferat gratiam. Sed DD. communiter dicunt, nõ sufficere solam bonam fidem, & inculpabilem accessum ad Eucharistiam; sed etiam requiri super-

per naturalem attritionem, licet non reputatam contritionem; eo quod nullum peccatum mortale remittitur, seu deletur, siue in Sacramento, siue extra illud, siue contritione, aut attritione. Sed in hoc casu non requiritur contritio; ergo attritio est necessaria, & requisita. Sic D. Thomas, Sotus, Suarez, & Victoria, quos citat, & sequitur Granado tract. 9. disp. 3. nu. 13. qui de hac re videri potest.

INTERROG. XIX.

An Eucharistia remittat peccata venialia quoad culpam?

93 Resp. affirmatiue. Sic enim definitum est in Tridentino sess. 13. cap. 2. per hæc verba: *Sacramentum hoc est: antidotum, quo liberamur à culpis quotidiana, & à peccatis mortalibus præseruamur.* Et vt certum supponitur in Cathecismo Pij V. *sic de Eucharist.* Et docent Theologi communiter cum D. Thom. q. 79. art. 4.

94. Quæ venialia remitti per Eucharistiam immediate, & ex opere operato, negarunt Durandus dist. 12. q. 4. D. Bonaventura, Aiensis, & Petrus, Soto, relati à Suarez tom. 4. de poenitent. 12. sect. 1. nec non etiam aliqui Recentiores, quos videtur sequi Lugus disp. 12. num. 87. accedentes, necessariam esse aliquam deuotionem, vt venialia per Eu-

charistiam remittantur. Sed probabilins est venialia remitti per Eucharistiam immediate, & ex opere operato, nec requiri ad hoc aliam dispositionem, quam quod homo, qui accedit ad Eucharistiam sit iustus, & quod non habeat complacentiam venialium, seu voluntatem formalem, vel virtualemente persistendi in illis. Sic D. Thomas 3. p. q. 79. artic. 4. Suarez disp. 63. sect. 10. Vazquez q. 87. art. 3. dub. 2. Coninch Hurtado disp. 8. diff. 9. Nuñus, Enriquez, Marchinus, Granado & alij plures. Et remittit Eucharistia omnia venialia, vt expresse asserit Concilium Colonien- se, fol. 78. vbi loquens de Eucharistia, sic ait: *Minera peccata omnia diluit.* Et ex se constat; nam Eucharistia ex se est potens omnia venialia delere; ergo de facto omnia remittit. Est contra Alexandrum de Alés qui 4. p. q. 10. memb. 3. art. 1. & asserit deleri plura venialia, vel pauciora iuxta voluntatem, & beneplacitum Dei, & iuxta deuotionem sumentis. Et contra Argentinam q. 3. art. 1. conc. 1. dicentem, solum, ea venialia remitti per Eucharistiam, quæ magis sunt opposita feruori charitatis, quem ex citat hoc Sacramentum.

INTERROG. XX.

An Eucharistia præseruet à mortalibus peccatis?

95 Resp. affirmatiuæ. Sic enim expressè asserit Trident. sess. 13. c. 2. his verbis: *Sumi autem. Voluit hoc Sacramentum, tamquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur uiuentes vita illius, qui dixit: Qui manducucat me, & ipse uiuet propter me: & tamquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præseruemur.* Sic Concilium, & sic DD. communiter. Quæ præseruatio à mortalibus est ex opere operato, & infallibiliter ex parte ipsius Sacramenti, & ad aliquod tempus; Concilium namque absolute tribuit hunc effectum Eucharistie, vt benè ait Leander q. 11. Qui addit cum Granado tract. 9. sup. 4. num. 5. pag. 978. Quod si aliquando ex perimur, in mortalia prolabi eos, qui suscipiunt hoc Sacramentum, hoc nō prouenit ex defectu virtutis eius, sed ex tepida suscipientium vita, minorique dispositione ad suscipiendum ritè hoc Sacramentum. Et videndus Granado loc. cit. qui ad benè per tractat.

96 Quam quidem præseruationem à mortalibus causat Eucharistia, mediante gratia, & auxilijs efficacibus, quæ digne sumenti ex opere operato confe-

runtur, vt asserant DD. communiter. Qui aduertunt, multipliciter hunc effectum ab Eucharistia causari. 1. Quatenus confert abundantem gratiam ex Chryostomo homi 45. in Ioānem. 2. Quia anima virtute huius Sacramenti inebriatur spirituali dulcedine, iuxta illud: *comedite, & inebriamini charissimi;* & ideo fit minus sensibilis ad tentationes. 3. Quatenus hoc Sacramentum fugat dæmones, qui concupiscentias inordinatas solent excitare, iuxta illud Sp. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* 4. Quatenus hoc Sacramentum minuit fomitem, & impedit, & debilitat motus carnis, & contrarios motus excitat, vt benè Gerson tract. 9. super Magnificat, Alphabeto 99. Et videndi de hac re Lugus disp. 12. sect. 4. Ochagauia tract. 2. de Euchar. q. 4. num. 2.

INTERROG. XXI.

An Eucharistia det gratiam dum est in oris iumentis, ante quam deglutiatur, seu traicitur in stomachum?

97 Resp. Tenet partem affirmantem Beccanus cap. 2. de Eucharist. q. 6. num. 2. & tenere videtur Vazquez disp. 203. cap. 2. num. 17.

98 Sed communis, & probabilior sententia tenet, Eucharistiam

stiam non conferre gratiam dū est in ore sumentis antequam traiciatur in stomachum; quia mādicationi huius cœlestis panis panis promissa est gratia à Christo Ioann. 6. Sed nequit dici quis manducare, dum cibum sumit in ore, donec traiciat in stomachum; ergo, &c. Sic Enriquez lib. 8. cap. 43. Sotus, Ledesma, Valentia, Coninch, Bonacina, quos eis at, & sequitur Hurtado disp. 3. diffic. 2. Granada, Fagundez præcep. 3. lib. 4. capit. 1. Suius quæst. 79. artic. 2. & Diana 3. part. tract. 6. res. 96. & alij.

99. Nec illam causat Eucharistia, dum deglutitur, & traicitur ad stomachum, vt loc. cit. Sotus, Ledesma, Vitoria, & Enriquez apud Lugum disput. 12. num. 30. Sed illam conferat ultimo instati terminatio traitionis specierum ad stomachum; quia tunc est perfecta mādicatione, & verum est dicere: *Deglutitum est.* Coninch q. 79. artic. 23. Bonacina disp. 4. quæst. 4. punt. 2. nom. 2. Hurtado disputat. 3. diffic. 2. Lugo disput. 12. numer. 4. Granada tract. 9. disparat. 7. numer. 11. Leander quæst. 14. & DD. communiter.

100. Sed est dubium, an Eucharistia causet gratiam continuo dū est in stomacho, & toto tempore; quo in eo perseverat? Et affirmant Cajetanus 3. part. quæst. 79. art. 1. Ricardus

art. 15. Quibus ex parte subscribunt Suarez disc. 63. sect. 7. & Reginaldus lib. 29. num. 104. & Coninch quæst. 79. art. 1. num. 4. asserentes, quod species Sacramenti quamdiu in stomacho in corruptæ perseverant, retinere virtutem conferendi gratiam seu augmentum gratiæ, & illud tamdiu conferre, quamdiu durat actualis deuotio, & toties quoties actualis dispositio, & deuotio repetitur. Sed contraria sententia sicuti est communior, sic & probabilior. Sic Bonacina disp. 4. punt. 2. Sotus, Ledesma, Valencia, Enriquez, Becanus, Vazquez, quos refert, & sequitur, Hurtado disput. 8. diffic. 5. scilicet species dum perseverant in stomacho in corruptæ non causare gratiam sed solum in ipsa sumptione, seu mādicatione; quia gratia solum tribuitur mādicationi Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem, &c.* ergo cessante mādicatione non datur noua gratia, & si augetur post mādicationem (peruenientibus in corruptis speciebus in stomacho) erit ex opere operantis ratione deuotionis, & feruoris, non autem ex opere operato virtute Eucharistiæ, seu specierum.

101. Vnde infertur, quod si Angelus poneret Eucharistiam, intra stomachum hominis volentis eam recipere, sine eo, quod intraret per oris mādicationem, illa non causaret gratiam; cū deficiat

Eucharistiæ manducatio, vt bené asserunt Suarez disp. 73. sect. 7. Coninch. q. 79. art. 1. dub. 2. & alij plures.

102 An Sacerdos recipiens vnâ partem Hostiæ in peccato recipiat gratiam Sacramenti, si antequam alteram partem hostiæ manducet, per contritionem in gratia constituatur? Negant Enriquez lib. 8. cap. 43. num. 2. & 3. Bonacina disp. 4. q. punct. 2. numer. 4. & Sotus in 4. dist. 11. q. 2. a. 1. Sed probabilius est, in eo casu recipere gratiam Sacramentalem per summptionem secundæ partis Hostiæ; quia adhuc tunc Eucharistia habet vim conferendi gratiam ex opere operato; & cum Sacerdos alias iam sit bené dispositus, verè eam conferet. Sic Suarez disp. 63. sect. 4. Coninch. q. 79. dub. 3. num. 48. Cornejo q. 79. disput. vnic. dub. 3. Lugus disp. 12. num. 62. & alij.

103 Secus est de eo, qui in peccato accepit Eucharistiam, qui & si (post Eucharistiam ita sumptam) confiteatur, vel contreratur, antequam corrumpatur species, non recipiet ab illis gratiam; cum iam finita sit manducatio, vt asserunt Enriquez, Sotus, Bonacina, Lugus, & Vazquez, & Hurtado disp. 8. diffic. 2. citati a Leandro q. 18. contrarium asserente.

104 Et cum soli manducationi Sacramenti, seu Eucharistiæ annexa sit gratiæ collatio;

vtilius non est, nec melius communicare in maiori specierum quantitate, aut sumere Hostiam magnam, potius, quam paruam vt asserunt præfati Enriquez, Vazquez, Hurtado disp. 8. diffic. 2. & Luisius, Turrianus, Centur. 3. dub. 29. & alij plures. Qui consequenter dicunt, non esse licitum dare plures formas consecratis communicanti; est enim hoc contra communem vsum Ecclesiæ; & consuetudinē; propter quod dicunt, Inquisitores solere punire foeminas, quæ nulla causa subsistente, sumunt plures formas consecratis; nec non & Sacerdotes, qui illis plures tribuunt. Sic Enriquez lib. 8. cap. 43. num. 2. Vazquez, Hurtado, & Luisius apud Leandrum q. 21. Qui Leander sentit non esse illicitum per se, secluso scandalo, plures formas eidem communicanti tribuere; esse tamen illicitum per accidens; propter periculum introducendi aliquam superstitionem, aut opinionem de virtute huius Sacramenti. Et concludo cum verbis eximij Theologi P. Vazquez e societate Iesu, qui disp. 203. num. 26 sic ait: *Curandum nihilominus esset, ne maior quantitas specierum multierculis ignorãtibus daretur. Quia licet tolerabilis esset vsus, propter opinionem Casetani & aliorum (scilicet quod species continuo dēt gratiam, dum in corruptæ in stomacho perseverant) facile tamen introducti poterat falsa opinio de*

de virtute huius Sacramenti, ut eo maior existimaretur, quo plures essent species panis, aut, quo maior quantitas illarum esset. Huc vsque Vazquez.

105. Si aliquis in eadem Missa plures suscipiat Hostias consecratas, non plus gratiæ suscipit, quam si vnā solam susciperet, vt ait D. Thomas 3. p. q. 79 art. 7. ad 3. & est commune DD. eo quod non plus virtutis continetur in multis Hostijs, ac in vna sola; si quidem sub vna quaque illarum continetur integer Christus Dominus; & est vna sumptio moraliter; & si sint physicè multæ sumptiones.

106. Per sumptionem vtriusque speciei (scilicet Corporis, & Sanguinis) cœnent multi probabiliter, maiorem gratiam conferri. Hi sunt Aletis, Gaspar, Cassalius, Arboreus, Ricardus, quos citat, & sequitur Vazquez disp. 2. 45. cap. 2. Et tenent Hurtado disp. 11. diffie. 6. Cornejo q. 80. art. 12. dub. 2. Lngus disp. 12. sect. 3. num. 68. & alij, quia vtraque species simul significat plenitudinem conuiuij spirituales, & facietatem perfectam animæ. Sed negatiuam partem tenent Ricardus, Gabriel, Caietanus, Sotus, Ricardus, quos citat & sequitur Suarez disp. 53. sect. 6. Fagundez præcep. 3. lib. 4. cap. 4. num. 4. Coninch q. 79. art. 1. num. 3. Becanus de Euchar. cap. 22. q. 7. n. 1. de Henriquez Enríquez 10. 44. 76. de Eucharist. &

6. ref. 97. Syluius q. 80. art. 12. Filiucius Villalobos, Machado, & alij plures. Quæ opinio mihi magis placet; eo quod sub vna quaque specie recipitur Corpus, & Sanguis Christi. Et quod vtraque species simul sumpta expressius significet conuiuium & Corpus & Sanguinem Christi, hoc nihil facit ad causationem gratiæ, quæ præcisè attenditur ex continentia reali Corporis & Sanguinis Christi, & in vna quaque specie (etiam sola) continetur Corpus & Sanguis Christi. Ex quo patet ad rationem, & fundamentum primæ opinionis.

INTERROG. XXII.

*An laicis liceat communicare sub
sub vtraque specie?*

107. Resp. Affirmant hæretici nostri temporis asserentes, non solum eis esse licitum communicare sub vtraque specie; verum & teneri; nec id illis Ecclesiam prohibere potuisse.

108. Sed deside est, illos non teneri communicare sub vtraque specie, neque id eis esse licitum. Sic habetur in Tridentino sess. 21. cap. 1. 2. & 3. Et in Concilio Constantiensi sess. 13. vbi Sacerdos prohibetur sub ex communicatione ministrare laicis communionem sub vtraque specie; & sic tenent omnes Catholici. Et videndus Vazquez disp. 2. 06.

cap. 1. & legendus Cornejo in 3.

p. q. 80. disp. vnic. dub. 1.

109 Et notandum. 1. Quod laicis non est prohibitum iure diuino communicare sub vtraque specie, vt asserunt DD. communititer. Et ideo potest Papa dispensare cum laicis, vt communicet sub vtraque specie, ex iusta causa. Et Paulus III. id confessit Bohemis. Et Clemens VI. concessit Regi Gallis communionem sub vtraque specie, vt asserunt Suarez disp. 71. sect. 3. Enriquez lib. 8. cap. 44. num. 7. & alij. Nec improbanda est consuetudo communicandi sub vtraque specie, si talis consuetudo scita sit, & tacite saltem approbata a Summo Pontifice. 2. Aduertendum est, Sacerdotem, dum more laici communicat, non posse communicare sub vtraque specie, & peccare mortaliter, si communicet sub vtraque, vt asserunt Nauarrus in Manuali cap. 21. num. 54. Enriquez lib. 8. cap. 44. num. 3. Fagundez præcep. 3. lib. 3. cap. 4. num. 5. & omnes DD. ex Tridentin. sess. 21. post can. 2. id asserunt. 3. Aduertendum est, quod Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 6. asserit in nullo caso licere laico absque dispensatione calicem bibere. Sed probabiliter asserunt alij, posse illum bibere absque dispensatione. Et posset illum bibere, laicus quando contingeret mori Sacerdotem post consecrationem calicem, & non sit alius Sacerdos, qui possit bibere calicem,

si credatur speciem vini corrumpendam, & in acetum mutandam. Item quando sanguis Christi caderet in terram, & non esset Sacerdos, qui illum lambere posset, potest laicus secundeum probabilem opinionem illum lambere, vt ait Leander q. 30. Qui etiam q. 3. probabiliter asserit cum Fagundez, Nuño q. 80. art. 12. conc. 3. & Ochagauia tract. 2. de Eucharist. q. 18. num. 9. posse infirmum, qui nequit speciem panis deglutire, sumere speciem vini; eo quod ius diuinum communicandi in articulo mortis præferendum sit iuri Ecclesiastico prohibenti communionem laicis sub specie vini; contra Suarez, & Fagundez, Granada, Pitigianum, Mercerum, Syluium, & alios apud Leandrum loc. cit. 4. Aduertendum est, quod iustis de causis Ecclesia vetuit laicis communionem sub vtraque specie. Quas refert Eneas, Syluius, qui postea fuit Pius II. Et ex illis præcipua est periculū, quod effundatur sanguis.

INTERROG. XXIII.

An hoc Sacramentum operetur aliquis in corpore suscipientis illud?

110 Resp. Hoc Sacramentū nullam physicam qualiratem causat spiritualement in corpore. ~~Quia suscipiens non disponit~~ *non introduci poterat sanguis eius*

apud Villalobos diffic. 23. Sed minuit fomitem, & concupiscentiam excitando bonos motus, vt promptius operetur opera virtutum, vt ait Diu. Thomas quaest. 79. artic. 1. ad 3. Quapropter dixit Chrysostomus lib. 4. in Ioann. cap. 17. *Sedat cum in nobis manes Christus seruientem membrorum nostrorum legem. Et in Cathecismo Pij V. dicitur sensum libidinis cohibet.* Et addit Villalobos dicta diffic. nu. 2. haec verba: *Tambien se puede decir, que entre el cuerpo de Christo, y el que le recibe dignamente ay una union real, que es como un abraço corporal, y que Christo tiene especial cuidado, no solamente del alma, sino tambien del cuerpo del que le recibe dignamente, como aize Suarez disp. 64. sec. 3. Y ay para esto muchas autoridades de Santos, que el cita y lanseulo in concord. cap. 56. y Toledo in Ioannem cap. 6. annot. 19. & cap. 17. annot. 13. Hucusq; Villalobos. Quae unio quidem quid morale est, seu moralis unio, & non physica (quae est in perceptibilis) & unio haec solet explicari exemplo Matrimonij ratione cuius caro viri est caro vxoris, & e contra, sic ratione dignae communionis caro Christi moraliter est caro illius, qui communicauit digne, & e contra. Et quando sancti dicunt hanc unionem esse naturalem, intelligendi sunt de praesentia reali. Et videndi de hac re Enriquez capit. 16. de Eucharist. &*

Suarez disp. 64. sec. 3. & Filiacius tom. 3. tract. 4. cap. 7. quaest. 10.

INTERROG. XXIV.

An. Eucharistia remittat poenam temporalem?

1+1 Respond. Certum est, Eucharistiam, vt sacrificium remittere poenam temporalem; quia vnus ex effectibus sacrificij Missae est remittere poenam temporalem, vt dicam See. de Sacrificio Missae. Sed quatenus Sacramentum, non aufert primario poenam ex opere operato, sed iuxta valorem actus, & dispositionem sumentis; nullo enim iure constat Eucharistiam, hunc effectum remissionis causare per se, & ex sua institutione, vt cum Diu. Thoma quaest. 79. art. 5. asserunt Valentia disp. 6. q. 7. artic. 1. cone. 3. Suarez disp. 63. sec. 10. Reginellus Filiacius, Bonacina, Lugus, & alij. Qui etiam dicunt, quod Eucharistia potest dici, indirecte remittere poenam temporalem; quia excitat actum charitatis, vel alterius virtutis, vi cuius remittatur poena temporalis, quod est remittere indirecte, & mediate, vt ait Lugus disp. 12.

num. 98.

De Susceptione Eucharistia.

INTERROG. XXV.

Quae personae sunt capaces recipiendi Eucharistiam?

111 Respond. Quatuor sunt modi suscipiendi Eucharistiam, ut dixit Scotus in 4. dist. 8. quaest. 3. Primus est solum *realis*, ut si Eucharistiam brutum comederet. Secundus est solum *Sacramentalis*, quando in peccato mortali suscipit quis Eucharistiam. Tertium est solum *spiritualis*, qui est affectus, & desiderium recipiendi Eucharistiam. Quartus est simul *Sacramentalis*, & *spiritualis*, scilicet, quando iustus suscipit Eucharistiam, & asserunt DD. communiter. Qui etiam aduertunt, quod brutum comedens Eucharistiam, comedit Eucharistiam, seu Sacramentum, eo quod illa hostia consecrata verè Sacramentum est. Et idem est de homine communicante in peccato mortali, qui (etsi indigne) verum suscipit Sacramentum, ut probat Diu. Thomas quaest. 80. artic. 3. ex verbis, Diu. Augustini ad illam verba, Ioann. 6. *Ego sum panis vitae*, ubi ait Diu. Augustinus, *Multi exaltari accipiunt, & accipiendo moriuntur: unde dicit Apostolus, iudicium*

sibi manducat & bibit. Qui etiam communiter asserunt, Angelos propriè non recipere hoc Sacramentum; quia nequeunt illud recipere; & sic nec est in illis desiderium suscipiendi illud, ut bene Sotus in 4. dist. 10. quaest. 1. artic. 3. Sed solum dicitur, *Angelos comedere Christum spiritualiter in caelo*, analogice, quatenus uniuntur perfectè cum Christo per charitatem perfectam, ut ait Villalobos difficult. 25. num. 2.

112 Solus, & omnis baptizatus est capax suscipiendi Eucharistiam; qui enim baptizatus non est, non habet potentiam passivam ad suscipienda Sacramenta, quam Baptismus confert, qui est ianua Sacramentorum, & ita non baptizatus (etiam si sit cathecumenus) nequit Sacramentaliter suscipere Eucharistiam, nec eius fructus percipere. Doctores communiter.

113 Infantes baptizati, seu pueri, capaces sunt recipiendi Eucharistiam, & eius fructus percipiendi; sunt enim baptizati, & non habent obicem; ergo susciperèt gratiam causatam ab hoc Sacramento. Et patet ex usu antiquo Ecclesiae, tum Graecae, tum Latinae, quae paruulis etiam recentè baptizatis conferebat Eucharistiam, ut constat ex Dionysio 1. Eccles. Hierarch. & ex Clem. VIII. const. capit. 20. & ex Tridentino sess. 21.

capit. 4. dicente: *Omnes Patres pro sui temporis ratione probabilem causam, sui facti habuisse.* Hoc autem tempore iam eis non datur, ob reuerentiam, & decen-
tiam, quæ præferenda est utili-
tati infantis. Quæ propter si Sa-
cerdos infantibus, seu paruulis
porrigat Eucharistiam, sine du-
bio grauitèr peccaret; quia fa-
ceret contra præceptum Eccle-
siæ in re graui, vt benè Granado
controu. 3. de Eucharist. tra. 10.
disp. 2. num. 9. Idem dicendum
de perpetuo à mentibus, qui
etiam capaces sunt fructus, seu
effectus Eucharistiæ. Sed illis
non est ministranda, nec adhuc
in articulo mortis; habent enim
sehi, à mentes veluti paruuli, vt
habet Ecclesiæ consuetudo, te-
ste Hurtado de Euchar. disput. 9.
diffic. 20. A mentibus, qui prius
habuerunt rationis usum danda
est Eucharistia in articulo mor-
tis, si non constet illos esse in pec-
cato mortali, & habuerunt prius
voluntatem suscipiendi illam,
vt asserunt Vazquez disp. 112.
cap. 3. & Suarez disp. 69. sec. 2.
& DD. communiter; eo quòd
hi sunt capaces fructus Eucha-
ristiæ, & nullo iure, id est prohi-
bitum; ergo si ante habuerunt
voluntatem suscipiendi Eucha-
ristiam, & non constat commis-
sisse aliquod mortale, nec est pe-
riculum irreuerentiæ, vt vomit-
us, expuitionis, &c. non est illis
deneganda; sicuti datur Bap-
tismus, & Extremaunctio. Et

prudenter creditur, habuisse vo-
luntatem suscipiendi Eucharis-
tiam si habuerunt voluntatem
(saltem generalem) implendi
omnia præcepta; inter quæ est
præceptum diuinum de susci-
pienda Eucharistia, seu viatico.
Similiter prudenter existimatur
esse in gratia, dum contrarium
non constat, Semi fatuis, seu non
omnino à mentibus conferenda
est Eucharistia; isti enim ali-
quam deuotionem habere pos-
sunt erga Eucharistiam. Sed il-
lis raro danda, vt in Paschate,
& Iubilæo. Et prius instrui de-
bent, vt deuotè accedant, vt as-
serunt Ledesma cap. 12. de Eu-
charistia, Ioann. à Cruce de Eu-
charist. 55. dub. 5. nu. 9. & DD.
communiter.

113 Energumenis non est de-
neganda Eucharistia. Sic Cassia-
nus collat. 7. cap. 30. & habetur
in Concilio Arausicano, can. 14.
Et asserunt DD. communiter, eo
quòd nulla lege prohibitum est,
illis Eucharistiam conferre; &
confirmat praxis Ecclesiæ, &
consuetudo.

114 Damnato ad mortem
danda est Eucharistia; etiam si
non sit ieiunus, quia ex vna par-
te, is tenetur præcepto commu-
nicandi; cum sit in articulo mor-
tis, nec violenta mors tollit hac
obligationem, & ex alio, iudex
non tenetur differre executio-
nem sententiæ quando commo-
dè non potest; & multo minus,
si reus ieiunium frangeret de in-

dustria, vt pro traheret vitam. Et ordinario, damnato ad mortem datur Eucharistia pridie ante mortem, vt est in vsu in nostris Hispania. Nec dandam esse illi in ipso die mortis asserunt Zerola, noster Vega cap. 1. & Iulius Clarus, & alij apud Dianam 3. part. tract. 6. resol. 59 eo quod sit indecens, quod Eucharistia ipso die mortis ab homine damnato ad illam, recipiatur. Sed alij asserunt, non esse indecentiam, quod damnatus ad mortem communicet ipso die mortis, nisi pridie sacram sumperit Eucharistiam, post sententiam latam Sic cum Nauarro, Sa, Maiolo, & Sancio in select. disp. 4. num. 4. tenet Leander disput. 4. quæst. 13. Imò, & sunt, qui dicant, quod etsi pridie communicauerit pro implendo præcepto comunicandi in articulo mortis, potest nihilominus ipso die mortis communicare deuotionis causa, & quod sit hortandus ad id, & non impediendus; vt tolerabilius subeat mortem, & tentationes demonis vineat facilius, vt asserit Saneius loc. cit. & cum eo Caspensis 2. tom. tract. 22. disp. 9. sect. 5. num. 60. Et sunt, qui dicant, dicto damnato ad mortem posse conferri Eucharistiam vna hora ante mortem; quia species sacramentales spatio in illo iam erunt digestæ. Sic Nauarrus, Sa, Fagundez, Clauis Regia, & Sotus, & Diana apud

Leandrum quæst. 14. Et conueniunt Doctor. iudicem teneri dare tempus reo ad suscipiendam Eucharistiam, & præcipue, vt sua peccata confiteatur. Sed si reus uolit recipere Sacramenta Poenitentiae, & Eucharistiae causa vitandæ mortis, aut ex alio fine, non teneatur iudex reum liberare a morte, sed potius illum morti adiudicare, quamuis certò sciat, ipsum reum in mortali peccato decessurum è vita. Sic Sotus 5. de iust. quæst. 1. artic. 2. Reginaldus libr. 29. num. 71. Bonacina disput. 4. quæst. 7. punct. 1. num. 7. Petrus de Nauarra lib. 2. cap. 3. num. 224.

114 Mutis, & Surdus à natiuitate non solum in articulo mortis, sed etiam in vita conferenda est Eucharistia, vt asserunt Doctores cõmuniter apud Dianam 5. part. tract. 6. resol. 6. & 7. possunt enim instrui de excellentia Mysterij Eucharistiae, & cognoscere quid necessarium sit ad Eucharistiae, perceptionem; & sicut confiteri tenentur, sic, & communicare poterunt etiam in vita. Et videndus Caspensis tom. 2. tr. 12. disput. 9. sect. 5. num. 61.

115 Pueris, etiam si uenerint ad usum rationis, & iam illos obliget præceptum confessionis, non est Eucharistia conferenda, quoadusque iam habeant discretionem ad discernendum hunc

hunc cœlestem panem a materiali, & cognoscant Myſterium Eucharistiæ, & dispositionem, tam spiritualement, quam corporalem, cum qua debent communicaturi accedere, vt bene ſcribit Suarez disp. 70. lect. 1. Coninch quaest. 80. ad 2. num. 102. Bonacina disp. 4. q. 7. punct. 2. n. 1. Granado tr. 10. disp. 4. num. 2. & alij plures. Et pro praxi cōfessariorum ad dandam licentiam pueris, vt pollint suscipere sacram Eucharistiam appono hic verba docti Patris Granado, quæ dicta disp. 4. sic se habent: *Recte autem aduertunt Nauarrus capit. 27. num. r. 57. Enriquez capit. 5. §. 1. litter. B. & Suarez disput. 70. sect. 1. non statim ac quis habet usum rationis, qui sufficiat ad peccatum, & ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, teneri ad Eucharistiam suscipiendam: maior enim dignitas Eucharistiæ patris maiorem reuerentiam in suscipiente, & maiorem discretionem, & ita declarat Ecclesiastica conſuetudo. Hæc autem maior discretio in eo consistit, vt scilicet quis bene norit hunc pretiosissimum cibum ab alijs distinguere, & Christum Dominum in eo delitescentem venerari. Quare arbitrio prudentis confessarij expendendum relinquitur quando puer censendus sit obligatus ad communionem: Enriquez ait, plerumque eam discretionem obtineri, anno undecimo, aut postea. Sotus disp. 12. quaest. 1. art. 11. & Va-*

lencia quaest. 8. punct. 4. ante duodecimum annum non censetur, obligari pueros hoc præcepto. Suarez supra, cit moraliter loquendo, nec ante decimum annum vigere obligationem, nec ultra decimum quartum posse offerri. Dersque Nauarrus aduertit in illo, num. 57. pueros non peccare, non accedendo ad Eucharistiam, quando ibi, à quibus gubernantur, illos non admovent, nec illis occurrit dubium circa propriam obligationem. Huc vsque Granado. Cuius verba hic placuit transcribere pro praxi confessariorum in danda licentia pueris, vt sacram recipiant Eucharistiam. Et hic est communis sensus DD. Ex quibus aliqui dicunt, non ligari pueros præcepto communionis nisi post decimum. Alij verò post duodecim annos. Alij verò sentiunt non obligari, vsque ad quartum decimum, vel quindecim annos. Sic Rodriguez in summa capit. 64. concl. 2. Chapiauile de modo administrant. Sacrament. tempore pectus, capit. 4. apud Leandrum disput. 3. quaest. 5. Ipse vero Leander dicit quaest. cum Sanctio in select. censet pueros statim ac annos discretionis attingunt obligari præcepto annuæ communis. Quod etiam tenet Delgadillo tomo de Eucharist. capit. 2. dub. 26. Qui addunt, peccare mortaliter confessariis, & parentes puerorum non permittendo, illos statim cō-

communicare, ac sunt capaces doli. Sed prima sententia Enriquez, Nauarri, Bonacinae, Soti, & Rodriguez, Valentiae, Suar. & Vazquez, & aliorum plurimorum sicuti est probabilior sic est, & communissima, & in Ecclesia Dei communiter recepta, & practicata, scilicet, quod pueri non communicent, quoad usque eam discretionem obtineant, quae necessaria est, ut Eucharistiam possint suscipere reuerenter. Sicuti etiam est probabilior sententia, quae asserit, pueris non dandam Eucharistiam pro viatico, qui numquam comunicarunt, si de illorum capacitate dubitetur, ut asserunt Vazquez, Suarez, & alij apud Delgadillo pub. 27. n. 78. qui contrarium sustinet ibi cum Leandro cit. q. 8.

INTERROG. XXVI.

An sit praeceptum diuinum suscipiendi Eucharistiam?

116 Respon. Praemittendum est, quod Sacerdotes, qui conficiunt Eucharistiam teneantur illam sumere diuino praecepto; quia ad sacrificij integritatem, id est per se necessarium ex Christi institutione, ut asserunt DD. communiter.

117 Et quoad adultos, qui sacram Eucharistiam non conficiunt, negant praeceptum diuinum communicandi, seu susci-

piendi Eucharistiam Diu. Bonacinae dist. 12. art. vltim. quaest. 1. & Syluester, v. *Eucharist.* 3. in principio, & alij apud Granada contr. 6. disp. 3. num. 2.

118. Sed contraria sententia est communis, scilicet adultos, qui ratione vtuntur teneri diuino praecepto ad Eucharistiam accedere. Sic Diu. Thomas quaest. 80. art. 11. vbi dicit: *Manifestum est, quod homo tenetur hoc Sacramentum sumere; non solum ex statuto Ecclesiae; sed etiam ex mandato diuino.* Sic etiam Durandus in 4. dist. 9. quaest. 2. Victoria in sum. quaest. 77. Sotus distinct. 12. q. 1. Valent. q. 8. punct. 4. Nauarrus cap. 21. n. 45. & 57. Vazquez disp. 213. Suar. disput. 69. sect. 1. & DD. communiter.

119 Quod praeceptum constat. 1. Ex scriptura Lucae 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quae verba licet post institutam Eucharistiam praecipue dicta sint. Apostolis, & Sacerdotibus eorum successoribus; nempe, quod deinceps conficerent Eucharistiam, confectamque susciperent; ipsi tamen, verbis illis est praeceptum, quod ipsi celestem cibum porrigerent alijs non Sacerdotibus, & quod hi de manu Sacerdotum susciperent, ut bene ait Granada dict. disp. num. 3. Item colligitur, hoc praeceptum diuinum, ex verbis Christi, Ioann. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam*

in vobis. Ut asserunt DD. communiter.

120 Quo tempore autem obliget. Variant DD. ut videre est apud Granada loc. cit. num. 7. Et melius loquuntur DD. qui asserunt, extra mortis periculum, hoc diuinum præceptum communicandi obligare vage, & indeterminatè; nam eo ipso, quòd Christus non determinauerit tempus præcepti communionis extra mortis periculum, seu articulum; reliquit illud determinandum suæ Ecclesiæ, ut de factò determinauit in Concilio Lateranensi, ut refertur in cap. *Omnis v. riuusque sexus*, de pœnitent. & remis. vt alibi dicam.

121 In articulo, seu periculo mortis, dicunt DD. communiter, hoc diuinum præceptum communicandi obligare; & ideo quâuis Ecclesia non præcepisset eam communionem (sicut verè præcepit) qui in eo articulo constitutus nõ sumeret Eucharistiam, peccaret mortaliter contra præceptum diuinum, cui præcepto nõ satisficit per communionem factam in Paschate; nam supposito præcepto diuino communicandi, negari non potest, pro articulo mortis obligare præcipuè, numquàm enim potest esse maior necessitas huius Sacramenti, quam in illo articulo, ex quo pendet æternitas, & imminet vltima lucta cum hoste ad discernendum de tota re: Et videndus Caspensis tom. 2. tr. 22. disp. 9. sect. 7. n. 69.

122 Sed oritur difficultas, an qui paulò ante quam incidere in periculum mortis, seu articulum, sumpsit Eucharistiam, excusetur ab obligatione suscipiendi illam in dicto periculo, seu articulo; vel ruelus teneatur ad iterum communicandum? Et tene-ri, dicunt aliqui, quos refert, & sequitur Vazquez disp. 214. eo quòd nequeat satisfieri præcepto per actum, qui fit ante quam incipiat illius obligatio. Quam sententiam ad eòstruè, sequitur Hurtado, vt dicat disp. 10. diffic. 2. eum qui eodem die communicauit causa deuotionis, si postea incidat in periculum, seu articulum mortis, teneri iterum sacramentum Eucharistiam recipere pro viatico; sicque prædicatum fuisse in Collegio Matritensi Societatis Iesu.

123 Sed alij probabilius asserunt, non teneri iterum communicare, si communicauerit paulò ante mortis periculum; & ita si infirmus tribus, vel etiam octo diebus communicauit antequàm incidere in periculum mortis, optimum consilium erit, vt iterum Eucharistiam suscipiat per modum viatici; tam en ad id nõ tenetur; cum præceptum de Eucharistia ante mortem instantem sumenda, secundum instantiam impleuerit. Sic Suarez disp. 69. sect. 1. Coninch q. 80. ar. 11. dub. 3. Enriquez, Layman, Diana, & alij, quos refert, & sequitur Lugus disput. 16. sect. 2.

Quam opinionem etiam tenet Delgadillo de Eucharist. cap. 2. dub. 16. num. 57. Et fundamentum huius communis sententiae est; quia praeceptum communicandi in articulo mortis solam interdit obligare pauldante mortem, seu ad hoc quod homo non moriatur sine Eucharistiae perceptione; sed totum hoc saluatur posita communione ex deuotione pauld ante quam quis in mortis veniat articulum; ergo, &c.

124 Nec ob est, quod non dum aduenerat obligatio communicandi, si in rei veritate ponitur perceptio Eucharistiae licet ex deuotione, ut suaderet his instit. 1. Religiosus, qui die suae professionis ante professionem recitauerat Officium diuinum, non tenetur illud eodem die dicere iterum & si illud dixerit ante obligationem recitandi Officium diuinum. 2. Idem est in Beneficiario, qui ante quam reciperet, Beneficium eodem die recitauerat Officium diuinum ex deuotione; qui post acceptum Beneficium, iterum non tenetur recitare. Et videndus Delgadillo loc. cit.

125 Qui in articulo mortis sumptit viaticum, si postea peccet mortaliter, non tenetur iterum communicare; quia semel impleto praecepto communicandi per priorem communionem, iam deinceps non obligatur pro alio articulo, sed pro alio. Sic de illis dicitur, Ochagavia, Hurtado,

Lugus, quos refert, & sequitur Diana s. p. tr. 3. res. 43. contra Sotum, Tabienam & Armillam contrarium asserentes. Nec valet dicere: quod qui sic peccauit mortaliter, tenetur iterum confiteri; ergo, & communicare in eodem periculo. Quia respodetur, concessio antecedenti, negando consequentiam, eo quod Eucharistiae perceptio non est simpliciter necessaria ad consequendam gratiam sicuti confessio, DD. communiter.

INTERROG. XXVII.

An fideles praecepto Ecclesiastico tenentur Eucharistiam suscipere.

126 Resp. Affirmatiue, ut constat ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. per haec verba: *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos d. fortationis peruenit semel saltem in anno, confiteatur suscipiens reuerentur ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum, nisi forte proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinentiam. Alioquin, & viuens ab Ecclesia ingressus arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura.*

127 Circa quod praeceptum haec sunt aduertenda. 1. Quod hoc praeceptum non obligat infideles non baptizatos; cum enim per Baptismi ianuam non sint ingressi in Ecclesiam, capaces non sunt

regum Ecclesiasticarū 2. Quod obligat hoc præceptum fidelē, cui iam venit ad rationis usum. Et quis sit hic usus rationis pro communione Eucharistica, iam manet dictum 3. Quod præceptum hoc communicandi debet ad impleri in Paschate, ut dicit præceptum, & asserunt DD. communiter, intelligentes per nomen *Pascha* quindecim dies à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in albis inclusivē, in quorum quolibet die potest ad impleri præceptum communicandi 4. Qui dicto tempore Paschæ non communicavit, adhuc elapso illo communicare tenetur; quia hic non communicavit, & semper instat præceptum communionis quod non fuit assilum tempore Paschatis, & in honorem illius, sed absolute, præcipiendo cōmunionē Eucharisticam in illo anno, quod non dicitur impletū est. Sic Naua. c. 21. n. 45. Nuñ. q. 80. art. 11. dist. 2. Syluius q. 80. art. 11. q. 4. Reginal. Filius. Layman, Fagundez, Hurtado, Lugus, & alij apud Leandrum q. 29. contra Soram dist. 18. q. 1. art. 4. Sylvestrum v. *Eucharistia* q. 25. Armillam v. *communio* & alios asserentes, non communicantem in Paschate, iam non teneri communicare 5. Qui in Paschate indigne communicat ad implet præceptum Ecclesiasticum cōmunionis (quidquid dicant in contrarium Du-

randus in 2. dist. 18. quest. 4 & Capreolus ibi dist. 41. quest. 1. artic. 1. & Nuñ. quest. 80. artic. 11. dist. 3.) quia qui sic communicat licet peccet mortaliter agens contra præceptum divinum præcipiens, ut homo ad suscipiendam Eucharistiam se probet per confessionem; verè tamen communicat, & verè suscipit Sacramentum; ergo verè ad implet præceptum Ecclesie quoad substantiam. Sic Sotus libr. 2. de iust. quest. 3. artic. 10. Vazquez tom. 3. disput. 214. capit. 4. Suarez disput. 70. sect. 3. Filiucius, Sa, Granada, Villalobos, Lugus, & alij apud Dianam 3. part. tract. 4. res. 43. & in addit. resol. 14. vbi notat ex Ochagavia tract. 2. de Eucharistia quest. 15. num. 6. nullo modo incurrere ex communicatione latam ab Ordinario illum, qui in Paschate indigne communicavit 6. Vagi, qui nullum habent domicilium debent communicare (ut impleant præceptum hoc) in Ecclesia Parochiali loci, ubi inveniuntur, ut etiam id dicunt communiter DD. de confessione annua, quæ debet fieri etiam Parocho illius loci. Et idem dicendum de aduensis, & peregrinis habentibus alibi domicilium, qui debent recurrere ad Ecclesiam Cathedralē, seu matricem, pro recipienda communione, pro implendo præcepto communicandi, ut asserunt Divus

Antoninus in cap. 1. de sepulchrum 8. Syluester, *vs Confessor*, 1. q. 1. & *Victoria de confess.* num. 15. Qui præuidet, se non posse communicare intra quindecim dies communioni destinatos, tenetur anticipare, seu præuenire communionem, secundum communiorum sententiam Vazquez tom. 4. de Pœnit. q. 90. artic. 4. dub. 2. num. 3. Nuñi q. 80. art. 1. diffie. 2. Syluij ibidem Fagundez, Layman, Hurtado, & Diana 3. p. tract. 4. ref. 42. Et est probabilis sententia contraria, quæ obligationem huius anticipationis negat. Quam tenent Suarez disp. 70. sect. 2. Coninch q. 80. artic. 11. dub. 4. Molfesius in sum. tract. 3. cap. 8. num. 28. Bonacina, Pitigianus, & alij. Et qui dictam communionem anticipauit, ob impedimentum præuultum, dicit Diana 3. p. tract. 4. ref. 42. (citans pro hac parte Suarezium disp. 60. sect. 2. & Heredia trac. de Eucha. p. 8. dub. 1. n. 10.) non teneri iterum in Paschate communicare. Sed teneri communicare iterum cessante impedimento, in Paschate, sentiunt Lugus disp. 16. num. 77. Hurtado disp. 10. diffie. 1. & alij 8. Qui præuidet, se non posse communicare intra quindecim dies Paschales, & iam est in Hebdomada sancta, tenetur intra illam sumere Eucharistiam; cū iam teneatur obligatione præcepti; ergo cum possit, tunc iam illud adimplere, adimplere tenetur;

sicuti qui in die festo præuidet se non posse audire Missam hora nona tenetur audire illa hora tertia, si eam potest audire, quia iam tenetur præcepto audiendi illam, vt asserunt DD. communiter. 9. De licentia Parochi potest impleri præceptum communionis suscipiendo Eucharistiam extra Parochiam, vt asserunt DD. comman. Qui etiam communiter asserunt, posse Parochum, suum subditum communicare in aliena Ecclesia pro implementatione huius præcepti, quia in dict. cap. *omnis*, &c. solum præcipitur, vt in Paschate a proprio sacerdote suscipiatur Eucharistia, & hic verè eam suscipit; licet in aliena Ecclesia. 10. Præceptum hoc debet adimpleri in propria Parochia, vt asserunt DD. communiter, & habet usus. Et est probabile, quòd adimpleatur per susceptionem Eucharistiae in Ecclesia Cathedrali vt ait Machado tom. 1. libr. 2. p. 4. tract. 7. docum. 1. num. 3. citans pro hac parte Bonacinam. 11. Tempore interdicti tenentur fideles hoc præceptum communicandi adimplere; quia post cap. *Alma mater*, suspenditur interdictum in Paschate, in quo possunt fideles communicare, vt asserunt DD. communit. 12. Pueri non communicantes in Paschate (& si non dum attigerint annos pubertatis) ligantur pœnis cap. *Omnis vtriusq;* iexus, scilicet, *privatio: Ecclesiastica sepultura* & in

gressu, & ingressu Ecclesie, secundum Coninch disp. 18. dub. 6. n. 49. Alteriū lib. 3. disp. 10. c. 4. & Hurt. disp. 7. de Poen. dif. 9. & alios qui existimant, impuberes posse ligari centuris & pœnis Ecclesiasticis; cum possint peccare mortaliter, & de facto peccent, non communicando. Sed alij satis probabiliter dicunt, nō incurrere dictas pœnas ante pubertatem. Sic Suarez, Oehagavia, Sà, Diana, Vazquez, & Sancius, in select. disp. 26. num. 18. & alij apud ipsum; quia sic præsumitur de pia mente Ecclesie. Et de hoc dixi alibi agens de cœsuris in cōmuni. 13. Qui omittit communionem in Pâschate, censuram aliquam ipso facto non incurrit, quæ non imponitur in dicto cap. *Omnis*. Et ita nō incurritur ex vi dictis capituli 14. Sacerdotes non debent in Parochia celebrare propria ad implendum præceptum communionis annuæ, quia caput *Omnis* loquitur de his, qui suscipiunt communionem de manu aliena; sufficit quòd tempore Pâschæ alibi celebrent. Tenebuntur tamen communicare in Parochia propria, si nec ibi, nec alibi celebrare velint in Pâschate, vt asserunt Enriquez lib. 8. cap. 55. num. 1. Sa v. *Euchar.* Bona cina disp. 4. q. 7. punt. 2. num. 17. & alij plur. & videatur Fagundez præcept. 3. lib. 1. cap. 6.

nu. 11.

De dispositione ex parte anima ad susceptionem Eucharistia requisita.

INTERROG. XXVIII.

An ad Eucharistia sumptionem necessario requiratur status gratia?

128 Resp. Affirmatiue, contra hæreticos nostri temporis. Quod est de fide, definitum in Tridentino sess. 13. cap. 7. & can. 11. Et constat clarè ex verbis Apostoli ad Cor. 1. cap. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, &c.* Et ita qui habuerit conscientiam peccati mortalis Eucharistice susceptioni debet confessionem præmittere, & probare se per confessionem sacramentalem; vt ait Tridentinum sess. 13. cap. 7. per hæc uerba: *Et ne tantum Sacramentum in digne atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atq; declarat Sancta Synodus ipsa illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantum cumque etiam se contritos existiment; habita copia Confessoris, necessario præmittendam esse confessionem Sacramentalem.*

129 Vnde rejicitur opinio

Ca-

Caictani, qui 3. p. q. 80. adierat, non necessario praeiudicandi confessionem susceptioni Eucharisticae, sed iudicare, quod, homo per contritionem iustificetur. Et idem tenuit in illud ad Cor. II. *Probet autem se ipsum homo*, & in sum *Communio*; constat enim ex Tridentino probationem in eo, qui vult suscipere Eucharistiam debere fieri per confessionem sacramentalem. Unde est, peccare mortaliter eum, qui cum conscientia peccati mortalis habeat, sine confessione praemissa hoc audet suscipere Sacramentum. Et indigna illius susceptio instat peccati mortalis, peccatum mortale est; licet non maximum omnium, quia grauiora sunt peccata in fidelitatis, desperationis, & odij Dei, quae opponuntur virtutibus Theologicis; est tamen grauius reliquis peccatis, quae opponuntur virtutibus moralibus, cum sit sacrilegium oppositum virtuti Religionis, quae nobilior est ceteris virtutibus moralibus. Sic Vazquez disp. 207. cap. 1. Hurtado disp. 9. diffic. 2. Fagandez praecip. 3. lib. 1. cap. 4. & DD. communiter. Qui etiam adierunt, non esse peccatum grauius, accedere ad Eucharistiam cum peccatis carnalibus, quam spiritualibus; in vtrisque enim est aequalis indignitas pro Eucharistiae susceptione. Nec necesse est in confessione exprimere numerum peccatorum, aut

qualitatem cum quorum conscientia aliquis accessit ad Eucharistiam, vt contra Ledesman in sum. tom. 1. cap. 6. de Sacramento genere post 7. conc. & cap. 11. de Eucharistia tenent Vazquez disp. 207. cap. 1. num. 12. Hurtado disp. 9. de Euchar. diffic. 2. Lugus disp. 14. num. 17. & alij plures; quia qualitas diuersa, aut numerus peccatorum non facit quod communio cum illis facta sit in se plura peccata numero, aut specie diuersa ergo &c. Accedere ad Eucharistiam cum pluribus peccatis venialibus, esse peccatum veniale, sentiunt Lugus disp. 14. de Euchar. num. 31. & Granada tract. 10. de Eucharist. disp. 6. num. 50. Sed alij veniale esse, negant; quia accedere cum peccato veniali habituali non importat positiuam irreuerentiam, sed solum negationem perfectae reuerentiae; sed non accedere cum perfecta reuerentia, nullum est peccatum ergo, &c. Sic Suarez, Toletus, Fagandez, Cornejo, & Ochoagaia, Vazquez, Hurtado, & alij apud Leandrum disp. 7. de Euchar. q. 8. Accedere ad Eucharistiam cum peccato veniali actuali commisso in ipsa susceptione, dicunt, non veniale esse Vazquez, Sotus, Hurtado, Sancius. in select. disp. 23. num. 20, & alij. Sed alij melius affirmant, veniale peccatum esse; quia, qui sic accedit, communicat cum actuali irreuerentia positiva; ergo, &c.

&c. Sic Suarez disp. 66. sect. 1.
 Toletus lib. 2. cap. 25. Villalobos tract. 5. diffie. 35. numer. 2.
 Lugus disp. 14. num. 24. Ochaugauia,
 Cornejo, Fagundez, & alij.

INTER XXIX.

An an aliquibus casibus liceat accipere Eucharistiam sine confessione premissa?

130 Resp. Affirmative; etenim, licet præceptum de præmittenda confessione sit diuinum, vt declarat Tridentinum loc. cit. ex verbis Apostoli citatis, *Probet autem se ipsum homo,* & quod debet fieri per confessionem sacramentalem, vt semper intellexit Ecclesia, vt ait ibi Concilium; sunt nõ nulli casus, in quibus licet accedere ad Eucharistiam cum contritione sine confessione premissa, si delit copia confessarij idonei, & sit vrgens necessitas celebrandi, vel communicandi, vt patet ex verbis Tridentini: *Modo non desit illis copia confessoris, quod si necessitate vrgente Sacerdos, &c.* Quod non disposuit Concilium dispensando in præcepto diuino de præmittenda confessione ante communionem, sed declarando, quod ius diuinum in hoc casu non obliget. Vnde si desit alterutra harum conditionum, non cessat obligatio huius præcepti, vt asserunt DD. communiter,

131 Et sunt hi casus, in quibus hoc diuinum præceptum de præmittenda confessione non obligat. 1. Si celebraturus, vel communicaturus careat copia confessarij, & ille dicitur carere copia confessarij, qui nequit illum adire præ distantia, vt si confessarius sit in alio oppido: que autem distantia sit sufficiens ad hoc? sufficere distantiam vnus leuca, dicunt Enriquez lib. 1 de penit. cap. 4. num. 4. Canus relect. de penit. cap. 5. §. *ad certam non est difficile, &c.* noster Vega v. *communio* casu 14. & Ortiz in sum. cap. 19 §. 15. Quod quidem negat Granada tract. 10. de Euchar. disp. 7. num. 13. & negauerat antea Rodriguez in sum. 1. p. cap. 65. asserentes obligandum esse Parochum, ire ad confessarium, qui per duas, vel tres leucas distat, si per tempus, aut alias causas licet. Sed alij censent probabilius, hoc relinquendum esse arbitrio prudentis, habitatione circumstantiarum, personæ, temporis, difficultatis itinertis, &c. Vt asserant Coninch, Vazquez, & Suarez, quos refert Lugus disp. 14. num. 83. & illos sequitur. 2. Si nullus sit confessarius approbatus, vel si sit alio modo impeditus. DD. communiter 3. Si nullus sit confessarius gnarus idiomatis, vel si ex ignorantia, aut malitia, aut ex alio capite non vult absolutionem conferre. 4. Quando penitentis timet sibi graue detrimentum,

cum, vt revelationem sigilli, vel
 nihil graue à confessario infe-
 rendum, vt si censeat, se infamā-
 dum à confessario, vel quod à
 confessario sit sollicitandus ad
 peccandum, vel timeat aliud no-
 tabile damnum. DD. Communi-
 ter. Qui aduertunt, quod in his
 casibus debet confiteri alia mor-
 talia, omissis illis, propter que
 timet sibi graue detrimentum;
 quia respectu illorum iam ha-
 bet copiam confessarij. 5. Si ha-
 beat peccatum reseruatum su-
 periori, & ad illum nequit re-
 currere, vel ad illum, qui habet
 auctoritatem absoluendi ab il-
 lo; sed debet mortalia non re-
 seruata confiteri, secundum pro-
 probabiliorem sententiam, quā
 tenet. Villalobos tom. 1. tract. 7.
 diffic. 37. num. licet alij censeāt
 non teneri confiteri adhuc non
 reseruata, sed posse sola contri-
 tione communicare. apud Dia-
 nam 2. p. tract. 4. ref. 104. & apud
 ipsum sunt alij, qui dicant, teneri
 tunc confiteri Sacerdori infe-
 riori reseruata, & non reserua-
 ta, vt 10. his absoluat directē,
 & à reseruatis in directē, apud
 ipsum Dianam loc. cit. 6. Non
 ab eis copia confessarij, quando
 adest Parochus proprius; sed
 adest alius Sacerdos approba-
 tus, cui ex priuilegio potest cō-
 fiteri. DD. communiter 7. In ca-
 su, quo quis haberet mortale re-
 seruatum, & præter hoc solum
 haberet peccata venialia, dicit
 Nauus in addit. q. 6. art. 6. d. 11c.

1. & Granada de poenit. tract. 9.
 disp. 5. teneri ante communio-
 nem confiteri venialia (deficien-
 te superiore) vt ab his directē
 absoluat, & in directē a reser-
 uato. Sed alij melius negāt; quia
 confessio venialium non obli-
 gat sub precepto. Per accidens
 poterit obligare casu, quo cele-
 braturus, vel communicaturus
 non esset sufficienter contritus.
 Sic Suarez, & Coninch, quos
 refert, & sequitur Lugus disp. 14.
 num. 98. Qui addunt, in dicto ca-
 su, posse poenitentem confiteri
 venialia sola, si vellet, & quod &
 melius esset illa confiteri. Quod
 etiam asserunt Diana 2. p. tract.
 14. ref. 65. & Machado 1. p. lib.
 4. tract. 10. doc. 7. & alij 8. In ca-
 su urgentis necessitatis, vt popu-
 lus Missam audiat potest Paro-
 chus celebrare sine confessione
 præmissa deficiente copia con-
 fessarij, vt asserunt Suarez disp.
 66. sect. 4. Enriquez lib. 8. capit.
 46. num. 5. & apud illum Diu.
 Thomas, Sotus, Rosella, & alij
 & DD. communiter id asserunt
 contra Vazquez disp. 208. &
 Ochagauiam. 9. Idem posse fi-
 cere Sacerdorem simplicem in
 die festo, vt populus Missam au-
 diat; quia etiam vrget necessitas
 audiendi Missam, cum deficien-
 tia confessarij, dicunt Enriquez,
 lib. 8. cap. 46. nu. 5. Tolerus lib.
 2. cap. 25. Fagundez præcept. 3.
 lib. 3. cap. 9. num. 5. Diana 2. p.
 tract. 14. ref. 63. citans nostrum
 Vega 2. tom. sum. cap. 11. cas. 4.

& Rodriguez tom. 2. sum. capit. 247. Tenent contrarium Bonacina disp. 4. q. 6. punt. 1. Suarez, Filiucius, Hurtado, Lugus, Pefantius, & alij apud Leandrum q. 26. eo quod hic non sit vrgens necessitas, quam exigit, Tridentinum. Non enim refert, quod alij Missam non audiant, quando per illos non stat; atque ita cessante nota, aut infamia non potest absque confessione celebrare simplex Sacerdos, vt ipsa, vel alij in die festo Missam audiant. Quod est Mihi est probabilius 10. Occurrente praecepto communionis Paschalis, & deficiente confessario, dicunt aliqui, posse suscipi Eucharistiam sine confessione praemissa. Sic Paludanus in 4. dist. 9. q. 1. art. 2. Henriquez lib. 8. capit. 46. Coninch. q. 80. art. 4. dub. 2. Viualdus, Granada, Layman, Lugus disp. 14. num. 116. & alij, satis probabiliter. Sed probabilius est, non posse aliquem communicare absque confessione praemissa, vt impleatur praeceptum annuae communionis. Sic Suarez disp. 66. sect. 4. & apud illum Sotus, Curduba, Nufius q. 80. art. 4. Bonacina disp. 4. q. 6. punt. 1. nu. 25. Ioannes a Cruce in sum. q. 5. de Euchar. dub. 1. con. 2. Ledesma in sum. cap. 11. de Euchar. Valentia disp. 6. q. 8. punct. 3. & alij 11. Potest in periculo mortis suscipi Eucharistia sine confessione praemissa, si deficiat copia confessarij cum sola contritio-

ne; instat enim tunc praestatum diuinum suscipiendi hoc Sacramentum, & vrgens necessitas Viatici, vt asserunt DD. communiter Apud Leandrum q. 22. Qui de hac re videri potest. 12. Si Sacerdos, post introitum, ante consecrationem, recordetur alicuius peccati mortalis, dicunt Vazquez disp. 208. cap. 2. Suarez disp. 66. Coninch q. 80. art. 4. dub. 2. num. 16. Filiucius, Bonacina, Hurtado, Lugus, & alij, quod teneatur confiteri, si possit id facere absque scandalo, & nota. Sed alij probabiliter dicunt, non teneri, etiam absque nota confiteri possit, eo quod non deceat sacrificium in ceptum iam, interrompere; & in eo casu sufficit, quod Sacerdos eliciat contritionis actum, & Missam inceptam perficiat. Sic Henriquez lib. 8. cap. 46. & alij apud ipsum, scilicet Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 6. Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 6. Reginaldus lib. 20. cap. 4. sect. 1. numer. 105. Granada tract. 10. disp. 7. num. 13 & alij 12. Quod Sacerdos existens in altari teneatur confiteri, si possit absque nota, si recordetur alicuius mortalis antequam inchoet Missam, asserunt DD. communiter apud Leandrum q. 16. Sed ipse cum alijs asserit non teneri confiteri, etiam si possit id facere sine nota & scandalo per haec verba: *Vnde licite praedictus Sacerdos habita contritione, si aliorum pecca-*

to am confessionē præmissa, Mis-
 sa in obiare, & perficere potest. 13.
 Secundū communē sententiam
 Suarez, Vazq. Coninch, Bonaci-
 no, Ochagauie, Hurtado, Villa-
 lobos & aliorum, laicus qui iam
 est in hæreo, seu applicatus alta-
 ri pro communione suscipienda, si
 recordatur alieius peccati mor-
 talis, tenetur recedere, & confi-
 teri illud, si potest absque nota,
 ra, vel scandalo; nec sufficet de
 illo contritionem habere absq;
 confessione præmissa. Sed aliqui
 contrarium tenent; apud Lean-
 drum, etiam si possit recedere
 absque nota, aut scandalo. Et ci-
 tat pro hac sententia Enriquez
 lib. 8. cap. 46. num. 3. Valentiam
 & Granado, Lublinum v. co m-
 muniono num. 7. pag. 126. & Dianā
 3. p. tract. 4. ref. 77. Sed ego ad-
 hæreo primæ, & communissi-
 mæ sententiæ 14. Non posse ali-
 quem propter scandalum, aut in-
 famiam vitandam communica-
 re cōtritum, dixere aliqui, quos
 suppresso nomine refert Lugus
 disp. 15. num. 70. Sed communiter
 asseritur contrarium a DD.
 quia præceptum non obligat
 cum tanto rigore. Sic Lugus ci-
 tatus, Suarez, Coninch, Reginal-
 duz, Fagundez, Philibertus, Ma-
 chado, & est communis senten-
 tia.

132 In his casibus & in om-
 nibus, in quibus licet, vel cole-
 brare, vel communicare sine con-
 fessione præmissa, contritio de-
 bet præcedere communionem,

vt asserunt DD. communiter
 quia alias indigne accederet.

133 Et si Sacerdos celebret
 sine confessione præmissa, tene-
 tur postea confiteri quam pri-
 mum, vt patet ex verbis Triden-
 tini scēt. 13. cap. 7. *Quam primum
 confiteatur.* Quæ verba solum cō-
 tinere consilium, asserunt Le-
 desma in sum. cap. 11. de Euchar.
 ante 9. conc. Villalobos tom 1.
 tract. 7. diffic. 37. Ludouicus de
 S. Ioana. q. 7. de Euchar. art. 7.
 dub. 2. Et probabile censet Cor-
 nejo tract. 4. de Euchar. q. 80. art.
 4. dub. 3. Quæ quidem opinio in-
 sustineri non potest, post Bul-
 lam Alexandri VII. *Sanctissimus
 audiuit.* Et ita dicendum est, di-
 cta verba continere præceptum,
 & cum sit de materia graui, gra-
 uiter obligare, & sub mortali.
 Sic Suarez disp. 66. scēt. 7. Vaz-
 quez de penit. q. 90. art. 3. dub. 3.
 num. 8. Hurtado disp. 9. de Eu-
 char. diffic. 7. Coninch q. 80. art.
 4. dub. 2. Lugus, Cornejo, Enri-
 quez, Granado, & DD. commu-
 niter. Qui etiam communiter
 dicunt, præceptum hoc non esse
 diuinum, sed mere humanum
 latum à Tridentino dict. scēt. 13.
 cap. 7. *Quod quidem præceptū
 consistendi quam primum, solum
 obligat Sacerdotem, qui sine
 præmissa confessione celebrauit
 urgente necessitate, vt patet ex
 verbis Concilij: Quod Sacerdos sic
 celebrauerit, &c. non autē obli-
 gat laicum qui communicauit
 sine confessione præmissa, vt as-
 serunt*

asserunt DD. communiter. Et communiter etiam dicunt, præceptum Concilij obligare Sacerdotem, qui in die Parasceves celebravit sine confessione præmissa; quia licet illa die Sacerdos non dicat Missam, propriè dicitur celebrare, & communicare communione Sacerdotali. Sic Suarez disput. 66. sect. 7. Filincius, Villalobos, Diana, Lugus, & Leander. Qui idem docent (& benè) obligare Sacerdotem assumptum ad perficiendum Sacrificium, quia mortuus est, seu defecit, qui inceperat sacrificium. Sacerdos, qui in ipsa actione sacrificandi recordatur peccati mortalis, aut fortè tunc illud committit, non tenetur hoc præcepto *confitendi quam primum*; quia Concilium solum loquitur de Sacerdote, qui necessitate urgente, absque prævia confessione celebravit, ut asserunt Vazquez disput. 208. capit. 3. numer. 20. Sayrus de Sacr. libr. 2. capit. 7. artic. 2. Sylvius quest. 80. artic. 4. dubio 2. Leander quest. 10. & apud ipsum Sancius in select. disput. 32. num. 15. Lugus, Diana, & alij; contra Suarez, disp. 66. sect. 7. Bonacinam, & Hurtaeo, Molfesum, & Reginaldum tenentes, teneri dictum Sacerdotem confiteri *quam primum*. Sed an ex vi Tridentini, seu huius præcepti: *quam primum confiteatur*, teneatur Sacer-

dos, statim ac finita fuerit Missa, querere confessarium, & confiteri? Et negant DD. aliqui dicentes adimpleri sufficienter præceptum Tridentini si Sacerdos, qui non præmissa confessione celebravit, postea confiteatur suo tempore, id est, ante aliam celebrationem confiteatur. Pro hac sententia refert Diana 2. part. tract. 14. res. 6. Fagundez præcept. 3. lib. 3. cap. 8. numer. 9 & Molfesum in sum. tom. 1. tract. 3. capit. 10. numer. 28. Alij dicunt, sufficere pro adimplitione præcepti Tridentini, quòd Sacerdos, sic celebrans sine confessione præmissa intra triduum confiteatur, si non instet antea necessitas celebrandi. Sic Diana 2. part. tract. 4. resol. 60. & sequi videtur Lugus dicta disput. 14. numer. 162. Sed communior, & probabilior opinio tenet, Sacerdotem celebrantem cù contritione sine confessione præmissa teneri vi huius præcepti statim, ac finita est Missa, querere confessarium, & confiteri. Sic Vazquez de poenit. quest. 90. art. 3. dub. 3. numer. 10. & 11. & 12. Suarez disput. 66. sect. 7. Marchinus, Machado, Leander quest. 53. Sancius in select. disp. 32. numer. 14. & alij.

INTERROG. XXX.

*An peccatori publico sit deneganda
Eucharistia?*

133. Respond. Peccatori publico, id est noto per sententiam iudicis, vel per confessionem ipsius rei in iudicio, vel per evidenciam facti est omnino deneganda Eucharistia, siue petat publicè, siue occultè. Sic omnes Theologi, & Canonistæ, & habetur expressè in cap. *Pro dilectione de consecr. dist. 2.* Et aduertunt Ledelma in sum. cap. 12. de Eucharist. & Ochagauia tract. 2. de Euchar. q. 10. & Enriq. lib. 8. cap. 56. prædicto peccatori publico, & publico excommunicato, non esse dandam Eucharistiam, etiam in periculo mortis; nisi data publica notitia conuersionis illorum. Sed in articulo mortis, satis erit (pro temporis opportunitate, aut necessitate) vt confiteatur, vel signum contritionis exhibeat; quia tunc temporis propter periculum, & urgentem necessitatem, non est exigenda diligentia maior, quam ea, quæ commodè potest exhiberi: & alioqui in illo articulo præsumitur de quolibet fideli, facere quod potest, vt se disponat benè. Sic Suarez disput. 77. sec. 2. Villalobos tract. 7. dif. 38. num.

1. & alij. 2. Peccatori occulto occultè petenti est deneganda Eucharistia, tam à Parocho, quam à quocumque alio Sacerdote; quia peccator dum est in statu peccati mortalis nullum ius habet petendi Eucharistiam; ergo cum alias, sine iactura famæ illi negari possit, omnino deneganda est, vt cum D. Thoma in 4. distinct. 9. artic. 5. asserunt Suarez disput. 77. sect. 3. Hurtado disput. 9. difficult. 10. Ochagauia tract. de Eucharist. quæst. 10. & DD. communiter. Aduertentes quod in casu, quo Sacerdos in confessione agnouisset peccatum illius, qui occultè Eucharistiam petit, non potest eam illi denegare; tum propter euitandum periculum fractionis sigilli confessionis; tum ne confessio sit odiosa ex denegatione Eucharistiae. 3. Peccatori occulto petenti publice non est Eucharistia: Sacramentum denegandum, casu, quo sine infamia denegari non possit. Quia plus obligat præceptum de non infamando proximum, quam præceptum non administrandi Eucharistiam indigno, vt colligitur ex capit. *si tantum*, & capit. *si placuit*. 6. quæst. 2. Et docent communiter Theologi, Suarez, Hurtado, Ochagauia, Caspensis, Leander, & alij. Qui etiam dicunt communiter, quod in dubio, an pec-

estor sit publicus, vel occultus, illi Eucharistia deneganda non est. Sic Ochagauia tractat. 2. de Eucharistia, quæst. 10. numer. 4. Petrus de Ledesma in summ. capit. 12 de Eucharistia, & Villalobos, Ludouicus de San Ioan, & Diana 4. part. tractat. 3. resol. 54. & Doctores communiter; eo quod in dicto casu peccator hic possideat suam libertatem accedendi ad Eucharistiam; ergo, &c. 4. Eucharistia nequit dari alicui in probationem, seu purgationem delicti, de quo sit suspectus; nam etsi antiquitas fuerit institutum, vt suspecto daretur hoc Sacramentum; vt hac ratione a suspitione criminis liberaretur, vt patet ex capit. *Si Episcopo*, & ex capit. *Sape contingit*, 2. quæst. 5. Sed hoc iam in desuetudinem abiit, vt asserunt Vazquez disput. 201. cap. 3. Ochagauia, Hurtado, & alij cum Diu. Thoma quæst. 80. artic. 6. ad 3. & est commune apud Doctores. 5. Non licet Sacerdoti dare peccatori occulto scienti, & petenti Hostiam non consecratam, ad euitandam sacrilegium, seu graue damnum, aut infamiam petentis; est enim pernicioza fictio, in qua vix potest vitari idolatriæ peticulum. Sic Sanct. Thomas 3. part. quæst. 80. ad 2. Suarez disput. 67. sect. 4. Vazquez disput. 209. Sanctius in

select. disput. 35. numer. 4. Nufius, Valentia, Ochagauia, Hurtado, Granada, & alij, contra aliquos, qui apud Leandrum disput. 7. quæst. 60. dixerit posse dari dummodo Sacerdos proponat hostiam consecratam adorandam populo, & atergo post illam non consecratam, ita vt nec videri possit, nec adorari. Sic Altisiodorensis libr. 4. Summ. tract. 5. capit. 5. Albertus Magnus distin. 13. artic. 20. Sanct. Bonauentura, in 4. distinct. 9. artic. 2. Adrianus quodlibet. 3. artic. 3. & Villalobos tom. 1. summ. tract. 7. diffie. 38. & alio. 6. Quod liceat Sacerdoti, simulare, se hostiam in os peccatoris immittere ad vitandam infamiam, vel damnum accedentis, absolute, & indistincte, tenet Diana 4. part. tract. 4. resol. 47. cum Enriquez lib. 6. capit. 22. num. 4. Quod non vult admittere Leander de Eucharist. disp. 7. q. 61. deficiente iusta, & urgente causa; bene tamen si necessaria, & vrgens causa ad simulandum se offerat, v.g. in casu, quo maritus minaretur mortem vxori, si non communicaret, vt sic suspitionem aduersus illam abijceret, tunc optime potest simulare, se Eucharistiam suscipere, sicut & potest in simili casu simulare se confiteri Sacramentaliter, vt Enriquez loc. cit. est enim tunc sufficiens causa simulationis.

Quod, & mihi placet. Et videndus Leander, loc. citat. 7. Qui Sacramentum Eucharistiæ indigno administrat, sine dubio peccat mortaliter, vt asserunt DD. communiter. Et peccare duplici peccato, sentiunt aliqui apud Dianam 4. part. tract. 4. resolut. 103. scilicet, contra officium proprium, alio cooperationis peccati iuscipientis indigne Eucharistiam. Sed probabilior sententia est, vno solo peccare peccato. Sic Vazquez tom. 3. in 3. part. disp. 209. cap. 1. Ochagavia tract. 2. de Eucharist. quaest. 10. numer. 1. Suarez disput. 67. sect. 1. Leander quaest. 54. Ioannes Praepositus in 3. part. quaest. 80. art. 5. dub. 6. & alij plures; eo quod hic solum sit vna sola malitia, scilicet, indigno administrate Eucharistiam, contra præceptum negatiuum de non administrando illam indigno.

De dispositione requisita ad sumptionem Eucharistiæ ex parte corporis.

INTERROG. XXXI.

An suscepturus Eucharistiam debeat esse ieiunus?

134 Resp. Affirmatiue, ex Concilij Carthaginensi 3. cap. 29. & 48. Bracharenſi 2. cap. 10.

Toletano 7. can. 2. Constantiensis sess. 13. Et sic docent Theologi communiter, & constat ex vsu, & praxi Ecclesiæ. Quod quidem præceptum communicandi ieiune diuinum non est, sed purè Ecclesiasticum exigens ieiunium naturale; ita vt nihil cibi, aut potus sumptus fuerit (etiam per modum medicinæ) a dimidia nocte, quâ subsequitur dies, in quo est Sacra Eucharistia recipienda; sicuti habet vsus, & tenet consuetudo, & asserunt DD. communiter.

135 Vnde peccatum est mortale, post minutissimam quantitatem cibi, aut potus sumptam, suscipere Eucharistiã. Quia hoc præceptum communicandi ieiune non admittit puritatem materiæ; sicuti falsò dixerunt aliqui, quos suppressis nominibus, referunt Suarez disput. 68. sect. 4. & Hurtado disput. 9. diff. 15. Quibus adhæret nouissimè Pasqualigius in decis. 335. vt refert Diana part. 6. tr. 8. resolut. 8. Quam sententiam DD. communiter dicunt, esse improbabilem, vt potè sine fundamento. Et aliqui censent temerariam, contra communem sensum Ecclesiæ & fidelium praxim qui deglutita vna sola aqua gutta, non auctè sacram Eucharistiam suscipere.

136 Non impedit. 1. Adsumptionem Eucharistiæ, quod cœna nō sit digesta. 2. Nec impedit, quod

in somnium duxerit quis noctem.
 3. Nec impedit quod recipitur
 per modum saluæ mixtum cū
 illa. 4. Nec impedit, quod reci-
 pitur per modum respirationis;
 quia hoc non est comedere, nec
 bibere, vt asserunt DD. commu-
 niter. 5. Nec impedit ollam
 gustasse, aut parum vini, dum-
 modo nihil traiciatur in sto-
 machum, vt asserūt Sylvester, &
 Nauarrus apud Villalobos dif-
 ficul. 139. numer. 1. & alij 6.
 Nec frangitur ieiunium natu-
 rale, eo quod aliquid, cibi di-
 ei præteritæ intra dentes perman-
 entis casu traiciatur in stoma-
 chum; hæc namque, traiectione,
 comestio non reputatur, nisi fiat
 scienter, & cum aduertentia, vt
 asserunt DD. communiter. Idē
 asserentes de traiciente aliquā,
 vel aliquas guttas aquæ dum os
 abluatur, præter intentionem,
 quia dicta traiectione est per mo-
 dum saluæ. Noster Vega 1. p.
 sum. cas. 23. Rodriguez ipsum.
 cap. 66. concl. 3. Filiucius trac.
 4. numer. 236. Granada tract. 10.
 disp. 8. num. 4. Lugus disput. 15.
 num. 33. Bonacina Marchinus,
 Leander tract. 7. disp. 5. quæst. 12
 & alij. 7. Si quis traiciat ali-
 quod ossiculum, chartam, fru-
 stulum ligni, aut aliquid ex vn-
 guibus, vel quid simile non co-
 mestibile, dicunt plures non pos-
 se Eucharistiam suscipere; quia
 hæc omnia frangunt ieiunium
 naturale. Sic Enriquez lib. 8. ca.
 49. num. 2. Nuñus q. 80. artic. 8.

Reginaldus lib. 29. num. 118.
 Naldus, v. Eucharist. numer. 10.
 Layman lib. 5. tract. 4. capit. 6.
 & alij. Sed alij aque probabili-
 ter dicunt, quod qui sic hæc tra-
 iecit in stomachum, possit nihil
 ominus communicare; quia to-
 tum cibum, aut potus impedit
 communionem. Sic summa Co-
 rona, part. 4. cap. 4. numer. 65.
 Ioannes à Cruce de Eucharist.
 quæst. 5. dub. 4. concl. 2. Ludouic-
 cus de S. Ioann. 1. part. summa.
 tract. de Eucharist. quæst. 7. art.
 10. difficul. 3. Sancius in select.
 disp. 42. num. 24. Diana 2. part.
 tract. 4. ref. 38. & alij, qui idem
 dicunt de eo, qui nummos au-
 reos deglutiret, vt eos occulte
 transferat, vel qui in stomachum
 traiceret vitrum, fragmenta
 metallorum, lapillulos, & simi-
 lia, quæ quidem ieiunium natu-
 rale non frangunt ad Eucha-
 ristiam requisitum; cum hæc ne-
 queat ab stomacho alterari. 8.
 Mulier, quæ terram comedit post
 illius comestionem nequit com-
 munionem suscipere, secundum
 communem sententiam, apud
 Dianam 2. part. tract. 14. ref. 32.
 Sed alij non improbabili-
 ter asserunt quod possit communi-
 care, etiamsi terram comederit; cū
 ipsa, nec sit cibum, nec materia ex
 se comestibilis, quæ possit ab sto-
 macho alterari, vt asserunt Lu-
 gus dis. 15. n. 32. Diana 3. part. 13
 ref. 1. Sanc. in select. loc. cit. Lud.
 de S. Ioan. & Ledesma apud Leā-
 drum q. 14. qui de hoc videri potest

9. A communione impeditur ille, cui in apertum os musca ingressa fuit, & eam cum respiratione traiecit in stomachum; est enim musca alterabilis à stomacho, & frangit ieiunium naturale. Sic plures, quos refert Lugus disput. 15. cit. & Granada tract. 10. disp. 8. numer. 8. contra aliquos contrarium sustinentes apud Dianam 5. part. tract. 5. resol. 12. quos & ipse sequitur, 10. Si quis ante mediam noctem aliquid sacchari ori imponat paulatim deglutendum, partim ante, & partim post mediam noctem traiciat illud in stomachum, nequit crastina die communicare, cum id, quod post mediam noctem traiectum fuit; vere frerit naturale ieiunium, vt asserunt Suarez disput. 68. sect. 4. Vazquez disp. 213. cap. 3. num. 37. Coninch quæst. 80. artic. 8. num. 48. & 49. Sylus eadem quæst. Molfesius, Bonacina, quos refer Diana 2. part. tract. 14. resol. 59. quos & ipse sequitur. 11. Si quis deglutiat aliquid comestibile, & postea illud euomat, non potest eodem die communicare; quia verè communicaret post sumptionem cibi Doctores communiter. 12. Si quis masticans bucellam panis, vel alterius cibi, audierit primum sonitum horæ duodecimæ noctis debet illam de ore eicere, si vult communicare die sequenti; nam primus ille sonitus ho-

rologij significat iam impletam esse horam duodecimam noctis, vt asserunt Sanctius in select. disput. 42. numer. 20. Diana 2. part. tract. 14. resol. 51. Lugus disput. 15. numer. num. 26. Coninch quæst. 8. artic. 8. num. 49. & Doctores communiter. Etsi contrarium probabile censet Leander quæst. 18. scilicet dictam bucellam existentem in ore posse deglutiri, etiamsi sonuerit primus pulsus horæ duodecimæ noctis. 13. Etiamsi vnum horologium sonuerit horam duodecimam noctis, potest quis comedere, & bibere, donec aliud sonuerit, & crastina die communicare, quia diuersa horologia se habent, veluti diuersæ opiniones probabiles, quarum quamlibet amplecti licet, vt asserunt Sanchez de Matrim. disput. 41. numer. 4. Sanctius in select. disput. 42. numer. 18. Fagundez præcept. 4. libr. 4. cap. 10. numer. 13. Diana 3. part. tractat. 4. resol. 36. Lugus, Villalobos, & DD. communiter, contra Rodriguez in summ. tom. 1. in 1. 2. tract. 8. disput. vnic. sect. 25. contrariū sustinentes. 14. Sumptio Tabachi in folio, puluere, vel fumo impedit communionem; secundum Antonium de Leone in qq. *del chobolâte*, 2. part. §. 4. numer. 10. In cuius sententiam videtur inclinare noster Franciscus de Nigro in addit. ad coere mon. notari Ruiz 1. part. præcept. 4.

numer. 32. quæst. 18. Sed alij contrarium tenent. Sic Leander disput. 5. quæst. 10. & Diana 5. part. tract. 13. resol. 1. eo quod, quomodocumque ex dictis modis tabachus sumatur, non sumitur per actionem, quæ sit comestio, vel potatio; ergo &c. Et videndus Diana loc. citat.

INTERROG. XXXII.

An Sacerdos non ieiunus possit celebrare ad conferendum Sacramentum Eucharistia in sermo mortali proximo, si desit Hostia consecrata?

135 Respond. Affirmant, posse celebrare ad hunc effectum, Sacerdotem non ieiunum, Maior in 4. distinct. 19. quæst. 3. Zanardus indirect. tractat. de Eucharist. capit. 7. Zambranus in decis. cal. 4. de Eucharist. dub. 6. numer. 3. Philiaricus de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 1. libr. 2. capit. 2. & alij. Quam opinionem dicunt absolutè probabilem Filiucius tract. 4. cap. 8. Lugus disp. 15. numer. 67. Et illam admittunt cum limitatione Laymam libr. 5. tract. 4. capit. 6. numer. 20. Suarez disp. 68. sect. 5. & alij, scilicet quando infirmus non esset aliud Sacramentum suscepturus, & scandalum cessaret.

136 Sed placet negatiua sententia. Quam tenent Paluda-

nus in 4. dist. 8. quæst. 2. artic. 1. Ledesma, Toletus, Syluius, Armilla, Syluester, Diu. Antoninus, Enriquez, Victoria, Sotus, Fagundez, Homobonus, Coninch, Hurtado, & alij, quos refert, & sequitur Diana 2. part. tract. 14. resol. 66 & 3. part. tract. 4. resol. 33. Quia licet præceptum diuinum recipiendi Eucharistiam obliget in articulo mortis, id habet locum, quando reuerenter, & decenter, & iuxta ritum ab Ecclesia præscriptum conferri, & sumi potest.

INTERROG. XXXIII.

An quando Sacerdos in calicem apposuit aquam loco vini, debeat postea vinum apponere, & illius facta consecratione, species sumere possit non ieiunus?

137 Respond. Affirmatiuè, vt Sacrificium perficiatur, cuius sacrificij perfectio maioris ponderis est, quam sumptio Sacramenti cum ieiunio. Quod debere fieri, etiam si sequatur scandalum, asserit Cornejo in 3. part. tract. 4. ad quæst. 74. Diu. Thomæ disput. 1. dub. 2. Sed alij melius negat, eo quod præceptum diuinum de sacrificando sub utraque specie non obligat cum tanto detrimento Sacerdotem, qui de incuria facile accusari posset, & deponi, nec cum tan-

ta populi admiratione, seu scandalo, quod iure naturali vitandum est. Sic Maior in 4. dist. 19. q. 3. Adrian. in 4. q. 6. de Eucharist. Suarez disp. 43. sec. 4. Fagundes præcept. 4. lib. 3. cap. 5. num. 10. Azor lib. 10. instit. mor. cap. 10. q. 2. Hurtad. disp. 4. de Sacrific. Missæ diffic. 13. & alij. Qui idem asserunt, in casu, quo Sacerdos per inadvertentiam; aut errorem solum modo panem consecrasset, nec posset absque adstantium scandalo monere, ut deferretur vinum consecrandum, aut quæri illud non posset absque vite periculo.

138 Possè Sacerdotem, qui ante consecrationem recordatur, se non esse ieiunum, finire sacrificium, affirmant D. Bonaventura in 4. dist. 13. & Angelus, v. *Euchar.* 2. numer. 6. & innuit esse probabile D. Thomas 3. part. q. 83. art. 6. ad & expressè dicit Diana 4. part. trac. 4. misc. ref. 104. Sed contrarium est probabilius, nempe debere à Missa desistere, si absque adstantium offensione, aut infamia ipsius Sacerdotis id fieri possit. Sic D. Thomas, & Diana loc. cit. Sylvester, v. *Eucharistia*, 2. quæst. 7. num. 9. Azor lib. 10. citato, cap. 33. quæst. 2. Hurtad. loc. citat. Machado lib. 4. p. 1. trac. 10. docum. 3. n. 6. & DD. communiter.

INTERROG. XXXIV.

An Sacerdos non ieiunus possit perficere Sacrificium Missæ?

139 Respond. Si Sacerdos ante consecrationem, vel morte, vel infirmitate nequeat perficere Missam, alter Sacerdos non debet illam perficere, ut asserunt D. Thomas, Sotus, Nauarrus, Ledesma, Sylvester, Angelus, & alij quos refert; & sequitur Enriquez lib. 9. cap. 40. numer. 4. & tenent DD. communiter.

140 In casu, quo peracta consecratione deficiat Sacerdos, nequeatque finire Missam, dixere aliqui minus probabiliter, non teneri (licet possit) alium Sacerdotem Missam perficere, nisi in casu, quo populo adstanti daretur offensionis occasio. Qui sunt Sotus dist. 13. q. 2. artic. 6. & Enriquez lib. 8. cap. 50. numer. 3. Quod, & probabile putat Azor apud Leandrum disput. 5. de Eucharistia, quæst. 27.

141 Sed multò probabilius est, in omni euentu, non solum posse, sed etiam teneri Sacerdotem (saltem, si ieiunus ad sit) sacrificium perficere; quia huiusmodi perfectio est iuris divini, ut ait D. Thomas 3. p. q. 83. art. 6. ad 1. & cum eo Nauarrus capit. 25. num. 86. Azor lib. 10.

Capit. 33. quæst. 1. Lugus disp. 15. num. 75. Leander q. 27. & alij plures.

142 Quod extendit etiam communior, & probabilior sententia ad Sacerdotem non ieiunum (si deficiat ieiunus, qui perficiat) qui potest, & tenetur sacrificium perficere; quia præceptum perficiendi illud (cum sit iuris diuini) strictius est, quam præceptum sumendi Eucharistiã ieiune, vt cum D. Thoma q. 43. art. 6. ad 1. afferunt Nauarrus capit. 25. num. 86. Tabiena v. *Missa* §. 29. Vazquez disp. 111. capit. 5. Coninch q. 80. artic. 8. num. 63. Bonacina disput. 4. q. 6. punt. 2. num. 20. Diana 2. part. tract. 14. ref. 66. Syluius in 3. part. q. 60. art. 8. Vitlalobos tom. 1. tract. 7. diffic. 39. num. 12. Lugus disp. 15. num. 75. Leander q. 28. disp. 25. Philibertus tract. 3. part. 3. capit. 3. num. 15. Qui etiam id extendunt ad Sacerdotem excommunicatum, & irregularem, qui etiam si non sit ieiunus potest & debet perficere Sacrificium *Missæ*, deficiente alio Sacerdote, qui illud possit perficere.

143 Et in hoc casu, si nullus sit Sacerdos qui perficere possit *Missæ* Sacrificium; possunt species consecratæ (etiam sanguinis) sumi à laico, si seruari non possint nisi cum periculo, quòd species accendant, & corrumpantur, aut in manus veniant infidelium, aut quid simi-

le, vt ait Vazquez tom. 3. in 3. part. disput. 216. capit. 4. num. 47 & Doctores tenent communiter, etiam si laicus non esset ieiunus; ob reuerentiam tanti Sacramenti.

INTERROG. XXXV.

An Sacerdos post abluionem calicis sumptam, aut dictas orationes possit sumere particulam consecratam, quam post abluionem reperit?

144 Resp. Negant aliqui, vt sunt Paludanus in 4. dist. 9. q. 1. D. Antonius 3. part. 13. cap. 6. §. 9. Rotella v. *Eucharistia* 3. §. 13. & alij.

145 Sed alij melius affirmant, etiam si particula, seu particulae sint magnæ. Quia cū sint ex eodem sacrificio, tota illa actio reputatur vnus actus, vna perfecti sacrificij consumptio; idemque conuiuium, quod non censetur absolutum totaliter, dum Sacerdos in altari manet. Sic Caietanus in sum. v. *Missa*. Syluester v. *Eucharistia* 3. num. 8. Suarez disp. 68. sect. 6. Vazquez disp. 211. cap. 3. Victoria in sum. q. 83. Angelus q. 2. d. *Euchar.* art. 6. Nuñs, Chamerota, Reginaldus, Filiucius apud Bonacinam disputat. 4. quæst. 6. punt. 2. & est commune apud DD. Ex quibus aliqui dicunt, quod nequeat, dictam parti-

entiam seu particulas sumere, si eas in teniat. Sacerdos iam in Sacristiam reuersus. Qui sunt Paludanus, Diuus Antonius, Angelus, Enriquez, Syluester, Bonacina, & alij, quos refert, & sequitur Diana 3. p. tract. 4. res. 45. & alibi. Sed alij absolute sentent, eas sumere posse, non solum ex accidenti, quando dicte particulae, seu fragmenta non possunt commode seruari, nec dari alteri Sacerdoti celebraturo qui eas sumat; sed etiam, quando seruari, & dari possent sumenda ab altero Sacerdote; eo quod haec reliquiae sint eiusdem sacrificij. Et videndus circa hoc Leander tract. 7. de Eucharist. disp. 5. q. 31.

146 Post Calicis abluitionem, dicunt Suarez, Enriquez, Bonacina, Fagūdez, & alij, apud Philibertum 3. p. cap. 3. num. 19. non posse Sacerdotem sumere reliquias praeter consecratas ab alio; quia, cum sint ab altero consecratae non pertinent ad hoc sacrificium, & illius complementum, sed ad aliud, ergo &c. Quod & mihi placet, contradicium Philibertum loc. cit.

147 Sacerdos (post longam communionem factam immediate post finitam Missam) nequit vasa purificare, & reliquias, seu fragmenta, quae super sunt, sumere, secundum D. Antonium, Paludanum, Rosellam, & Hurtadum apud Leandrum q. 33. eo quod iam non sit ieiunus. sed ip-

se Leander cum alijs contrarium tenet, si particulae, & earum reliquiae consecratae fuerunt in eadem Missa; quia adhuc censetur perseverare eadem actio, & consummatio eiusdem sacrificij. Imò, & consumere eas reliquias poterit, etiam si ab alio praeter consecratae fuerint, modo asseruari commode nequeant, vt asserunt Suarez disp. 68. sect. 6. Bonacina disp. 4. q. 6. punt. 2. num. 14. Fagūdez praecipit. 3. lib. 3. cap. 5. num. 3. Possuinus cap. 8. q. 36. Lugus disput. 15. numer. 81. & alij.

148 Huiusmodi fragmenta, seu reliquias dari non posse laicis, qui iam communicarunt, etiam si abluitionem non sumferint, sentiunt Suarez, Bonacina, & Fagūdez citati, & Coninch q. 80. art. 8. num. 70. Sed alij, probaliter satis, contrarium tenent; quia sumptio illarum reliquiarum, ob minimam temporis moram censetur vna, & eadem met actio moralis cum manducatione Hostiolae. Sic Philibertus tract. 3. p. 3. cap. 3. n. 48. & Lugus disp. 15. numer. 80. Leander q. 34. & alij. Sed non licere, dare dictas reliquias laicis post abluitionem sumptam, cum iam non sint ieiuni, sentiunt DD. communiter.

INTERROG. XXXVI.

An possit non ieiunans sumere Eucharistiam ad evitandam gravem in iuriam aut irreverentiam illius?

149 Resp. Affirmative cum communi DD. ut si sit periculum quod Eucharistia deveniat in manus infidelium, aut quod comburatur, aut quod comedatur a bruto. Et in his casibus, non solum potest quis non ieiunans Eucharistiam sumere, sed illam sumere tenetur; quia iure naturæ est obligatio auerrendi iniuriam, vel irreverentiam a tanto Sacramento, ut asserunt Coninch, Laymã, Leander, & DD. communiter.

150 Qui etiam dicunt, posse sumi Eucharistiam a non ieiunans causa vitandi scandali, aut fugiendi infamiam; quia cum hoc præceptum communicandi ieiune sit pure humanum non obligat cum tanto onere. Suarez disp. 68. sect. 5. Vazquez disp. 211. num. 48. Lugus disput. 15. numer. 70. Layman tract. 4. capit. 6. numer. 22. & alij plures, contra Nauarrum capit. 21. numer. 53. apud Lugum loc. cit.

(S.)

INTERROG. XXXVII.

An infirmo non ieiunans possit Eucharistiam, ut viaticum conferri?

151 Resp. Affirmative, dummodo infirmus sit in probabili periculo mortis, secundum iudicium medici, & alias commode nequeat ieiunans communicare. Sic colligitur ex Concilio Constantiensi sess. 13. Et docet praxis communis Ecclesiæ. Et tenent DD. communiter cum D. Thoma 3. part. quest. 80. art. 8.

152 Sed est difficultas, an infirmo, qui iam semel viaticum accepit, possit, intra eandem infirmitatem, iterum non ieiunans dari? Et affirmant plures, & graves DD. asserentes, iterum, atque iterum illi non ieiunans posse conferri urgente eodem mortis periculo. Quod dicunt, esse consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ. Quam consuetudinem videtur, approbare Concilium Constantiense loc. cit. Sic docent Tabiena v. *Communicare* num. 48. Armilla num. 18. Sotus, Victoria, Grassijs, Nuñus, Coninch, Reginaldus, Enriquez, & Saez, quos citant, & sequuntur Lugus disp. 15. num. 64. & Diana 2. p. tract. 14. ref. 75. & 77. Tenent etiam hanc sententiam Filiucius tract. 4. num. 238. Bonacina disp. 4. q. 6. punct. 2. num.

21. Hurtado disp. 9. de Euchar. diff. 16. Villalobos tom. 1. trat. 7. diff. 8. Fagundez, Ludouicus de S. Ioan, & alij. Qui interuallum aliquorum dierum exigunt inter communionem, & communionem; licet in illo assignando varient. Nauareus lib. 5. conf. de poenit. & remissio conf. 41. exegit multum tempus arbitrio boni viri. Alij exigunt octo, vel decem dies. Sic Suarez, Nussus, Villalobos, & Fagundez. Alij petunt septem dies, vt Enriquez, Filiucius, & Iugus. Alij sex, vt Tabiena, Armilla, Zambranus, & Possuinus apud Dianam 2. p. tract. 14. ref. 77. idem asserentem. Alij tertia die dicunt, posse Eucharistiam dicto infirmo conferri. Sic Ludouicus de S. Ioan tom. 1. q. 7. art. 10. diff. 4. de Eucharistia quem citat & sequitur Diana 4. p. tract. 4. ref. 195. Alij petunt interuallum dierum aliquorum illud, non de terminantes. Sic Toletus lib. 10. cap. 15. & Armilla loc. cit. Et non deest, qui dicat, posse illi quotidie dari Eucharistiam, licet ieiunus non sit. Sic Dominicus Baltanas in Margarita confessionatorum §. De requisitis ad communicandum, fol. 226. Quod probabile censet Leander q. 40. disp. 7. de Euchar.

153 Sed quamuis hæc opinio pia sit, non illi ac quiesco, sicuti & contrarium illi tenent Vazquez disp. 211. nu. 38. Ioannes à Cruce 2. p. instructur. tract.

de Euchar. est. q. 3. conc. 5. Medicina in sum. lib. 1. cap. 14. §. 42. Ledesma cap. 13. de Euchar. con. 5. Ochagavia tract. 2. de Euchar. q. 12. num. 10. Gamachus, Præpositus, Kelisonius, & Hurtado de Eucharist. disp. 9. diff. 16. apud Dianam 5. p. tract. 3. ref. 7. Quorum non est contemnenda ratio; quia infirmus iam communicauit in periculo mortis, & adimpleuit præceptum diuinum communicandi tunc, quod illū excusauit a prohibitione Ecclesiastica communicandi sine ieiunio naturali; ergo postquam iam communicauit & sumpsit Eucharistiam vt viaticum, nihil est, quod illum excuset, vt communicare possit deuotionis causa non ieiunus. Videatur Vazquez loc. cit.

INTERROG. XXXVIII

An qui dubitat, si sit ieiunus, possit illo die communicare?

154 Resp. Potest dubium versari, vel circa tempus, vel circa comestionem: potest enim dubitare quis, an esset medianox, vel an vere comederit, & deglutierit aliquid.

155 Et in utroque casu, posse, qui sic dubitat, communicare, docent Layman in Theolog. Mor. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 36. Ioannes Sanci is in select. disp. 42. Quam sententiam esse in praxi securam ait Diana 2. part. tract. 4. ref. 29.

156 Sed placet contraria sententia, quæ asserit, illum qui sic dubitat, non posse communicare. Sic Sanchez de Matri. lib. 2. disput. 41. numer. 40. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 4. diffic. 21. Fagundez, de præcep. Ecclesiast. præcepto 3. lib. 3. capit. 5. num. 18. & alij plures, quia stat possessio pro præcepto, & nulla possessio est in hoc casu pro communicaturo; ergo &c.

INTERROG. XXXIX.

An pollutio impediat susceptionem Eucharistia?

157 Resp. Affirmant aliqui, etiam si sit in voluntaria, ita, ut nequeat licite suscipi Eucharistia in die habitæ pollutionis. Sic Angelus v. *Eucharistia* 3. numer. 29. Alexander, Albertus Magnus, Bonaventura, & Paludanus.

158 Sed probabilius est, pollutionem in voluntariam nec sub veniali impedire communionem in die, in quo est habitæ; quia est inculpabilis. Sic D. Thomas quest. 80. articul. 7. Suarez disput. 68. sect. 2. Fagundez præcept. 3. lib. 3. capit. 6. numer. 6. Sanctus in select. disput. 23. numer. 29. Enriquez, Bonacina, Layman, & alij.

159 Quod sit peccatum mortale, communicare in die habitæ copulæ, peccaminosæ seu fornicationis, seu pollutionis

peccaminosæ (etiam si præcedat confessio) tenent Navarrus de Pœnit. distict. 6. & in Manuali capit. 21. num. 51. Marsilius in 4. quest. 6. art. 4. Covarruvias in clem. *Si furiosus* p. 3. numer. 8. & alij.

159 Alij mitius loquuntur, dicuntque, solum esse veniale. Sic D. Thomas 3. p. q. 80. art. 7. ad 1. & ad 4. Enriquez lib. 8. cap. 51. num. 1. Suarez disp. 68. sect. 2. Filiucius tract. 4. num. 224. Granada tract. 10. de Euchar. disp. 9. num. 1. Lugus disp. 15. sect. 1. & alij. Quod præcipue intelligunt de communione, quando non esset iusta causa communicandi illo die, Valentia, Nuns, Ioannes à Cruce, Ochagavia, Granada, & Lugus, penes Leandrum disput. 6. q. 3. Sed alij apud ipsum Leandrum censent, nec veniale esse tali in die communicare, quia per confessionem tollitur indecentia; nec est vlla prohibitio communicandi in dicto die; licet ex congruentia, & decentia sit melius in dicto die pollutionis, aut fornicationis habitæ, non communicare; ob reverentiam tanti Sacramenti.

160 Accedere ad Eucharistiam in die habitæ copulæ cõiugalis exercitiæ causa voluptatis, dicunt aliqui, esse mortale peccatum. Alij, quod sit veniale peccatum, nisi communicandi subsit iusta causa, ut sunt Sanchez libr. 9. de Matrimon. disputat. 13. numer. 2. Enriquez

lib. 8. cap. 51. num. 3. Sà v. *Eucharistia* num. 21. Lugus disp. 15. num. 14. Fagundez præcept. 3. lib. 3. capit. 6. num. 16. & Diana 3. part. tract. 6. ref. 71. & alij. Sed alij nec veniale esse, dicunt, etiam si deficiat iusta causa communicandi; quia nec leuis irrogatur irreuerentia Eucharistia nec de hoc est prohibitio. Sic Angelus v. *Eucharistia* num. 30. Nauarrus cap. 21. num. 31. Sancius in select. disp. 23. numer. 13. Coninch q. 80. art. 7. num. 44. Hurtado disp. 9. de Euchar. diffic. 13. & alij.

159 Esse coniugibus consulendum, post habitam copulam nocte antecedenti, vt à communionese abstineant, docent bene Hurtado, de Euchar. disp. 9. diffic. 13. Salazar, de frequenti commun. cap. 9. §. 1. Sanchez de Matr. tom. 1. lib. 9. disp. 13. num. 4^o & 5. & alij apud ipsum, Diana 1. p. tract. 6. ref. 71. Et asserunt DD. communiter obreuerentiam Eucharistia. Quod quidem non placet Ioanni Sancio in select. disp. 23. per totam.

160 Petere debitum coniugale in die communionis, dicunt aliqui, esse veniale peccatum. Sic Angelus v. *Eucharistia* num. 44. Syluiter, Viualdus, Beia, & alij apud Sanchez loc. cit. Sed alij licitum esse, dicunt (licet non ita deceat) non solum reddere (in quo omnes conueniant) sed, & petere quia nulla est prohibitio, nulla ve ind. cen-

tra, quæ afferat culpam. Sic Nauarrus cap. 21. num. 51. Victoria q. 81. de Eucharist. Tabiena v. *communicare* q. 37. Reginaldus, Megalla, quos refert, & sequitur Diana p. 6. tract. 6. ref. 14.

De Ministro huius Sacramenti.

INTERROG XXXIX.

Quis sit Minister Sacramenti Eucharistia.

161 Resp. Solus Sacerdos est minister consecrationis panis in Corpus Christi, & vini in eius Sanguinem, vt est definitum in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 1. & ab Eugenio IV. in suo decreto Fidei, & in Tridentino sess. 22. cap. 1. & sess. 26. cap. 1. & 4. Nec obstat illud 1. Petri 2. vbi omnes fideles vocantur, *regale Sacerdotium*. Quia hoc intelligitur metaphorice. Vnde refutatur Lutherus, qui lib. *de captiuitate Babilonicæ* de ordine, dixit, quem libet Christianum, ex solo Baptismo posse Eucharistiam consecrare.

162 Plures Sacerdotes possunt eandem Hostiam consecrare. Quod patet ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ Romanæ, quæ in Pontificali præcipit Sacerdotibus receter ordinatis cum Episcopo ordinante simul proferre verba consecrationis super eandem

dem Hostiam. Et patet etiam ex eo quod Episcopus consecratus simul consecrat cum Episcopo consecrante.

163 Et in hoc casu dicit Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. debere Sacerdotes habere intentionem consecrandi pro instanti, quo consecrat Episcopus; ne si forte prius finiant verba forme, quam Episcopus; hic nihil faciat, cum iam inueniat materiam consecratam.

164 Quæ doctrina Soti non placet; quia Sacerdos nequit suspendere effectum forme, quæ operatur instar causæ naturalis. Et ideo, quod in hoc casu debet dici, & fieri (ne Sacerdotes sint sacrilegi secunda vice consecrantes) est, quod non præueniant Episcopi in verbis consecrationis 2. Quod habeant intentionem consecrandi eo modo, quo vult Ecclesia, illos consecrare, vt dixit Caietanus 3. p. q. 82. art. 2: quia in hoc, neutriquam potest esse error; aut habeant intentionem consecrandi cum Episcopo, si possint; & si non possint, habeant intentionem proferendi verba forme solum materialiter, vt aiunt Victoria in sum. num. 88. & Suarez disp. 61. sect. 4.

165 Quiuis Sacerdos (etiam si sit hæreticus, schismaticus, aut ab Ecclesia præcilius) si habet intentionem consecrandi, & verba proferat super debitam materiam, facit verum sacramentum. Quod est de fide ex

Tiudentino se ff. 17. can. 12.

INTERROG. XXXXI.

An ad solos Sacerdotes pertinent administrare Eucharistiam?

166 Resp. Affirmatiue, loquendo de potestate ordinaria, vt asserunt DD. communiter, ex verbis Christi solis Sacerdotibus, dictis: *Hoc facite in meam commemorationem*, Lucæ 22. & canit Ecclesia in Hymno D. Thomæ: *Cuius officium committi voluit solis Presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant, & dent cæteris.*

167 Diacono, vt propinquo, Sacerdoti conuenit dispensare sanguinem, vt ait D. Thomas 3. p. q. 80. Quod antiquitus erat in vsu in Ecclesia, quando fideles sub vtraque specie communicabant. DD. communiter.

167 Et in casu vrgentis necessitatis, potest Diaconus administrare Eucharistiam, ex cõmissione Episcopi, vel Parochi, vt asserunt Alensis in 4. quest. 50. memb. 3. Suarez disp. 72. sect. 14. Caspensis, Villalobos, & DD. communiter, ex Concilio Carthaginensi IV. Vnde est, quod si instaret necessitas communicandi infirmum & nequiret per licentia ab Episcopo, vel Parocho, poterit Diaconus Eucharistiam administrare de licentia præsumpta, & interpretariua, vt ait Villalobos de Eucharist. diff. 46. num. 4. Qui addit: quod si

Parochus, seu Sacerdos esset præsens, & nollet malitiosè, infirmum communicare; Diaconus possit tunc infirmo administrare Eucharistiam, ex licentia præsentis Episcopi, seu Papæ. Et idem asserunt Sotus, & Suarez apud eundem Villalobos loc. cit. contra Syluestrum v. *Eucharistia* 3. num. 4.

162 Subdiacono, & laicis non licet ministrare Eucharistiam, vt asserunt DD. communiter cum D. Thoma in 4. dist. 13. q. 1. art. 3. ob reuerentiam huius Sacramenti. In casu necessitatis, vt est in periculo, seu articulo mortis dicunt aliqui, posse laicum administrare Eucharistiam, apud Granado 5. tom. controu. 6. de Eucharist. tract. 12. disp. 1. num. 4. qui etiã: hanc sectatur opinionem; sicuti fecit Regina Scotia, quæ cum duceretur ad Martyrium, Eucharistiam, quã seruabat, deuote suppsit.

163 Nihilominus contraria sententia sustinetur communiter a DD. eo quod hoc Sacramentum receptum realiter non sit tantæ necessitatis, nec mediũ necessarium ad salutem; & idè potius seruandum est ius humanum cõstituens legitimum ministrum huius Sacramenti, quã ministrari a laico in articulo mortis ad augẽdam gratiam infirmi; quia præceptum diuinum sumendi Eucharistiam in eo casu non obligat, ob defectum mi-

nistri. Sic Syluester v. *Eucharistia* 3. q. 4. Sotus, Enriquez capit. 54. Villalobos dist. c. 46. numer. 5. Ochagauia, Caspensis, & DD. cõmuniter.

164 Et ad casum Reginae Scotiae facile respondetur, illam potuisse sibi Eucharistiam dispensare, vel bona fide, credendo, id sibi licere, vel ex dispensatione sibi ad id concessa à Pontifice, vt asserunt Caspensis, Ochagauia, & DD. communiter.

165 In casu necessitatis licet laico tangere Eucharistiam, *leuantandola del suelo*, vel si daretur casus in quo, necesse esset illam seruare, ne veniat in manus inimicorum; quia tunc posset (si esset necessarium) illam sumere, etiam si non sit ieiunus, vt dictũ est.

166 Non licet omnibus Sacerdotibus sacram ad ministrare Eucharistiam; nam præter Presbyteratum requiritur aliqua iurisdicctio, vel ordinaria, qualis est in Pastoribus v. g. in summo Pontifice respectu totius Ecclesie, in Episcopo in sua Diocesi, & in Parocho respectu suorum parochianorum; vel delegata ad eis vt asserunt DD. communiter ex Concilio Carthaginensi l. cap. 7. & ex Meletiano can. 18. Et potest hæc iurisdicctio committi simplici Sacerdoti, vt constat ex vsu & asserunt DD. communiter.

167 Administrare Eucharistiam absque licentia Parochi, seu

sen Superioris ex natura sua, est peccatum mortale, ut asserunt DD. communiter. Et quamuis iniure nulla sit pœna generaliter lata contra administrantes Eucharistiam alienis ouibus absque licentia; contra Regulares fertur excommunicatio in Clementina: *Religiosi*, de priuileg. Si sine licentia Episcopi, vel Parochi expressa, vel rationaliter præsumpta Eucharistiam administrauerint. Quæ excommunicatio non extenditur ad Præsbyteros sæculares, de quibus non loquitur Clementina. Nec illam incurrunt Religiosi, si administrant ex ignorantia; cum hic desit præsumptio. Nec incurrunt illam, si administrant illam alijs Religiosis, sine licentia Superioris illorum, ut ait Villalobos diffin. 47. num. 2.

172 Religiosi Ordinum Mendicantium, & aliorum, qui communicant in priuilegijs, possunt sine peccato, & absque incurfu censuræ administrare Eucharistiam in suis Ecclesijs; præter communionem in die Paschatis, ex Priuilegio Nicolai V. Sixti IV. & Leonis X. Ut refertur in compendio, verb. *excommunicat.* §. 4. 5. & 6. Et in Ecclesijs Clericorum sæcularium debent illam administrare de illorum licentia, ut asserit Villalobos, loc. citat. numer. 3. Et nomine

Paschatis intelligitur communio facta pro implendo annuo communionis præcepto; nam si iam fidelis impleuit præceptum communionis in Parochia, benè potest in Eucharistiam suscipere in die Paschatis prout concessit Paulus III. Ordini Diu. Hieronymi apud Rodriguez tom. 1. quæstion. Regulas, quæst. 56. articul. 3. Et constat ex usu, & consuetudine dandi Eucharistiam sæcularibus in Regularium Ecclesijs in Paschate.

173 In articulo mortis non habent priuilegium Regulares, ut possint sæcularibus ministrare Eucharistiam, ut ait Villalobos numer. 7. Rodriguez, & Suarez ab illo citatus: & ita dicendum est, quod si deficiat Parochus, qui dare licentiam possit, poterunt Religiosi illam administrare tunc, de licentia præsumpta, seu interpretatiua Parochi, aut Superioris, ut asserunt Rodriguez citatus, Enriquez tom. 2. lib. 8. de Eucharistia, cap. 55. num. 1. Angelus, verb. *excommunic.* apud eundem Villalobos loc. cit.

170 Sacerdos extra Missam potest se ipsum communicare sumendo & Custodia Sacramentum; sicuti, & alijs potest communionem dispensare; quia de hoc nulla est prohibitio, ut asserunt Doctores

communiter. Qui Sacerdos, si infirmus eſet, & ad illum Diaconus deferret Euchariftiam pro viatico, debet illam ſumere proprijs manibus (ſi poteſt) ne Diaconus tangat illam, vt dixit Durandus in 4. diſt. 13. q. 4. Et colligitur ex Concilio Niceno, cap. 14.

IN TERRO G. XXXII.

Quomodo Sacerdos poſſit, & debeat diſpenſare Euchariftiam?

174. Reſpond. Si miniſtret intra Miſſam, eſt certum, debere eſſe indutum veſtibus Sacerdotalibus, quibus celebrat; ſi extra Miſſam det communionem, debet indui ſtola ſuper utrumque humerum ſub mortali peccato, vt aſſerunt Turcremata in can. *Eccleſiaſtica*, numer. 5. & aiunt Graſſijs 1. part. libr. 2. capit. 41. & Suarez diſput. 62. ſect. 4. addens eadem graui obligatione obtrungi, vt induat ſuper pelliccum. Quod verò lumen accendatur, & præmittatur confeſſio generalis, ſolum obligat ſub veniali, per ſe loquendo, vt ait Granado de Euchariftia, controuerſ. 6. tract. 13. diſput. 3. numer. 2.

175. Sedi an poſſit Sacerdos in Miſſa reſeruare partem h. o.

ſic, quam conſecrauit, & ſumit, vt alijs porrigat? In caſu neceſſitatis aſſerunt Doctores communiter, verb. grat. ſi infirmus eſſet in periculo mortis, nec formula inueniretur; poſſet Sacerdos reſeruare partem Hoſtiæ, vt illum communicaret, vt expreſſe aſſerunt Pauldanus in 4. diſtinct. 12. quaſt. 1. artic. 5. Sylueſter, v. *Euchariftia* 2. quaſt. 10. Diu. Antoninus 3. part. titul. 13. capit. 6. §. 3. Enriquez libr. 9. cap. 30. §. 70.

176. Extra hunc verò caſum Zambranus capit. 3. de *Euchariftia*, dub. 5. pagin. 82. numer. 7. & alij viri docti negant licere. Sed alij aſſerunt, id eſſe licitum, dummodo caſus rationabilis ſubſiſtat; qualis eſſet, ſi quis magna deuotione, & affectu ad Euchariftiam accederet, & non eſſet formula, quæ illi porrigi poſſet, vt ait Sylueſter loc. cit. Et ait Ledefma in ſum. cap. 25. de Euchariftia, ſufficere ad hoc rationabilem cauſam. Et Sà, v. *Euchariftia*, num. 25. Sic ait: *Poteſt Sacerdos communicaturo dare partem ſua Hoſtiæ, ſi alia non eſt.* Et ratio eſt; quia hoc non obſtat integritati ſacrificij, ad quod ſolum pertinet conſumere illud ſub vtraque ſpecie: quòd verò aliqua pars vnius ſpeciei alteri tribuatur, licet ſine cauſa malum ſit; quia eſt contra Eccleſiæ morem, & minus perfecta
ſit

fit consumptio Hostiæ immola-
re; potest tamē cohonestari ali-
quo rationabili siue, vt ait Gra-
nado controu. 6. de Eucharistia,
disp. 3. num. 4. Et videndus Lean-
der disput. 4. q. 17. id extendes ad
communione[m] sola deuotionis
causa.

176 Infirmo, qui nequit Eu-
charistiam suscipere ob vomit-
um, vel ob aliam causam, nō est
deferenda, vt illam adoret, ex
declarat. Pij V. vt asserunt Sa. v.
Eucharistia, num. 13. Rodriguez
in sum. 1. p. cap. 64. & DD. com-
muniter.

177 Tempore pestis posse,
infirmis ministrari Eucharistiā
in chocaleari argenteo, ob vitan-
dum contagium, negant Diana
4. p. tr. 3. res. 119. & 5. p. tr. 3. res.
50. & apud illum Chapeuilla,
Marchinus, & Bartholomæus à
S. Eusto, Bonacina, & Possui-
nus. Sed affirmant alij apud Leā-
drum q. 20. Sic Væcerus in exam.
Episcop. lib. 4. cap. 46. num. 47.
Gauantus in Eucharid. Episcop.
v. pestis, & Leander citatus, &
reputant probabile Possuinus,
& Bonacina.

178 Quoad locum, in quo
debeat dispensari Eucharistia,
conueniunt DD. quod debeat
esse Ecclesia, in qua celebratur
Sacrum, vel Oratorium ap-
probatum ab Ordinario
pro celebratione
Missæ.

INTERROG. XXXII.

*Antempore pestis teneatur Para-
chus administrare Eucharistiam
suis Parochianis cum pe-
riculo vitæ?*

179 Respond. Negant Mol-
fesus tom. 1. tract. 4. cap. 3. nu-
mer. 52. Possuinus de offic. Cu-
rati, cap. 8. quæst. 31. Maior in
4. dist. 7. q. vlt. & Ortiz in sum.
cap. 19. §. 139. asserentes, teneri
solum in casu, quo valde dubi-
taretur de salute spirituali infir-
mi.

180 Sed probabilius est, quod
teneatur, eo quod hoc Sacra-
mentum est pro articulo mor-
tis de necessitate præcepti di-
uini. Sic Nauarrus capit. 24.
numer. 30. Suarez disp. 72. sect.
3. Toletus in sum. libr. 4. cap.
10. numer. 5. Syluius in 3. part.
quæst. 32. artic. 3. Rodriguez in
sum. tom. 2. cap. 87. numer. 8.
Villalobos tom. 1. trac. 10. diffic.
6. numer. 7. Fagundez præcept.
3. lib. 3. cap. 3. numer. 1. Qui ad-
uertunt nomine Parochi, ic in-
telligi, non solum Papam, Ar-
chiepiscopum, Episcopum, &
Rectores Ecclesiarum, sed etiam
Prælatos Regularium, quibus in-
cumbit animarum cura. Qui
etiam tenentur tempore pestis,
vel epidemix suis subditis mi-
nistrare Eucharistiam, etiam cū
vitæ periculo.

181 Probabilior sententia negat, posse Parochum ponere Eucharistiam indecenti loco, ut inde infirmus possit eam sumere proprijs manibus, vel ore. Sic Enriquez lib. 8. cap. 54. num. 3. in fine, Fagundez præcept. 3. lib. 3. cap. 1. num. 13. Diana 5. p. tract. 3. resol. 50. & apud illum Chapeauilla, Faustus, & alij. Sed alij contrarium tenent præsupposita sententia probabili asserente, posse, se laicum communicare in articulo mortis proprijs manibus. Sic Caietanus in illud Matth. 26. *accipite, & comedite*. Enricus Boitius capit. 2. de iudicijs, Iacobus Mancinus, & Marchantius apud Dianam loc. citat. Et probabile putat Leander de Eucharist. tract. 7. quæst. 21. Qui etiam quæst. 22. cum Suarez disput. 72. sect. 2. Fagundez, & Diana 5. part. trat. 3. resol. 49. censet probabilius, posse infirmum suscipere Eucharistiam de manu Sacerdotis hæretici, schismatici, excommunicati, si deficiat alter Sacerdos; dummodo, nec detur scâdalum presentibus, nec sequatur infamia Religionis, aut animetur hæreticus ad permanendû in suo errore, contra Sylvestrum, v. *Eucharistia* 3. num. 5. Enriquez lib. 8. cap. 4. litt. H. Fagundez præcept. 3. lib. 1. cap. 4. & alios.

INTERROG. XLII.

An Sacerdos possit communicare se ipsum etiam extra casum necessitatis, deficiente alio Sacerdote, qui id præstare possit, & velit?

182 Respond. Negant Caietanus in sum. v. *Communio*, Armilla eodem v. Villalobos tom. 1. tract. 7. difficult. 48. & alij, qui asserunt, non posse, nisi in casu necessitatis, aut articulo mortis.

183 Sed alij contrarium tenent probabilius, non solum in casu necessitatis, sed etiam causa deuotionis: veluti, si magna occurrat festiuitas, & Sacerdos nequit celebrare; tunc poterit è Sacratio Eucharistiã accipere, & se communicare; eo quòd in Eucharistia non est necessum, quòd minister sit persona distincta à suscipiente, ut patet in Sacerdote celebrante, qui se ipsum communicat in Missa; ergo, &c. Sic Suarez disp. 72. sect. 3. Vazquez disput. 21. cap. 1. Fagundez præcept. 3. lib. 3. cap. 3. num. 7. Syluius in 3. part. quæst. 82. art. 4. Lugus disput. 18. numer. 20. Diana 2. part. tract. 14. resol. 53. & 3. part. tract. 4. resol. 47. & penes ipsum, Layman, Coninch, & alij.

184 Si in prædicto casu adesset Diaconus, dicunt aliqui, non

neutiquam posse Sacerdotem se propriis manibus communicare. Qui sunt Fagundez, loc. cit. Ioannes Præpositus in 3. part. q. 82. artic. 3. dub. 1. numer. 11. Diana 5. part. tract. 3. resol. 48. Ochagavia tract. 3. de Euchar. quest. 4. numer. 6. & alij. Sed probabilius est, adhuc in hoc casu, posse se communicare, & debere; quia Sacerdos est minister ex officio. Sic Filiucius, Marchinus, Chapeauilla, & alij apud Leandrum disp. 4. q. 19.

INTERROG. XLIV.

An sit conueniens quotidie communicare?

185 Respond. Per se loquendo, utile, & laudabile est, sæpè Communicare. Quod colligitur ex Tridentino sess. 13. cap. 8. ubi dicit: *Hortatur sancta Synodus, ut omnes, qui Christiano nomine censentur, hæc sacra Mysteria corporis, & sanguinis Christi ex fidei constantia, & firmitate, ea animi, ac pietate, & cultu credant, & venerentur, ut panem super substantialem, frequenter suscipere possint.* Et idem repetit sess. 22.

186 Per se loquendo laudabilius est, sæpius digne ex affectu charitatis communicare, quam ex timore, & reuerentia a frequenti communione se abstinere, quia sumere Eucharistiam procedit ex amore,

abstinentia verò ex timore, amor verò præfertur timori, vt docet D. Thomas q. 80. artic. 1. ad 3.

187 An verò sit conueniens, & consulendum omnibus cuiuscumque status, vt quotidie ad Eucharistiam accedant, dum modo sint instatu gratiæ, & confessionem Sacramentalem præmittant, si commiserint mortale, est apud Doctores controuersum.

188 Et affirmatiuam partem tenet Sanchez in select. disput. 22. per totam, vbi latè id probare conatur, quem sequitur Delgadillo tom. de Eucharistia dub. 52. capit. 2. Macilla in suo memoriali, & in addit. ad illud, & post illum Valderas Benedictinus, & alij quos refert Delgadillo citatus. Quæ quidem sententia probabilis est, & illam pro viribus persuadere conatur P. Antonius Pinto, é familia PP. Clericorum Regularium Minorum in suo libro inscripto lingua vulgaris: *Tesoro de los Christianos*, per totum librum.

189 Sed probabilior est contraria sententia, quæ asserit, non omnibus fidelibus indifferenter consulendum esse vsum quotidianæ communionis. Quam tenent Victoria, Sorus, Nuñus, Tabiena, Syluester, relati à Leandro de Eucharistia, quest. 36. Tenent illam Vazquez de Eucha-

rística disp. 214 cap. 3. numer. 27. Suarez, Coninch, Rodriguez, Ledesma, Villalobos, & alij plures, quos refert Sancius in select. loc. citat. Et illam per doct. probat, & defendit Lugus de Eucharistia disp. 17. sect. 2. Hurtado de Eucharistia disp. 9. diffic. 21. & alij.

190. Ex quibus aliqui dicunt, non frequentius, quam octavo die laicos communicaturos, si sint timorati, *y de concertada vida*, & etiam si intra hebdomadam dies festus incideret, possent in illo die communicare, etiam cum consilio docti, & prudentis, confessarij, vt aiunt Villalobos diffi. 41. num. 2. Hurtado dispur. de Eucharist. difficult. noster Vega capit. 61. cas. 21. citando a Fray Manuel Rodriguez, Medina, y Ledesma. Quibus acquiesco; propter reuerentiam tanti Sacramenti, quæ fortassis minuetur, si laicis; non attentis feruore, & deuotione, erga hoc Sacramentum, permittatur, ita facile, & quotidie ad sacram accedere Eucharistiam, & eo præcisè, quod careant lethali culpa, & se per confessionem probauerint. Item nec æquum est, quòd laicis æquentur Sacerdotibus, qui quotidie celebrant, & Sacram. Synaxim recipiunt, si illis indifferentè consulatur, quotidie communicare. Item, quia Sacramentum hoc est sus-

cipiendum cum magna deuotione feruore, & reuerentia; id enim exposcit dignitas, & maiestas tanti Sacramenti, vt asserunt PP. apud Lugum loc. cit. quæ in quotidie communicantibus multoties non inueniuntur; ergo quotidiana communio non est laicis indifferentè consulenda.

191. Sed si contingeret, aliquam personam esse eximie sanctitatis, poterit illi permitti, vt quotidie Sacram. communionem accipiat, sicuti communicabat quotidie sancta Catharina Senensis, vt refert Diuus Antoninus in eius vita. Vnde non benedixit Caictanus in summ. v. *Communio, præsumptionem esse, laicum communicare quotidie*; si enim is sit deuotus vir à saeculo abstractus, & magnæ sanctitatis, cur illi quotidiana sumptio Eucharistiæ deueganda?

192. Sed audi verba Villalobos, quæ instruunt confessarium in ordine ad concedendam laicis quotidianam communionem, quæ sic se habent; *Verdad es, que no se ha de conceder esto a cada passo, mayormente a mugeres, que son muy faciles de engañar, y es el demonio muy astuto, que se transfigura en Angel de luz: y assi ha de proceder aqui el Confessor con mucho tiento, tomando experiencia de la humilde obediencia del penitente, y de su virtud.*

191 Unde negatiua pars, quæ negat, consulendam laicis quotidianam, & frequentem communionem, intelligitur, vt implurimum, *y de ordinario*; nam (vt iam dixi) si vita, & virtus communicari mereatur quotidie communicare, non est hoc illi denegandum; sed potius consulendum; nam vt ait Diu. Augustinus serm. 26. de verbis Domini: *Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi proficiat; sic viue, vt quotidie merearis accipere*, ex quibus verbis Diu. Augustini colligitur, frequentem, & quotidianam communionem consulendam suscipienti illam cum deuotione, seriore, & reuerentia.

192 Sed quia, vt ait Diuus Thomas 3. part. quest. 80. articul. 10. *Multoties in pluribus multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel anima non est utile omnibus, quotidie ad hoc Sacramentum accedere*. Et ideo a confessario non est consulenda laicis quotidiana communio, ex eo præcisè, quod sint in gratia, & se probauerint per confessionem mortalis peccati; sed attendat confessarius feruorem, deuotionem, & reuerentiam, quæ sunt congrua, & decens dispositio ad Eucharisticam communionem, ex PP. Ecclesiæ, vt est dictum.

193 Et erit bonum, quod confessarius aliquando denegat communionem, seu illam differat, *diziendo al penitente, que no comulgueoy*, vt in illo experiatur obedientiam, & humilitatem. Pro quo videndus est noster Vega 1. tom. summæ capit. 61. casu 23. qui id bene tractat, & resoluit ex Medina, Ledesma, & Emmanuele Rodriguez, & alijs.

194 Aliqua solent obijci argumenta pro sententia suadente communionem quotidianam indifferenter. Quæ facile dissolui possunt ex dictis, & illa proponit, & bene dissoluit Lugus dicta disput. 17. & bene dissoluit Hurtado, loco citato sect. 4. & apud illum, videri possunt.

195 Licet Sacerdotibus celebrare quotidie, quibus ex officio competit offerre sacrificium pro viuis, & defunctis, vt habet vsus, & consuetudo Ecclesiæ.

196 Semel solum in die potest suscipi Eucharistia; nam sapiens communicare est prohibitum, capit. *consuluisi, de celebratione Missæ*. & cap. *sufficit, de consecrat. dist. 1.*

197 Et quamuis hi textus loquantur solum, de Sacerdotibus; ex illis sumitur argumentum pro laicis, vt constat ex vsu Ecclesiæ.

198 Quantum ad horam, potest dari, seu ministrari Eucha-

rística in quacumque hora dici, dummodo non administraretur intra Missam, nec a Sacerdote celebrante Sacrum; quia de hora ad communionem, nullum est præceptum, ut asserunt Syluester, Tabiena, Armilla, & DD. communiter. Et intelligitur, cessante scandalo.

INTERROG. XLV.


An Christus Dominus in nocte cenæ Eucharistiam sumpserit, & dederit Discipulis suis?

200 Respond. affirmatiue. Sic Diu. Thomas quæst. 81. art. 1. Suarez disput. 75. sect. 2. Vazquez, ad art. 1. quæst. 82. Vbi dicit, in hoc omnes Catholicos,

quos ipse legerit, conuenire. Et colligitur, ex verbis, Lucæ 22. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare uobiscum, ante quam patiar*, legatur Granado, controuers. 6. tract. 10. disput. 12. numer. 1.

201 De Iuda est aliqua difficultas, propter aliquos id negantes, ut sunt S. Clemens libr. 5. constit. cap. 5. D. Hilarius, Turrianus, Rupertus, Theophilactus, quos refert Granado tract. 10. disput. 12. numer. 2. Sed DD. communiter cum Diu. Thoma asserunt Christum dedisse suum corpus Iudæ, & illum communicasse. Sic Suarez, Vazquez, Carthusianus, Maldonatus, Valentia, Granado, Villalobos. Et hæc de Eucharistia.

* * *



SECTIO QUINTA

DE SACRIFICIO MISSÆ.

DE sacrificio Missæ agunt D. Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei D. Thomas 22. q. 85. & ibi eius expositores & 3. p. q. 83. Magister in 4. dist. 13. & ibi Scotus q. 2. & lib. 6. de iust. D. Bonaventura 1. 22. Alensis q. 37. Cano lib. 12. de locis cap. 13. Guetanus tom. 3. opusc. tract. 3. Bellarminus lib. 1. de Missa, Suar. Villalobos, Trullensis, Summiſſæ, v. Missa, & alij.

INTERROG. I.

Quid sit Sacrificium?

1. Resp. Sacrificium propriè loquendo (prout à ſtingitur ali-
quis oblationibus, est oblatio facta
Deo circa quam aliquid exercetur
legitimè inſtitutum in ſignum di-
uine excellentiæ & reuerentiæ. ex
D. Thoma loc. cit. artic. 2. & 3.
Vndè est quòd sacrificium con-
ſiſtat in oblatione, hoc est ſit ipſa
oblatio, res autem oblata (& ſi
minus propriè vocetur sacrifi-
cium) propriè dicitur victima,
iuxta illud Gene. 22. *Vbi eſt vi-
ctima sacrificij?*

2. Dicitur in definitione *Deo facta*, nam quamuis veneremur ſanctos non dicitur sacrificium, ſed ſolum id, quod offertur Deo, vt ait D. Augustinus lib. 12. de

ciuitate Dei. Verbum, *circa quòd aliquid exercetur*, denotat dub. 1. Quòd res, quæ ſacrificatur ſit exterior, & permanens. 2. Quòd debet eſſe aliqua mutatio in re quæ offerretur, vt ait D. Thomas loc. cit. ad 8. ſicuti quando im-
ſtabantur animalia, aut crema-
bantur, aut panis frangebatur, aut comedebatur. Dicitur in de-
finitione *legitimè inſtitutū*; quia inſtitui debet sacrificium au-
thoritate publica a Principe, vel Republica & non a particu-
laribus. Dicitur: *In ſignum excellen-
tiæ, & reuerentiæ*; quia ſacri-
fium ponitur in genere ſigni, vt ait D. Thomas loc. cit. artic. 1. & illo profite-
mur, & recog-
noſcimus, & reueremur di-
uinam excellentiam, & maiesta-
tem, & profite-
mur, Deum eſſe
authorem vitæ, & mortis.

3. Sacrificium ſolet diuidi
in

In interius, & exterius. Exterius *era el de las reses*, & interius est sacrificium cordis. Quod quidem minus propriè sacrificium vocatur; cum anonomatice sacrificium sumatur pro re sensibili. Quod quidem exterius sacrificium diuiditur in sacrificiū legis naturæ, legis veteris, & nouæ.

4 Et in lege veteri, quædam sacrificia dicebantur *Holocausta*, quia omnia cremabantur, vt ait D. Hieronymus lib. 6. Et imol. alia dicebantur *Hostia pro peccatis*, quorū pars cremabatur; & alia dabatur Sacerdotibus; & hæc dicebantur expiatoria, seu propitiatoria. Alia sacrificia dicebantur *Hostia pacifica* oblata in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, & aliquando pro impetrando à Deo beneficia, vt constat ex D. Thoma 1. 2. q. 102. art. 3. ad 8.

5 In lege noua solum habemus vnicum sacrificium Missæ, quod quidem in se claudit hæc omnia sacrificiorum genera, vt constabit suis in locis.

INTERROG. II.

An Missa sit sacrificium legis gratiæ?

6 Resp. Hoc nomen *Missæ* antiquissimum est in Ecclesia (quidquid dicant hæretici) vt constat ex Concilijs Carthagin. II. cap. 3. & Carthagin. III. can.

84. & ex alijs. Vt dicitur in cap. *omnis de consecr. dist. 1.* Deriuatur à verbo Hebræo *Missæ* quod est idem ac *oblatio spontanea*, vt ait Concilium Sen. in decreto fidei can. 11.

7 Alij vero sentiunt (& melius) deriuari à verbo *mitto*, ita, quod *Missæ* idem sit, quod *missio*, vel *emissio*. ob duplicem rationem 1. Quia, vt ait D. Thomas. q. 83. art. 4. hoc sacrificium dicitur *Missæ*; quia hæc Sacrosancta Hostia (Christus scilicet) missa fuit à Deo pro redemptione hominum; & nos iterum mittimus illam ad Deum ministerio Sacerdotum 2. Quia vt ait ipsa D. Thom. in 4. dist. 13. dicitur *Missæ* ab emissionem; quia finito Symbolo dimittebantur chathecumeni, & fideles dimittebantur finito toto sacrificio; & ita in fine *Missæ* ait Sacerdos: *Ite Missæ est hoc est: Hostia missa est ad Deum.*

8 *Missæ* est Sacrificium legis nouæ, in illa Christus immolatur, & sacrificatur. Est de definitum in Tridentino sess. 22. cap. 2. & can. 1. & 3. Et capit. 1. Tridentinum ait: *Dominus noster & si semel se ipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illi redemptionem operaretur, quia tamen per mortem, Sacerdotium extinguendum non erat, in cæna nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilecta sue sponsæ Ecclesie visibili (sicut hominum natura exigit) relinqueret*

res sacrificium, quo cruentum illud, semel in Cruce per agendum representaretur, eiusque memoria in fine sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur. Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declanans; corpus, & Sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub eorundem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc novi testamenti constituebat, ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut offerrent præcepit. per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem; uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Huc usque Tridentinum. Et asserunt comuniter PP. & DD. asserentes, in Missæ sacrificio Christum immolari, ut constat ex Tridentino loc. cit. & patet ex Matth. 22. & Lucæ 22. Vbi Christus præcepit Apostolis, & Sacerdotibus successoribus, facere, quod ipse fecit in ecena; sed Christus in ecena obtulit se Patri, ut ait Tridentinum loc. cit. ergo &c.

9. Vnde est, quod sacrificium Missæ idem sit, quod sacrificium crucis, ut constat ex Tridentino loc. cit. can. 1. nam res oblata est eadem, Christus scilicet; licet sit diuersitas in modo; quia Christus in cruce obtulit suum corpus in propria specie, patiendoverè; & realiter in suo corpore

vsque ad mortem; at in Missa offertur, & sacrificatur incruente sub speciebus Sacramentalibus in memoriam suæ passionis, & sacrificij cruenti. In Cruce sacrificauit se Christus passibiliter, & cruce; at in Eucharistia, & sacrificio Missæ incruente, nec separatur Sanguis à Corpore, sed solum significatur talis separatio, ut asserunt DD. comuniter.

10. Vnde est, quod res, quæ primario, & principaliter offertur in sacrificio Missæ, sit Christus, ut ait Tridentinum sess. 22. can. 2. Et est Christus res oblata in hoc sacrificio, ut existens sub speciebus Sacramentalibus, non quidem propriè, ut materia, quæ actioni sacrificandi supponatur; sed ut terminus sacrificiationis. Et ita species Sacramentales panis, & vini pertinet ad rem oblatam huius sacrificij; ita ut res oblata per modum termini non sit Christus nudè sumptus, sed simul cum speciebus, quatenus cum ipsis vnum compositum Sacramentale constituit, ut bene Becanus de sacrificio Missæ q. 5. Et ratione specierum sacrificium Missæ est sacrificium visibile, ut asserunt DD. comuniter. Qui etiam dicunt, materiam, quæ præsupponitur actioni sacrificandi esse panem, & vinum; quia panis, & vinum sunt materia cõsecrationis, quæ est actio sacrificandi, & ita substantia panis, & vini dicuntur

materia transiens, ex cuius destructione conficitur res oblata per modum termini. Et accidentia pertinent ad rem oblatam quasi extrinseca accidentia illius, ut dixit Beccanus loc. cit. conc. 5. Sed intrinsece attinent ad oblationem (licet minus principaliter) tamquam accidentia continentia ipsum Christum qui principaliter offertur in honorem Dei. Quod expressit D. Augustinus relatus in cap. hoc est, de consecrat. dist. 2. per hæc verba: *Hæc est quod dicimus, hoc est quod modis omnibus probare contendimus, sacrificium Ecclesie duobus confici, duobus constare, visibili Sacramentorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine.* Huc usque Augustinus, & clare colligitur ex Tridentino sess. 22. cap. 1.

11 Hinc etiam est, quod ex parte rei oblate principaliter, quæ est Christus solum sit in Ecclesia vnum numero sacrificium; quia Christus Dominus solum est vnus numero. Ex parte vero specierum, quæ numero multiplicentur, & offeruntur multiplicentur sacrificia, & Missæ, ut asserunt DD. communiter.

12 Quod quidem Missæ sacrificium solum est in Ecclesia; nec est aliud, præter illud, ut constat ex Tridentino sess. 22. in præm. Quod vocat hoc sacrificium singulare, & sic illud appellat Concilium Toletanum 12,

cap. 5. & sic constat ex consensu PP. & DD. Ecclesie. Et ratio D. Thomæ 3. p. q. 74. art. 2. ad 1. est quia in Ecclesia habentur hostia viam infinitam, & perpetuam, quam semper possumus offerre Deo; & ita non fuit necessarium aliud sacrificium.

13 Offerre incensum, luminaria, & similia non sunt sacrificium: & ait Tridentinum sess. 22. c. 5. *Ceremonias adhibuit (scilicet inter Ecclesiam) ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina, & traditione, quo & maiestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc visibilia religionis & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.*

14 Ex dictis facile est, colligere seu in ferre Missæ definitionem. Quæ sit se habet: *Est oblatio Corporis, & Sanguinis Christi Domini sub speciebus panis, & vini facta, expressiva, ac significatiua sacrificij cruenti, semel ab ipso Christo Domino, Deo Patri pro peccatis hominum exhibitæ.* Sic Toletus lib. 2. sum. cap. 4. nu. 1. Fagundez de præcep. lib. 3. capit. 1. n. 1. & alij.

15 In nocte cœnæ instituit Christus Dominus Missæ sacrificium; nam, ut ait Tridentinum, sess. 22. capit. 1. in nocte cœnæ Christus se obtulit Patri æterno in sacrificium, in quo repræsentavit futurum sacrificium cruentum

tum in cruce; præcepitque Apostolis, & successoribus in officio Sacerdotum, ut idem facerent dicens: *Hæc facite in meam commemorationem*. Et ita Missa quoad actionem sacrificandi, seu substantiam sacrificij, est instituta à Christo. Quoad totam vero actionem, scilicet ceremonias & orationes instituta est ab Ecclesia, ut asserunt DD. communiter.

16 Hinc est, quod soli Sacerdotes possint offerre Eucharisticum sacrificium, sicut & illi soli possunt Eucharistiam consecrare. Cum quo tamen fiat, quod alij fideles offerant illud per sacerdotem, tamquam per ministrum sacrificij. & sic Sacerdos in Canone Missæ dicit: *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium*, &c. Et sic fideles implent præceptum naturale offerendi Deo sacrificia, ut asserunt DD. communiter.

INTERROG. III.

In qua actione consistit Sacrificium Missæ?

17 Resp. In primis, oblatio panis, & vini, quæ fit ante consecrationem quando dicimus: *Accipe sancte Pater*, &c. non est de essentia huius sacrificij; quia Christus illam oblationem non fecit, sed illam instituit Ecclesia ad excitandam deuotionem,

& reuerentiam erga hoc sacrificium. 2. Nec oblatio quæ fit post consecrationem verbis: *Vnde & memores Domini*, &c. est de essentia illius; quam non constat, fecisse Christum. 3. Nec fractio Hostiæ, quæ fit post consecrationem ante contumptionem est de essentia huius sacrificij; nam quamuis Christus Dominus fregerit panem, non constat, an illa fractio fuerit panis consecrati; imò fuisse panem non consecratum probat Vazquez disputat. 196. capit. 3. & satis doct. 4. Nec distributio Eucharistiæ est de essentia huius sacrificij; alias Missa, in qua solus Sacerdos communicat, non esset integrum sacrificium.

17 Consecratio est de essentia huius sacrificij. Sic Diuus Thomas 3. part. quest. 82. & 83. artic. 4. Vazquez disputat. 282. capit. 5. Suarez disputat. 75. sect. Trullench capit. 8. Hurtado, Caspensis, Delgadillo, & alij plures. Aliquibus videtur hæc conclusio de fide; eo quod sit de fide Christum obtulisse sacrificium in nocte cene, ut constat ex Tridentino sess. 22. cap. 1. & etiã est de fide Christum tunc consecrasse, & nõ est de fide, fuisse ibi alteram actionem, in qua possit saluari essentia huius sacrificij; ergo debemus dicere consecrationem esse de essentia huius sacrificij; Itẽ quia consecratio, ex

eo quòd separat sanguinem a corpore: *ex vi verborum* est mystica mactatio & iugulatio representans mystice sacrificium cruentum crucis; ergo &c. Et ita consecratio debet esse consecratio vtriusque speciei, qua fit hæc separatio. Quæ quidem consecratio est iuris diuini & de præcepto diuino ex verbis Christi *hoc facite in meam commemorationem*, dictis postquam Christus consecrauit panem in suum corpus, & vinum in suum sanguinem, vt asserunt DD. cõmuniter. Marsilius, Caietanus, Gabriel, Vazquez, Sotus, Bonacina, Reginaldus Suarez, Nuñus Fagundez, & alij, contra Maiorem in 4. dist. 9. q. 3. & Adrianũ q. 1. de Eucharistia, existimantes solum esse præceptam iure positiuo Ecclesiæ consecrationem sub vtraque specie.

19 In qua consecratione sub vtraque specie iure diuino præcepta, dixerunt aliqui, posse dispensare Papam; ita, vt vna sola species consecrari possit, & in vna specie celebrari Missa; sicuti dicitur dispensasse Innocentium VIII. cum Noruegijs, vt possent, celebrare Missam in sola specie panis; ob defectum vini in illa Regione. Sic Azor tom. 1. instit. mor. lib. 10. capit. 19. q. 2. Enriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 13. Fagundez præcep. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 6. & alij apud ipsum. Sed melius negant id D. Thomas q. 74. art. 1. ad 2. & q.

80. art. 12. ad 3. Vazquez disput. 223. cap. 3. Suarez disp. 43. sect. 5. Nuñus, Reignald. Sotus, Corninch, Bonacina, Lugus, Cornejo, & alij; eo quòd Ecclesia nequit dispensare, variare, aut mutare ea, quæ pertinent ad substantiam Sacramentorum, at si dispensaret in oblatione sacrificij sub vna specie, non maneret salua substantia sacrificij; ergo &c.

20 Si dicas contra conclusionem; in officio feriae sextæ in Parasceue, quando ex præconsecrata hostia celebratur, vocatur ab Ecclesia sacrificium in officio illius diei dicente: *Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie*, &c. & tamen in illa die non est consecratio ergo &c. Respondetur, Ecclesiam in die Parasceue non sacrificare, cum non consecret, sed solum participare Sacerdotem de sacrificio sumpto pro viciima pro se, & pro populo facta; & ita illo die non significat sacrificium oblationem, seu actionem sacrificandi, sed corpus Christi pridie obatum, vt bene Caspensis loc. cit.

21 De sumptione specierum dixerunt aliqui, quòd pertineat ad essentiam sacrificij. Alij dixerunt, quod totaliter, vt sunt Albertus, Ledesma, & Ioannes à Cruce in sum. q. 83. dub. 3. con. 3. Alij dicunt, quod solum partialiter; ita vt ex consecratione cõsurgat ratio formalis con-

Assentiua sacrificij Missæ. Sic Enriquez lib 9. de Missa cap. 9. n. 1. Bellarminus, Viguerius, Victoria, Puteanus, & Fagundez, quos citat & sequitur Marchinus tractat. 3. p. 2. cap. 2. Lugus disp. 19. nu. 64. Villalobos tom. 1. tract. 2. diffic. 5. nu. 8. & alij eo quod Christus Dominus ita potuit instituire; & est verò simile, instituisse ita. Quæ opinio satis probabilis est. Et præcipue; quia de essentia sacrificiorum antiquæ legis erat conlumere victimam; vt erat holocaustum, & eius agni Paschalis. Et in hoc fundatur id quod communiter dicunt Theologi (& illud præcipit Missale Romanum) quod si Sacerdos moriatur peracta consecratione, ante cõsumptionem, debet alter Sacerdos conumere species consecratas, vt perficiatur sacrificium, ergo &c.

INTERROG. IV.

Quis sit Offerens in Sacrificio?

21. Resp. Christus est principalis offerens in Sacrificio Missæ. Sic D. Thomas 2. p. q. 83. art. 1. ad 3. Suarez disp. 77. sect. 1. & alij multi, quos ipse refert. Et colligitur ex D. Paulo in Epist. ad Hebræos cap. 10. vbi ponit differentiam inter legem veterem, & nouam; nam in illa Sacerdotes erant temporales; sed in lege noua habemus Sacerdotem æternum, cuius ministri sunt omnes

Sacerdotes; & etiam id suadent verba consecrationis, quæ proferuntur in persona Christi; ergo Christus est principalis offerens in hoc sacrificio proxime, ratione concursus actualis, quo Christus totam huiusmodi oblationem ordinat ad cultum Dei, eaque Patri representat in memoriam suæ passionis cogitando de illa, & volendo illam; & ita offert proximè, & nõ mediatè, & remotè, vt dicunt aliqui. Et videndi de hoc Suarez loc. cit & Coninch q. 83. artic. dub. 6.

22. Minus principalis offerens est Sacerdos, qui solus potest offerre hoc sacrificium, vt minister. Quod est de fide, vt constat ex Tridentino sess. 22. can. 1. & can. 2. & sess. 23. cap. 1. & ex traditione Ecclesiæ & communi Catholicorum consensu.

23. Quod quidem sacrificium valide potest offerre quis Sacerdos, quamuis sit hæreticus & præcõsus ab Ecclesia quãuis peccet in offerendo, vt asserunt D. Thomas 3. p. q. 82. art. 7. & in 4. dist. 13. D. Bonaventura 4. 1. art. 8. Suarez vbi sup. lect. 2. Sotus q. 1. art. 8. & DD. communiter; eo quod retineat characterem Sacerdotalem, & potestatem offerendi hoc sacrificium tamquã minister Ecclesiæ. Quæ potestas non concernit iurisdictionem, quã possit Ecclesia auferre DD. communiter

24. Fideles possunt etiam offerre

offerre hoc sacrificium per Sacerdotem, tamquam per ministrum, ut ait D. Thomas ubi sup. art. 6. & 5. ad 3. & iam dixi hoc. Sed pro meliori expressione nō grauabor apponere hic verba Villalobos, quæ sic se habent: *Hise de entender esto desta manera; que el Sacerdote ofrece como Ministro principal de la Iglesia, deputado para esto; y por esso se dice, que toda la Iglesia le ofrece: y tambien ay razones especiales por donde se dice, que los fieles ofrecen, que es por concurrir moralmente à la Missa, y assi concurre el que la pide y el que procura, que se diga, & da la limosna al Ministro para esso, y el que assiste à la Missa consentiendo en ella, & ayudandola, & cooperando de qualquiera otra manera: como concurre al burro el que lo manda, & le ha conseja. En esto tambien ay diferentes grados, que mas concurre el que ayuda la Missa, que el que la oye.* Huc vsque Villalobos to n. 1. tract. 8. difficult. 6. numer. 5.

INTERROG. V.

Pro quibus offerri possit Sacrificium Missæ?

25 Rēsp. 1. Sacerdos potest offerre hoc sacrificium pro se, & pro alijs. Quod est de fide iuxta illud Diui. Pauli ad Hebræ. 5. *Pateres debet (Sacerdos) quem ad modum pro populo, ita etiā pro se metipso offerre pro peccatis.* Et


tenent DD. communiter. 2. Sacerdos tenetur offerre hoc sacrificium in generali pro omnibus Christianis viuis, & defunctis, constat ex Tridentino sess. 13. can. 7. Et constat id ex verbis canonis: *In primis, que tibi offerimus pro Ecclesia sua Sancta, &c.* & quia Sacerdos offerēs est mediator inter Deum & homines, & Ecclesiam. Quare si excluderet aliquē, peccaret contra charitatem, ut asserit D. Thomas 2 2. q. 15. art. 8. ad 9. Et tenet Nauarrus de orat. cap. 19. num. 120 & cum eo Villalobos diffic. 7. nu. tertio 3. Secundum aliquos potest offerri hoc sacrificiū pro fidelibus, scilicet Iudæis, Paganis, Idolatris, Mauris, & Gentilibus. Sic sentiunt Enriquez lib. 9. cap. 15. num. 5. Bellarminus lib. 2. de Sacrificio Missæ capit. 6. Suarez disp. 78. sect. 2. Coninch q. 83. art. 1. dub. 9. Laymā, Scortia, Syluius, Lugus disp. 9. num. 173. Granada, Villalobos, & alij; eo quod sacrificium crucis pro omnibus oblatum est, quantum est ex parte sua; ergo &c. Sed melius asserunt, qui tenent negatiuam partem, etiam quoad Cathecumenos, scilicet, non posse offerri, nec licite, nec valide pro non baptizatis; quia Eucharistia in quantum Sacramentum solum est instituta pro baptizatis (nec quidquam prodesset, si a nō baptizato susciperetur) ergo in quantum sacrificium solum prodesse poterit.

fit baptizatis, & offerri pro illis. Sic Vázquez disput. 227. capit. 3. Sorus in 4. distinct. 11. quest. 7. artic. 7. ad 1. Granado tract. 14. disput. 9. num. 1. Huertos quest. 12. Hurtado disput. 2. dist. 4. Lublinus, verb. *Missæ*, numer. 9. Machado, & alij. 4. Pro excommunicatis nequit offerri *Missæ* sacrificium; quia sunt privati suffragijs Ecclesiæ, quorum præcipuum est *Missæ* sacrificium. Quod intelligendum est, de omnibus excommunicatis, siue toleratis, siue non toleratis; cum Ecclesia omnino excludat omnes excommunicatos ab interna suffragiorum communicatione. Nec Concilium Constantiense in constitut. *Ad vitanda scandala*, contrarium voluit; cum solum concesserit, ut possint fideles communicare cum excommunicatis toleratis, quantum ad externam communicationem, ut in audienda *Missæ*, in recitando Officio diuino, & in alijs humanis negotijs. Est contra aliquos asserentes, posse offerri sacrificium *Missæ* pro excommunicatis toleratis. De quo iam dixi in mea *Theologia Moral.* de cens. sec. 3. de excommunicat. Interrogat. quarta. 4. Sacrificium *Missæ*, nec licité, nec validé potest pro damnatis offerri, ut asserunt DD. communiter, cum Diu. Thoma in 4. distinct. 35. quest. 2. artic. 1. Et habetur in capit. *Pro uentibus. Et in in ju-*

ferno nulla est redemptio. Quid ergo illis proderit *Missæ* sacrificium? 5. *Missæ* sacrificium offerri potest pro animabus Purgatorij, (quidquid dicant Caluista, & alij hæretici nostri temporis.) Quod est de fide definitum in Tridentino sess. 2a. cap. 2. & can. 3. Quod quidem sacrificium maxime prodest illis ad remissionem pœnæ, ut sic citius gloriam consequantur. De quo iam dixi in Bull. *Defunctor.* 6. Nec pro pueris limbi potest offerri *Missæ* sacrificium; quia. (quantum ad hoc.) sunt, sicut damnati in inferno, & illorum pœna (que solum est damni) est irremissibilis. 7. Nec offerri potest sacrificium *Missæ* pro Beatis; quia illis prodesse nequit, ut satisfactorium, quia non habent pœnam remittendam, nec ut propitiatorium, quia iam sunt in gratia, nec prodest illis, prout est impetratorium, quantum ad gloriam essentialem, quia iam fruuntur summo bono. Ut autem est sacrificium honorarium, & gratiarum actionis, potest Deo offerri in gratiarum actionem pro beneficijs ipsis à Deo collatis: quamuis hoc non est proprié pro illis offerre sacrificium, siquidem fructus sacrificij illis, non applicatur, ut laté probat Suarez disput. 78. sect. 3. Et poterit offerri sacrificium pro Beatis ad honoré illorū, hoc est, ut Deus faciat illos honorari,

vt iustum: & ita dicimus in Ca-
none Missæ: *Vt illis proficiat ad
honorem.* Sed non, vt detur ma-
ior gloria, quia iam sunt inter-
m. no, & non sunt viatores: &
ita dixit Innocentius III. capit.
Cum Martbe, de celebrat. Missæ.
*Sanctos non egerit nostris ora-
tionibus, sed ad illorum reueren-
tiam attinet non quod rogemus
pro illis, sed quod ab illis petam-
us, vt Deum de precentur pro
nobis.* 8. Quoad paruulos bap-
tizatos morientes ante vium
rationis idem dicendū est, quod
de alijs Beatis, & sanctis cum
Christo regnantibus; hi enim
post mortem statim euolant in
cælum. Possunt tamen cele-
brari Missæ, quando dicti par-
uuli sepeliuntur; quia etsi non
profiunt illis, profunt tamen ani-
mabus Purgatorij, pro quibus
sunt applicandæ, vt attulerunt
Syluester, verb. *Missæ*, Bonaci-
na, apud Trullench de iacritic.
lib. 3. capit. 8. quib. 4. numer.
14. & Paludanus apud Mou-
re in exam. 3 p. cap. 5.

S. 3. & alij.



De effectibus, & valore Missæ.

INTERROG. VI.

*An Sacrificium Missæ habeat ali-
quem effectum, Etiam ex opere
operato?*

26. Respond. Affirmatiuè;
quia sic colligitur ex Tridenti-
no sess. 22. capit. 1. & 2. vbi di-
citur: *Per hoc sacrificium applica-
ri nobis effectum passionis Chri-
sti, remitti ingentia peccata,* & si-
milia; ergo cum hæc applicatio
fiat ex institutione Christi, ne-
cessariò habebit virtutem, *ex
opere operato*; sicuti habent alia
Sacramenta. Sic Diu. Thomas
quæst. 79. artic. 5. & quæst. 82. ar-
t. 1. Sorus, Scotus, Caietanus, Ca-
no, Couarruias, & alij, quos
refert, & sequitur Suarez disp.
79. sect. 1. dicens, huic senten-
tiæ nullum Catholicum contra-
dixisse. Et tenent ex Modernis,
Enriquez lib. 9. capit. 13. num.
1, Fagundez præcept. 1. libr. 4.
capit. 1. numer. 2. Granado con-
trou. 6. tract. 12. disp. 5. sect. 1. Lu-
gus disput. 19. num. 135. & alij
multi. Et ita, etiam si malus mi-
nister hoc sacrificium offerat,
habet nihilominus suum effe-
ctum, qui non dependet a san-
ctitate offerentis; sed illum ha-
bet ex se; quatenus fundatur in
satisfactione Christi, & in eius
meritis,

27 Qui quidem effectus Sacrificij multiplex est. 1. Sacrificium Missæ confert gratiã, & remittit peccata; & ideo dicitur, *propitiatorium*, ut constat ex Tridectino sess. 22. capit. 2. Et non remittit hoc sacrificium peccatum mortale, seu mortalia, per se immediatè; sed solum mediatè, & impetratorie; quatenus per hoc sacrificium impetrantur auxilia actualia, quibus ille, pro quo oblatum est Missæ sacrificium, elicit actum contritionis, per quam cum voto confessionis, iustificatur, ut asserunt Vazquez, Suarez, Hurtado, Villalobos, Trullech, & DD. communiter; contra Albertum Phigium controu. 5. & Petrum de Soto asserentes, illa remittere immediatè. Quod quidem non benedicitur; hoc enim proprium est Sacramentorum Baptismi, & Pœnitentiæ, quæ sunt sacramenta mortuorum, & non sacrificij Missæ, quod ad id non est institutum à Christo, ut asserunt DD. communiter. Quam impetrationem auxiliorum ad contritionem esse infallibilem, & certam, si aliàs homo, pro quo offertur Missa, illam non impediatur per obicem affectus actualis ad peccatum, ut sentiunt Henriquez libr. 9. capit. 13. §. 4. ad finem Lugo disput. 19. numer. 143. Fagundez præcept. 1. lib. 4. capit. 2. num. 19. & alij. Alij verò, nõ esse infallibilem,

dicunt. Sic Suarez disput. 77. sect. 3. in fine, Vazquez disp. 228. num. 21. Canus libr. 12. de locis, cap. 13. Nuñus 3. part. trac. de Sacrific. Missæ, quest. 1. Ledesma capit. 17. de Eucharist. conc. 10. & Hurtado disput. 3. diffic. 1.

28 Et eodem modo sacrificium Missæ delet peccata venialia mediatè, impetrando auxilia ad contritionem perfectam, vel confessionem, quibus ipsa venialia delentur, ut asserunt Suarez disp. 79. sect. 5. Vazquez disp. 228. cap. 3. Couinch, Layman, Bonacina, Huertos de sacrific. Missæ, quest. 10. Villalobos, Ledesma, Hurtado disp. 3. diffic. 2. & alij, contra aliquos adherentes, illa delere immediatè, & per se, sicut delent Sacramenta. Quibus adheret Leander de sacrific. Missæ, tract. 8. qui de hac re videri potest.

29 Sacrificium Missæ per se, & ex opere operato augmentum gratiæ non confert his, pro quibus offertur, ut asserunt Henriquez libr. 9. capit. 13. numer. 4. Suarez disput. 79. sect. 4. Vazquez disput. 228. capit. 3. Hurtado disp. 3. diffic. 3. Granada controu. 6. de Eucharist. tr. 14. disp. 5. sect. 3. & DD. communiter, quia hoc est proprium Sacramentorum, quæ instituta sunt ad sanctificandum: Sacrificium verò non nisi ad honorandum Deum, & placandum ipsum. Est contra Sotum dist. 13. quest. 2. art. 1. Toletum lib. 2. cap. 6. & 7.

& alios qui dicunt sacrificium Missæ conferre augmentum gratiæ; quia est perfectius omnibus Sacramentis, quæ dictum augmentum gratiæ conferunt: Sed ad hoc iam est dictum, quod sacrificium Missæ non est institutum ad id, sicut Sacramenta, quæ instituta sunt ad gratiæ collationem.

30. Sacrificium Missæ remittit immediatè, & per se peccata peccatis debitas, si alias non sit ob ex in eo, pro quo offertur, vt colligitur ex Tridentino sess. 22. cap. 2. & can. 3. & sess. 25. decreto de Purgatorio. Imò hic est effectus primarius huius sacrificij ratione cuius dicitur satisfactorium. Et effectum hunc remissionis poenarum, tam pro viuis, quam pro defunctis causat sacrificium Missæ certo, & infallibiliter (quid quid dixerint Sorus distinct. 13. quæst. 2. artic. 1. & Canus 12. de locis, capit. 3. & Corduba libr. 1. quæst. 3.) eo quod sacrificium Missæ fuerit institutum ad remissionem poenæ, tam viuorum, quam defunctorum; ergo si aliàs in animabus istorum non detur ob ex, sed potius capacitas ad eiusmodi effectum, non est cur hunc in illis certo, & infallibiliter non operetur. Sic Suarez disput. 79. sect. 1. Vazquez disp. 228. cap. 4. Huertado disp. 3. difficult. 4. Huertos quæst. 10. Logus citatus, Fagundez

præcept. 1. libr. 4. capit. 1. numer. 10. & Doctores communiter.

31. Sacrificium Missæ impetrat nobis bona, quæ petimus, & idè impetratorium appellatur, siue bona quæ petimus, & desideramus obtinere per sacrificium Missæ sint spiritualia siue temporalia, vt auerunt DD. comuniter. Qui effectus, non est infallibilis; multo ties enim expedit, quod dictus effectus non causetur, v. g. quando dicitur Missa pro infirmo, qui moritur, & pro lite, quæ deperditur. Videntur Granado controu. 6. de Euchar. disp. 7. num. 2.

INTERROG. VII.

Quid requiratur ex parte personæ pro qua offertur Sacrificium Missæ?

32. Resp. 1. Requiritur capacitas, quam Baptismus confert, vt ait D. Augustinus lib. 1. de anima cap. 9. & sequitur D. Thomas 3. p. q. 76. art. 7. ad 2. & in Canone Missæ dicitur: Memento Domine, &c. Qui nos præcesserunt cum signo fidei, & ita dicunt DD. quod sicuti Baptismus est ianua Sacramentorum, sic & sacrificij Missæ. 2. Requiritur, quod sit in statu viæ, & non in termino: & sic non prodest damnatis in inferno: sed prodest animabus Purgatorij, quæ sūt in via ad

INTERROG.VIII.

Quæ applicatio Sacerdotis sit necessaria in Sacrificio Missæ

coelum. 3. Quoad dignitatem, aliqui sentiunt debere esse in gratia cum, pro quo offertur Missæ sacrificium. Sic tenere videtur Div. Thomas 3. part. quæst. 79. art. 7. ad 2. & late docet Suarez disput. 76. sect. 10. Quod quidem certum est, quoad effectum remissionis poenæ, quæ non remittitur nisi remissa culpa. Quoad alios effectus, non esse necessarium, esse in gratia, tenet Scotus q. 20. apud Villalobos diffic. 9. num. 3. & sequitur Nauarrus in cap. de poenitent. & remiss. & lib. de orat. cap. 19. n. 73. Et quavis teneatur, necessarium esse, quod sit in gratia, non obtinet maiorem effectum, qui maiorem gratiam habet, quam is, qui minorem tenet; quia effectus sacrificij nõ correspondet gratiæ, sed intentioni offerentis, & applicantis, ut asserunt Caietanus tom. 2. opusc. tract. 3. q. 2. Durandus in 4. q. 45. contra Sotum de iust. lib. 9. q. 2. ar. 1. Sylvestrum, v. Missæ, q. 9. & alios. 4. Est necessarium ex parte recepturi effectum sacrificij Missæ, ut illo indigeat; hoc est, quod habeat lûdas poenâs pro peccatis, nam si his careat, non recipiet effectum sacrificij Missæ quatum ad hoc. Et ita benè facit Sacerdos applicando hoc sacrificium sub conditione, quod si iste non indigeat, profit alijs, ut ait Villalobos, loc. citat. numer. 3.

33 Respond. Sicuti dixi supra, in Sacramentis non sufficere intentionem habitualement, nec necessariam esse actualem (licet hæc sit melior) sed sufficere virtualem ad valorem Sacramenti; sic dicimus, in sacrificio Missæ sufficere applicationem virtualem, seu intentionem virtualem applicandi pro aliquo, ut asserit Villalobos difficul. 11. num. 1. & tenet DD. communiter.

34 Sed si de facto Sacerdos non applicaret Missam pro aliquo, postea illam applicare non potest finito sacrificio, ut late probat Cordoba lib. 5. de indulgent. q. 42. quia nequit suspendere effectum sacrificij, sicuti nec Sacramenti. Et ideo erit optimum consilium, quod Sacerdos applicet ante consecrationem, in qua stat formalis ratio sacrificij, secundum communissimam sententiam.

35 Sed quantum ad deprecationem (quæ est effectus solum ex opere operantis) poterit illum applicare post celebratam Missam, sicuti potest quis applicare sua opera præterita, & passionem Christi Dñi, ut ait Suarez disp. 70. sect. 9.

36 Sed an valeat intentio subditi in Sacrificio Missæ contra voluntatem Superioris? Negant Ledesma 2. part. quæst. 16. art. 14. Cordoua lib. 1. qq. q. 13. & alij, quos refert, & sequitur Leander disput. 3. quæst. 18. eo quòd intentio Prælati, aut Ecclesiæ præualet contra intentionem subditi Sacerdotis; sed contrarium asserunt DD. communiter. Sic Suarez disp. 79. sect. 5. Ledesma in sum. tom. 1. tract. de Eucharist. cap. 18. Villalobos diffi. 10. num. 2. tom. 1. tract. 2. Lugus disput. 19. num. 210. Vazquez, Coninch, Layman, Granado, & alij apud Leandrum, loc. cit. eo quòd hic actus applicandi est proprius Sacerdotis; propter potestatem Sacerdotalem, quam habet: Et sicuti si administraret Sacramentum contra voluntatem Prælati (licet malefaciat) valet nihilominus Sacramentum: sic dicendum est hic; si quidem offert sacrificium in persona Christi; quamuis peccet offerendo contra voluntatem Superioris. Quod resoluisse Salmanticensis Magistros, ait Emmanuel Rodriguez tom. 1. sum. capit. 147. controu. 10. Et idem est, quando Sacerdos offerret Sacrificium contra iustitiam; quia prius acceperat elemosynam a Petro, v. g. vt pro illo offerret, & Sacerdos offert pro Ioanne, siue data stipe, vel non data; est enim

37 Sed an possit Sacerdos dicere anticipatas Missas pro intentionibus futuris? v. gr. Sacerdos non habet hodie pro quo sit oblaturus; quia nullus dedit elemosynam, & offert pro illo, qui postea est elemosynam largiturus. Et affirmarunt aliqui, talem applicationem valere. Sic Petrus Nauarra libr. 2. de restit. capit. 2. num. 356. Enriquez lib. 9. de Miss. capit. 21. numer. 2. in comm. litter. H. & reputat probabile Aragon de iustit. quæst. 85. art. 3. Quorum hæc est ratio; nam quamuis tunc Sacerdos non cognoscat eum pro quo offert Sacrificium Deus illum cognoscit, & præsentem habet, & pro illo acceperat, & ita manet Sacrificium in acceptatione diuina, sicuti merita Christi, & sanctorum manent in acceptatione diuina in Thesauris Ecclesiæ. In quod etiam inclinat noster Vega tom. 2. summ. cap. 41. cas. 5. Sed hæc sententia iam sustineri non potest, ex declaratione Cardinalium iussu Clementis VIII. qui (vt refert Villalobos diffi. 12. numer. 2.) ex eiusdem Congregationis sententia: *Huiusmodi consuetudinem tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis, atque offensionibus obnoxiam, atque a vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, atque improbanit.* Et propter hanc declarationem Cardinaliam tenet hanc

hanc sententiam Corduba lib. 5. de indulgent. quæst. 42. Ledesma de Eucharistia capit. 18. conclus. 15. Suarez disput. 79. sect. 9. Granada disput. 7. sect. 4. Villalobos, loc. citat. & Doctores communiter; eo quod Sacerdos nequeat applicare sacrificium, nisi, quando illud offert, nec potest reservare illius effectum in posterum applicandum, seu communicandum, sicuti nec potest reservare effectum Sacramentorum; & quando offerret pro eo, quem Deus scit, daturum eleemosynam, suspendit effectum Sacrificij. Videatur Villalobos diff. 12. per totam, & Granada controuers. 6. de Eucharist. disp. 7. sect. 4.

INTERROG. IX.

An, & quomodo profit Sacrificium Missæ illis, à quibus offertur?

38 Respond. Plures offerunt quodlibet Missæ Sacrificium; in primis Christus Dominus Sacerdos maximus; & illi nõ prodest Sacrificium hoc, nisi, quatenus cedit in maximum ipsius gloriam. Secundus offerens est Sacerdos Christi Domini mimister, qui immediate conficit sacrificium, & huic, sine dubio prodest, tam ut impetret sibi bona supernaturalia, & naturalia, quæ sunt

effectus sacrificij, quam ut relaxentur pœnæ debitæ pro peccatis; idque participat Sacerdos ex opere operato; quia sacrificium habet vim conferendi hæc omnia illis, qui sunt participes huius sacrificij; satis autem participat illud offerendo. Erit autem maior, aut minor hic fructus, quo magis, aut minus deuotè obtulerit hoc sacrificium; quia hæc oblatio, seu deuotio est dispositio ad percipiendum fructum, ut ait Diuus Thomas 3. part. quæst. 79. articul. per hæc verba: *Quamuis hæc oblatio ex sui quantitate sufficiens ad satisfaciendum pro omni pœna, tamen sit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis.* Est enim deuotio erga sacrificium Missæ dispositio necessaria ad effectus illius obtinendos, ut cum Diuo Thoma, loc. citat. tenent ibi Caietanus, & tom. 2. opuscul. tract. 3. quæst. 2. Syluester, verb. *Missæ* Sotus lib. 9. de iust. quæst. 2. artic. 2. Huertos quæst. 1. de sacrific. Missæ Ledesma de Eucharist. cap. 17. conc. 16. Quod quidem colligitur ex verbis Canonis: *Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, &c.* Item quia omnes causæ, tam physicae, quam morales supernaturales operantur suos effectus iuxta dispositionem maiorem, vel minorem subiecti, ut patet

in Sacramentis, & docet Tridentinum sect. 6. capit. 7. de iustific. Sed sacrificium Missæ est causa moralis, & supernaturalis habens virtutem, *ex opere operato* ad instar Sacramentorum; ergo, &c. Est contra Suarez disput. 79. sect. 10. Lugum disput. 19. num. 196. & alios negatiua in partem tenentes, scilicet, non requiri deuotionem erga sacrificium Missæ ad obtinendos effectus dicti sacrificij.

39 Dubitari vero potest, an ille fructus, quem Sacerdos percipit *ex opere operato* celebrando, possit ab ipso alijs communicari, saltem, quando pro illis celebrat. Nam quod ad impetrationem ex opere operantis, non dubium est, quin communicari possit, vt benè aduertit Granado disput. 8. numer. 3. Et posse illum applicare sicuti, & posse applicari quemlibet fructum alteri ab eo, qui illum participauit in Missa, sentiunt Nauarrus capit. 25. Moure 3. part. exam. capit. 5. §. 2. Leander, & alij. Sed alij melius contrarium tenent; scilicet, non posse illum alteri applicare. Sic Suarez disput. 79. sect. 9. & Granado disput. 8. numer. 3. & alij plures eo quod dictus fructus sit *ex opere operato*; sed quod alicui prouenit *ex opere operato* alteri applicari non potest; ergo, &c. Id enim significat nomen *operari*, quod scilicet, ratione ipsius facti, seu ratione rei, quæ ali-

cuius applicatur, prouenit necessario, & cum Sacerdos non possit non sibi applicare (cum non possit non esse offerens) non potest non participare fructum sacrificij: tum etiam, quia relaxatio pænæ, quæ mihi prouenit ex Sacramento recepto non potest à me alteri applicari; ergo idem est dicendum de fructu sacrificij.

40 Et cum (vt iam manet dictum) offerant etiam hoc sacrificium omnes illi qui legitime assistunt, & aliquo modo sunt causa illius; hi verè dicuntur participare fructum sacrificij, tam quoad impetrationem, quam quoad satisfactionem. Sicut ergo Sacerdos non potest non participare fructum, nec illum alteri applicare, ita nec illi, qui audit, aut alio modo concurrat, vt ait ipse Granado, loc. cit. n. 4.

41 Concludo ergo (ex hætenus dictis) tres veluti partes fructus sacrificij distinguendas esse, sicuti à DD. distinguuntur, quas refert, & sequitur Enriquez cap. 21. §. 7. Et latè explicat Corduba lib. 1. quæst. 3. notabili 3. Prima est *specialissima*, scilicet, quæ obtingit ipsi Sacerdoti, tam prout offert, quam prout offertur pro ipso. Secunda est *generalis*, estque, quæ toti Ecclesiæ confertur, & etiam illis, qui magis ad hoc sacrificium offerendum conueniunt, seu accedunt, vt qui ministrant, qui assistunt, &c.

Et. vt ait Grana do tom. 5. con-
trou. 6. tract. 14. disp. 8. num. 7.
Tertia est *specialis* ea scilicet,
quæ propria est illius, pro quo
Sacerdos offert sacrificium, cum
pro aliquo dicitur celebrare.
Hanc ergo partem potest Sacer-
dos applicare, cui vult; duas ve-
ro primas non ita, vt ait dictus
Granado loc cit. & iam manet
explicatum.

INTERROG. X.

*An Missa celebrata à bono Sacer-
dote sit maioris utilitatis, quam
qua à malo Sacerdote ce-
lebratur?*

42 Resp. Si consideretur fru-
ctus qui præcisè in hoc sacrifi-
cio prouenit *ex opere operato* ex
re oblata, & applicata à Sacer-
dote, æque prodest Missa boni,
& mali Sacerdotis, vt asserunt
DD. communiter; eo quod vter-
que offerat eundem Christum
Dominum, & æqualem facit ap-
plicationem sacrificij; ergo non
est, vnde maior utilitas accref-
cat Missæ boni Sacerdotis quàm
tunt ad hoc. Etiam æque pro-
dest Missa boni ac mali Sacer-
dotis quantū ad orationes quas
Sacerdos recitat nomine Eccle-
siæ & tanquam minister illius;
quia orationes Ecclesiæ semper
sunt Ecclesiæ, quæ sãcta sēper est
& grata, & per accidens est (quā-
tum ad hoc) malitia Sacerdotis.
Quoad orationes vero factas à
Sacerdote, vt persona particula

ri, minus valet Missa mali Sacer-
dotis quàm boni. Sic D Thom. 2.
p. q 82. ar. 5. & cū eo DD. commu-
niter. Et videndus Granado
disput. 9. n. 1. & 2.

43 Sed est difficultas an accref-
cat Missæ valor ex circumstanti-
bus? Et respōde affirmatiue Vi-
ctoria in sum. tit. de Euch. vbi sic
ait: *Regulariter maioris valoris est
Missæ ubi sunt multi, quàm ubi sunt
pauci quoniã circumstantes etiã offe-
runt, sicut in Canone dicit Sacerdos
pro omnibus qui tibi offerunt hoc
sacrificiũ laudis.* Et sequitur Mou-
re 2. p. exam. §. 2. interrog. 6.

INTERROG. XI.

Quo duplex sit valor Missæ?

44 Resp Valor Missæ est du-
plex, alius est *ex opere operato*, al-
ter *ex opere operantis*. Valor ex
opere operato datur ex vi præcis-
sæ sacrificij, quod quidē sacrifi-
cium illum habet vi sua ex Chr-
sti institutione ad omnes suos ef-
fectus causandos, vt asserūt Vaz-
quez disp. 229. cap. 2. Coninch.
cap. 1. dub. 8. Puteanus ar. 1. dub.
5. apud Hurt. 3. disp. 3. dif. 6. cō-
tra Suar. disp. 79. existimantē ha-
bere vim *ex operato* ad aliquos ef-
fectus, & non ad omnes valor ex
opere operantis sumitur ex actio-
ne Sacerdotis meritoria in hoc
sacrificio, vt offerre deuote, sa-
crificare cū feruore, &c. Et idē
est de oblatione populi cum de-
uotione, &c. Et hic valor ex
operantis, maior, aut minor

uxta offerentium & illorum pro quibus offertur, dispositionem, quæ pluri, minoris generatur a Deo. Valor vero ex opere operato semper est æqualis quoniam semper offertur idem sacrificium, ut bene Moure loc. cit.

45 Et valor Missæ tripliciter assignatur à DD. Primus est generalis qui est pro omnibus fidelibus Christi, quia Ecclesia generaliter applicat Missæ sacrificium, non solum pro viuis & defunctis, sed etiam pro Papa pro Rege & Episcopo, & reliquis fidelibus de quibus mentionem facit Sacerdos in Missa, siue sint absentes siue presentes. Secundus est specialis, seu (ut alij vocant) specialissimus qui est proprius Sacerdoti, illique correspondet, ut ministro sacrificij. Tertius est medius qui correspondet huic, vel his, pro quibus applicatur Missæ sacrificium specialiter. Sic explicat Missæ valorem Scotus quod lib. Et videndus Machado tom. 2. part. 1. tract. 12. doc. 3. qui id bene pertractat. Et de hoc iam manet dictum interrogatione 9. vbi distinximus tres partes fructus sacrificij. Quod in re idem est, ac valor hic tripliciter explicatus.

40 Et est notandum, Sacerdotem non teneri offerre sacrificium pro eo, a quo accepit stipendium, seu elemosinam, nisi quoad valorem seu fructum ex opere operato, non vero quoad valo-

rem ex opere operantis; alias non satisfaceret Sacerdos celebrans in malo statu. Sic Coninch apud Hurtado disp. 3. de sacrificio Missæ difficult. 8. Trullench de Sacr. lib. 3. capit. 8. dubio 8. & DD. communiter. Et obeandem rationem ait Hurtado loc. cit. non esse obligationem offerendi pro eo, qui elemosinam dedit, orationes, & ea quæ in Missa fiunt.

47 Item est aduertendum, quod oblatio sacrificij est duplex, specialis & generalis. Specialis est, quando fit pro aliquo particulari in se ipso, generalis vero quæ fit pro aliquo contento in aliqua communitate, ut offertur pro collegio, aut Ecclesia, cuius est membrum aut pars. Et quidem Sacerdos dum celebrat offert generaliter sacrificium pro omnibus baptizatis viuis & defunctis; & id facere debet, ut constat ex verbis Missæ in oblatione verbali panis: *Suscipe sancte Pater, &c.* & in Canone. Sed specialis applicatio sacrificij seu oblatio pro aliquo magis ei prodest, quam generalis, ut asserunt Syluester v. Missa 1. quæst. 9. Corduba lib. 1. q. 3.

Azor lib. 10. cap. 21. q.

3. Vazq. disp. 231. cap. & alij.

(. § .)

INTERROG. XII.

An valor sacrificij Missæ sit infinitus?

48 Resp. Si loquamur de valore accidentali Missæ orto ex dignitate Ecclesiæ offerentis, ex orationibus specialiter institutis ad peculiare effectus ex speciali invocatione Sanctorum, ex Missæ solemnitate ex devotione Sacerdotis, & adstantium, seu assistentium Missæ, ex consumptione cereorum, & similia, hic valor finitus est, & limitatus, ut asserunt DD. communiter.

49 Et potest valor dupliciter dici infinitus. 1. intensiue. 2. extensiue. Ille valor dicitur infinitus intensiue, qui ita infinitus est, ut maior esse non possit; sic passio, & merita Christi Domini dicuntur infinita intensiue. Ille vero dicitur infinitus extensiue tantum, qui quamuis possit producere certos gradus intensiue, ut ignis, quatuor, vel octo gradus; potest tamen extendi ad producendos in multis subiectis numero distinctis, ut patet in igne, qui calorem suum potest producere in hoc & in illo subiecto in infinitum successiue, quod dicitur infinitum *Synecat ego rematicæ*, id est non tot, quin plura.

50 Loquendo de valore substantiali, est duplex opinio.

Prima asserit, valorem huius sacrificij ex opere operato esse infinitum. Quam tenent Caietanus tom. 2. opusc. tract. 3. q. 2. & 3. p. q. 79. art. 5. Canus 12. de loc. cap. 12. ad 10. Ioannes à Cruce de Sacrific. Missæ dub. 6. Syluester 7. *Missæ* q. 9. Corduba lib. 1. q. 3. conc. 2. 3. & 4. Aragon, Nuanus, Montagnolus, Beia, & Gauntus, quos refert, & sequitur Marchinus tract. 3. p. 2. cap. 12. num. 13. & alij plures; eo quod sacrificium Missæ est idem cum sacrificio Crucis, excepta solū offerendi ratione; sed sacrificium crucis est absolute infinitum; ergo & sacrificium Missæ. Item quia in hoc sacrificio offertur Christus Dominus qui est infinite dignitatis, & etiam ipse Christus Dominus est principalis offerens; ergo non est vnde limitetur valor; ergo est infinitus intensiue in hoc sacrificio. Item hanc infinitudinem suadere videtur usus Ecclesiæ, quæ in Missa orat pro multis in particulari, & pro omnibus fidelibus viuis, atque defunctis; quod quidem non fieret, si effectus sacrificij, seu illius valor esset limitatus. Unde inferunt Authores huius sententiæ, quod sacrificium oblatum pro pluribus, raptum pro sit singulis, ac si pro vno quoque offerretur; cum enim sit valoris infiniti, ex eo quod applicetur pro pluribus non minus vnus quisque participat, quam si pro vno solo applicaretur; est enim hoc

hoc sacrificium instar fontis, qui non exhauritur, ex eo quod unus vel alter, seu multi ex illo bibant; & instar candelæ accendæ, quæ lucem non perdit ex eo quod multos illuminet. Et videndus Vazquez disp. 230. nec non & Hurtado disp. 3. diffic. 7.

51 Secunda sententia, quæ magis mihi placet, asserit, valorem huius sacrificij ad satisfaciendum non esse infinitum, sed finitum, & taxatum iuxta dispositionem diuinæ sapientiæ & meritam Christi, & Dei voluntatem. Sic D. Thomas in 4. dist. 45. D. Bonaventura ibidem art. 3. q. 3. Scotus quodlib. 20. Ricardus q. 2. art. 3. Durandus q. 3. ad 3. Maior q. 2. Gabriel lec. 27. Sotus lib. 9. de iust. Bellarminus lib. 2. de Missa cap. 4. Fagundez præcep. 1. lib. 3. cap. 6. num. 8. Bonacina disput. 4. q. ult. punt. 4. Layman tract. 5. cap. 1. Coninch q. 83. art. 1. dub. 10. num. 133. Caspensis, Trullench, Villalobos & alij. Et probatur 1. Quia cum hoc sacrificium ex institutione Christi habeat annexas satisfactiones ipsius Christi in Cruce pro nobis oblatis, convenientissimum certè fuit, vt haberet valorem finitum taxatum, & limitatum, vt hac ratione sæpius à Sacerdotibus offerretur, & audius in Ecclesia à fidelibus frequentaretur. 2. Probatur ab absurdis, quæ ex opposita sententia sequi possent; nam si hoc sacrificium esset valoris infiniti, loque-


retur primo, frustra applicari pro aliquo defuncto in particulari; quia si tantum prodest omnibus, ac singulis, ac si pro vno solo applicaretur, frustra certe, imò contra charitatem pro vno solo offertur. Item sequitur ex opposita sententia, vna sola Missa posse euacuari Purgatorium; cur ergo tot Missæ pro defunctis? Item sequitur etiam, quod vna Missa possit Sacerdos satisfacere pro quibusvis foundationibus Missarum, & obligationibus pia testatorum voluntate introductis. Item sequitur, & quod possit Sacerdos plura pro vna Missa stipendia recipere & vnica Missa omnibus satisfacere. Et ita, vna Missa oblata pro pluribus non ita æque illis prodest, ac si pro vno solo offerretur; cū valor Missæ satisfactorius finitus sit ac limitatus, vt dixi in Theolog. Moral. de Bulla sect. 4. Interrog. 21. nam res finita & limitata, quanto magis diuiditur, tanto minus vnicuique contingit, eo quod omne finitum oblatione finita tandem consumitur. Quare peccant mortaliter Sacerdotes, qui vnico sacrificio pluribus stipendijs satisfacere conantur; defraudant enim dantes eleemosynas; cum Missæ sacrificium quoad valorem medium non æque prodest omnibus, ac vni, vt asserunt Bonacina citatus numer. 6. & Trullench de Sacrament. lib. 3. cap. 7. dub. 7. num. 8.

52. Quoad effectum impetrandi, sacrificium Missæ habet valorem infinitum; ideoque oblatum pro multis quoad hunc effectum, non minus prodest singulis, quam si pro vno offerretur. Sic D. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. 2. & DD. communiter apud Suárez disp. 79. sect. 12. Quia hoc sacrificium est infinite Deo gratum; quod fundatur in eius dignitate, quæ infinita est, & consequenter sufficiens ad impetrandum quodlibet beneficium, aut beneficiorum multitudinem; tam in singulis quam in vno; semper enim superabit valor rei oblatae. Eo vel maxime, quod impetratio à satisfactione differat in hoc, quod satisfactio respicit (æqualitatem inter debitum, & solutionem, seu compensationem; ideo, si multis applicatur, minuetur, & minus singulis continget; impetratio verò respicit liberalitatem eius, a quo petimus; & cum Dei liberalitas non minuetur, & magis grata sit illi oratio, quam ab eo pro pluribus, quam pro vno petimus, eo quod à maiori procedat charitate; ideo impetratio non minuitur, eo quod pro pluribus fiat, ut bene Villalobos dist. 13. nu. 3. & ex illo, Trullenchi cap. 8. dub. 7. num. 10.

53. Etiam si multi concurrant cum Sacerdote ad offerendum hoc sacrificium (qui ut dictum est, sunt assistentes) non ideo referunt minorem fructum,

sed vnusquisque eum refert, quæ accepturus erat, sit solus assisteret. Et in hoc sensu dici potest esse hoc sacrificium infinitum, si categorematice, & extensive, ut asserunt DD. communiter. Et est ratio; quia res, quæ offertur est infinita; & ita quamuis multi offerant non minuitur, nam est sicuti lucerna lucens; cuius lucem omnes æque participant; quia certum est, quod si vnus solus audiat Missam, non maiorem fructum refert, quam si audiat simul cum alijs.

54. Ad rationes contrariæ sententiæ responderetur. Ad 1. concedendo idem esse sacrificium Missæ cum sacrificio crucis; sed in sacrificio Missæ limitatur valor satisfactorius per voluntatem Dei, ut manet dictum & asserit Villalobos dist. 13. numer. 9. Ad 2. Quantum ad vltimam Ecclesiæ. Responderetur, illud esse ad impetrandum, & ita dicimus in Missa: *Pro Ecclesia tua sancta, quam pacificare, &c.* ut ait ipse Villalobos citatus.



De stipendio Missæ, &
obligatione cele-
brandi.

INTERROG. XIII.

An liceat Sacerdotibus accipere, sti-
pendium pro Missâ?

55 Respon. Affirmatiuè, abs-
que labe simoniæ; siue Sacerdos
sit pauper, siue diues, ex D. Pau-
lo 1. 2. Cor. 9. *Qui altari seruiunt
de altari uiuant.* & Lucæ 10. dixit
Christus: *Dignus est operarius
mercede sua.* Et est stipendium ius-
tum, pro Missâ celebrâda, quod
in quolibet Regno, aut Prouin-
cia est taxatum a Prælato, vel in-
troducitur legitima consuetu-
dine, ut asserunt DD. communi-
ter.

56 Stipendium debere taxa-
ri ad victum vnus die, seu susten-
tationem (siue Sacerdos sit diues,
siue pauper) siue ab vno, siue à
pluribus accipiatur, dixerunt
Sotus de iust. lib. 9. c. 3. ar. 1. dub.
7. Cano de loc. libr. 12. capit. 18.
Beca 1. p. cas. 12. & alij 20 quod
Sacerdos habet ius viuendi ex
suo ministerio, quod est factum
facere, seu Missam celebrare, &
dignus sit operarius mercede sua.
Ergo, &c. Alij id concedunt, res-
pectu Sacerdotis pauperis, ne co-
gatur mendicare cum indecen-
tia status Sacerdotalis. Sic Sotus,

Ledesma, Corduba, Cantus loc.
cit. Tenet etiam N. S. in 2. p.
D. Thomæ tom. 1. q. 83. cub. 12.
con. 4. & ante illum id asseruit
Orellana, ut refert Vega noster
2. tom. sum. cap. 41. quem sequi-
tur ipse. Et idem asserit Ledes-
ma de Communitatibus Reli-
giosorum pauperum; maxime si
exercendo sua ministeria, & pe-
tendo elemosinas consuetas
vivere nequeant, nec sustentatio-
nem habeant sufficientem.

57 Sed contraria sententia
sustinenda est, quæ asserit, pro vna
Missâ solum vnum stipendium
recipi posse, siue Sacerdos sit pau-
per, siue non. Sic Suarez disp. 88
sect. 4. Vazquez disp. 134. cap. 2.
Nauarrus cap. 25. Azor, Posseni-
us, Villalobos, Diana 1. part.
tract. 14. ref. 8. & alij plures; imò
potius, Tridentinum sess. 21. cap.
de reformat. disponit, nullum
posse ordinari Ordine sacro, nisi
constet Episcopo, illum habere
Beneficium Ecclesiasticum, aut
patrimonium sufficiens ad susten-
tationem honestam.

57 Et quidquid sit de dictis
opinionibus admittentibus pos-
se recipi plura stipendia pro vno
sacrificio, iam nec sustineri, nec
practici possunt post decre-
tum Urbani Octauo. In quo
præcipit omnibus Sacerdoti-
bus: *Ut pro qualibet Missâ solum
vnum accipiant stipendium, etiam
si sint pauperes sub pœna peccati
mortalis. & obligatione restituendi
id, quod præter vnum stipendium*

acceperint. Et præcepit ne recu-
cantur Missæ post Tridentin sine
aut auctoritate Papa, & reuo-
cat priuilegia reducendi Missas.
Decretum prodijt Romæ anno
1625. Et illud referunt Marchi-
nus de Sacr. Ordin. 3. p. capit. 26.
p. 2. Barbosa de offic. Episcopi,
2. p. allegat. 29. & alij.

58. Et opinionem, quæ asse-
rit post dictum Decretum Vrba-
ni, posse recipi stipendium aliud
pro fructu specialissimo Sacer-
dotis applicando prohibuit Ale-
xander VII. in bulla *Sancissimus*
audiuit.

INTERROG. XIV.

Quando teneatur Sacerdos ex iu-
stitia celebrare?

59. Resp. Sacerdos tenetur
ex iustitia celebrare, vel per se,
vel per alium. 1. Ex vi promit-
tionis, v. g. si promittis obligato
dicere Missas etiã solum ex vo-
to, te eas dicturum; nam promit-
sio acceptata obligat ex iustitia,
DD. communiter. 2. Ratione
stipendij accepti. Et peccant
mortaliter accipiẽtes magnam
Missarum copiam, quas nisi per
longũ tempus dicere nequeunt;
vt asserunt Ledesma capit. 18. de
Eucharist. Cruz de sacrific. Mis-
sæ, dub. 8. conc. 1. quia animæ de-
fente in Purgatorio expectant
hæc suffragia, & forsitan postea
non profunt eis, pro quibus of-
feruntur, cum iam sint à Purga-

torio liberate. DD. communi-
ter. 3. Tenetur Sacerdos cele-
brare ratione capellanix. Et si
Sacerdos infirmus sit per duos,
aut tres dies non tenetur dicere
Missas illorum dierum, etiam
per alterum, iuxta cap. 1. de Cle-
ric. *agrotante*. Nisi alias in funda-
tione Cappellanix oppositũ ex-
plicetur; & istud onus ex maiori
stipendio Cappellanix compen-
setur; vt ait Cruz, loc. cit. & Ro-
driguez in sum. capit. 247. S. 3. v.
Missæ, & alij. Secus est si morbus
sit prolixior; nam tunc tenetur
dicere Missas per alterum. Et sa-
tis faciet dando isti consuetam
stipendium, vt asserunt DD. com-
muniter. Nec idem est de reci-
piente pro vna Missa ultra con-
suetum stipendium, qui nequit
dare consuetum pro ea die, &
& retinere sibi excessum stipen-
dij seu partem illius, qui non ha-
bet iustum titulum, vt illam par-
tem retineat. Nauarrus, Cordu-
ba, Aragon, Ledesma, apud Vi-
llalobos diffic. 17. contra Suarez
disp. 86. sect. 3. & Bonacin. punc-
8. asserentes, absolutè posse reti-
nere sibi excessum stipendij. Quæ
opinio iam sustineri non potest
post Bullam Alexandri 7. *San-
ctissimus D. N. audiuit*.

60. Possit Sacerdotem offer-
re sacrificium pro illo, qui pri-
mo daturus est elemosinam te-
net Enriquez lib. 9. cap. 21. num-
q. 2. tale opus, loc. cit. respectu
nostri sit præter est tamen præ-
tens respectu Dei. Sed hanc ten-
ten.

centiam sacra Congregatio ex mandato Clementis Octavi improbauit die 15. Nouembris anno 1605. apud Cenedum in qq. Canonie q. 25. num. 26. tamquam abhorrentem à veritate Ecclesie more, ac fidelium scandalis & offensionibus obnoxiam, vt ait Diana 2. p. tract. 14. ref. 55. Potest Capellanus anticipare celebrare Missas v. g. si habeat obligationem celebrandi ter in hebdomada, potest in vna sex dicere Missas capellanice, vt asserunt Cenedo qq. Canonie. q. 32. num. 2. Petrus Nauarra de restit. lib. 2. cap. 2. nu. 371. noſter Vega lib. 6. cap. 41. cal. 39. tom. 2. Aragon, Rodriguiz, & Fagundez de præcep. lib. 3. cap. 9. num. 1. & alij eo quod huiusmodi Capellanus anticipare soluit, quod est boni debitoris. Deinde citius procedunt ea suffragia defunctis, quæ si terminum dierum expectet. Quæ opinio verissima est, nisi contrarium specialiter habeatur in fundatione capellanice, scilicet, vt in nulla die, aut hebdomada dicantur Missæ, nisi in die, aut hebdomada designata à fundatore, quod ad honorẽ, & deuotionẽ fundatoris præcipi potest, vt dicitur in *c. significasti* de præbend. tunc enim tenetur capellanus dicere huiusmodi Missas in eo die & in eâ hebdomada iuxta intentionem fundatoris, & iuxta contractum initum cum conferente sibi capellaniam. Et videtur Fagundez loc. cit.

61 Capellanus obligatus quotidie celebrare, potest vnâ Missam omittere causa maioris honestatis, ex cap. *significatum* de præbendis & asserunt DD. communiter. Qui addunt bene, hoc esse intelligendum, si institutio Missæ dirigatur ad Sacerdotem v. g. *Eligatur capellanus, qui celebret, quotidie*, non verò si institutio dirigatur ad locum v. g. *celebretur quotidie Missæ in tali Ecclesia* vel ad Sacerdotem addendo *per se, vel per alium*; quia tunc tenetur quotidie celebrare, vt ait Zanardus 1. p. de Sacrific. Miss. cap. 13. apud Dianam 2. p. tract. 13. ref. 28. Capellanus vel alius obligatus pro stipendio celebrare in tali altari, vel Ecclesia non potest in alio altari, vel alia Ecclesia celebrare sub mortali (regulariter loquendo) quia tunc à fundatore eligitur locus particulatis ad sacrificandum; ergo capellanus, de iustitia tenetur ibi celebrare. Excusari tamen poterit a mortali capellanus, qui ter in anno, vel quater in destinato sacello ibi non celebret, vt ait Diana 2. p. tract. 14. ref. 29. ob materię paruitatem. Tamen excusabitur, qui accepta eleemosyna pro celebranda Missa in altari priuilegiato, illâ diceret in alio altari cum calculo benedicto, vt ait dictus Diana p. 9. ref. 12. cum Garcia, Marchino, Pellizario, & alijs.

62 Parochus (absque dubio) tenetur celebrare per se, vel per alium


alium in diebus festis, ut populus Missam audiat, ad id enim obligatus est ex suo munere, ut asserunt DD. communiter. Qui secundum Sotum lib. 6. de iust. q. 2. art. 1. tenetur quotidie offerre sacrificium pro proprijs omnibus, eo quod ab illis alatur. Sed id melius negant Suarez disput. 86. lect. 1. Bonacina, Coninch q. 83. art. 1. dub. 17. & DD. communiter; sed quod decimæ dantur Parochis, ut suis Parochialis Sacramenta ministrent, & animas doctrina pascant conciententur; ac Officia diuina debito tempore celebrent, non autem, ut pro eis orent, aut offerant sacrificia. Quare nulla est illis obligatio, offerendi sacrificium pro populo ex iustitia; sed obligatio (ad summum) erit ex charitate, iuxta prudentis arbitrium, ut asserunt Coninch loc. cit. & Bonacina tom. 1. disp. 4. q. ult. punt. 7. num. 5. Et addunt Sorus, & Vazquez disp. 232. cap. 1. teneri Parochum celebrare per se vel per alium etiam in diebus, qui non sunt dies præcepti, si fideles velint audire Missam ex deuotione; quia ipsi petentibus rationabiliter tenentur pactum reddere. Nihilominus, vno, aut altero die de ficere non erit mortale, ut ait Hurtado disp. 4. diffic. 1.

63 In super DD. communiter, obligationē celebrandi quotidie, agnoscunt in Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, & in Conuentibus Religiosorū iuxta

caput. Cum creatura de celebrat. Missæ. Et in ferijs privilegiatis, quales sunt omnes ferie Quadragesimæ, quatuor Temporū, rogationum, & vigiliarū est obligatio decantandi duas Missas occurrente festo duplici, vbi semel duplici, aut octaua, vnam de festo post tertiam, alteram de Feria post nonam. Et nomine Ecclesiæ Collegiatis, non intelligitur Ecclesiæ Regularium, ut probant Rodriguez, & Villalobos, contra Portel, quos refert, & sequitur Diana 1. part. tract. de celebr. Missæ. ref. 76.

64 Si Sacerdos numquam celebret, & desit scandalum, sentiunt non peccare mortaliter D. Bonauentura in 4. dist. 12. & 13. & alij. Et reputat probabile Suarez disp. 80. lect. 1. Sed communiter DD. docent, teneri Sacerdotem non impeditum sub mortali celebrare, ex præcepto Christi: *Hoc facite in meam commemorationem.* Sotus, Syluester, Vazquez disp. 232. & alij plures. Et cum non sit tempus determinatum; placet modus dicendi, sufficere quod ter in anno celebret. Videatur Hurtado disp. 4. dif. 2.

(S.)



De tempore celebra-
tionis.

INTERROG. XXV.

*Aqua. hora. diei possit Missa ce-
lebrari?*

65. Conueniūt DD. non licere incipere Missam ante auroram; bene autem aurora inchoante; ex Missali Romano.

66. Per auroram, non intelligitur ortus solis, sed initium crepusculi diei, seu prima lucis irradiatio. Et quamuis crepusculum non sit semper æquale, quia tamen (vt implurimū) incipit vna hora, & quinta parte ante ortū solis; ideò, vt bene Vazq. apud Hurt. dif. 4. pro *regula morali* haberi potest, ad celebrandum, vt etiā asserunt DD. communiter. Et quia ad celebrandum nō necessariū sit, ipsum momentū auroræ expectare, sed paulo ante, potest inchoari Missa; quia parū pro nihilo reputatur; ideo licet vna hora, & dimidia ante ortū solis celebrare, vt asserunt Ledesm. & Suar. apud Cruz q. 2. de Sacrific. Miss. dub. 1. con. 2.

67. Aliquādo licet dicere Missam ante dictum tempus. Ob necessitatem cap. *necessitate de consecrat. dist. 1. v. g. causa itineris*; aut, vt audiatur ab operarijs aut ob comunicandum infirmum, morti proximum; vt aiunt Le-

desma Paludanus, Vazq. & alij. Nec ad hoc est necessaria licentia Episcopi, maxime si sit absens, vt asserit Cruz conc. 3. eo quod hoc concedatur dicto in cap. non reuocato in Tridentino 2. In nocte Natiuitatis Domini potest dici prima Missa illico post mediam noctem. Et etiā ante aurorā possunt dici reliquæ duæ Missæ, vt dicunt Suarez disp. 80. sect. 4. Vazq. disp. 232. cap. 3. Coninch dub. 4. & alij; contra Syluestrum, Armillam, & Tabien. & alios 3. Potest celebrari ante auroram ex dispensatione Episcopi, vt asserunt Suar. Ledesma, & alij; ex rationabili causa. Episcopi etiam iter agentes gaudent priuilegio celebrandi ante auroram, vt docent D. Anton. Syluester, Nauar. & Glos. in cap. vlt. de priuil. in 6. & DD. communiter. 4. Possunt etiam celebrare ante auroram Religiosi, qui habent, ad hoc, priuilegia, specialiter concessa post Tridentinum, vt est priuilegium concessum PP. Societatis Iesu, vt possint dicere Missam vna hora ante auroram, vel causa itineris, vel alterius legitimi impedimenti. Sic concessit Gregor. XIII. vt asserit Hurt. ex compendio priuil. v. *Missæ*. Idem Greg. XIII. concessit presbyteris congregationis S. Iustinae, vt si in itinere fuerint, possint Missam celebrare ante auroram & post mediam noctem. De quo videatur noster Fræisc. de Nigro Genuensis in annotationibus ad ce-

remoniales nostri Ruiz 6. q. Quæ sit. 9. fol. 242.

68 Priuilegia concessa regularibus ante Tridentinum ad celebrandum ante auroram, sublata esse, per Tridentinum, dicunt Nauar. Aforbo, Azor, & alij; quos sequitur noster R. P. Peirinis tom. 1. priuileg. in const. Pirrhi in 19. Sed alij contrarium tenent, Rodriguez tom. 1. qq. Regular. q. 43. artic. 5. Salas, & alij Theologi Salmautic. quos sequitur Lug. de Euch. disp. 20. sect. 1. num. 29.

69 De priuilegijs concessis Regularibus ad celebrandum ante auroram. Vide Cruz in epitom. lib. 2. cap. 58. Villalob. dif. 22. n. 10. N. R. P. Peirinis tom. 1. priuileg. in const. Pirrhi.

INTERROG. XVI.

Ad quam horam diei inceptio Missæ differri possit?

70 Resp. Possè Missam incipi, vsque ad horam nonam, quæ est tertia post meridiem, tenere Nauar. ca. 25. n. 85. Viuald. de Sac. altar. n. 151. & alij. Quod erat in vsu tempore D. Thomæ, vt ipse ait q. 83. art. 2. Sed DD. communiter asserunt, inceptionem Missæ non posse vltra meridiem differri; ex consuetudine Ecclesiæ, quæ iam ab omnibus tamquam necessaria, & ex obligatione obseruatur. Et debet sumi meridies *moraliter*, & non *mathematicè*; & ideo licebit paulo post meridiem

Missam inchoare, vt asserunt Maior, Suar. Vazq. Layman, & alij. Qui dicunt posse differri per dimidiam horam, vt diximus de anticipatione ante auroram.

71 Ex causa rationabili potest incipi Missa post meridiem 1. Si in festo solemni durat Missa solemnis, & cõcio, v. g. per duas horas post meridiem, potest Missa priuatè incipi finita concione, & officio solemni maxime, ne aliqui omittant Missam 2. Ratione itineris, potest inchoari Missa vna hora post meridiem, vt ait Cruz conc. 4. & ita est in vsu 3. Potest inchoari etiã post meridiem pro communicando infirmo etiam vsque ad horam nonam ex Epicheya, vt ait Vazq. citatus ab Hurt. dif. 5. 4. Potest Episcopus ex iusta causa dispensare, vt inchoatio Missæ notabiliter differatur post meridiem; sicuti dispensare potest, vt notabiliter ante auroram inchoetur, quia eadem est ratio. Layman, Cruz, & DD. communiter.

INTERROG. XXVII.

An sit quotidie Missa celebranda?

72 Resp. Non licet Missam celebrare in Parasceue consecrando Eucharistiam cap. *Sabbato de consecrat. dist. 13.* Et quamuis loquatur æqualiter de Veneri Sancto & Sabbato Sancto, cõueniunt DD. habere suam vim respectu Veneris Sancti; non ta-

men respectu Sabbati Sancti, in quo iam licet dicere vnam Missam solemnem, & dicta lex per contrarium vsum totius Ecclesie reuocata est quoad hoc, vt asserunt DD. communiter. Ex quibus multi dicunt, quod, si in die Sabbati Sancti incidat aliquod festum de precepto, & non possint tunc fideles audire Missam solemnem, posse celebrari aliquas Missas priuatas, vt fideles precepto audiendi Missam satisfaciant, sicuti in facti contingentia anno 1617. occurrente festo Annuntiationis in Sabbato Sancto, plures Missae celebratae sunt in Ecclesijs Toletani Archiepiscopatus, vt ait Cruz dub. 2. cōc. 2. Et aduertit bene cum Ledesma, tunc Missam priuatam non celebrandam antequam incipiat solemnitas in *Gloria in excelsis*, Missa solemnem.

72 In die Iouis Sancto, seu Feria 5. in euena Domini non est prohibitum celebrare; & ideo omnes Sacerdotes celebrare possunt DD. communiter. Nec est prohibitum in die Parasceue, seu veneris Sancto dare communionem fidelibus; quia textus solus loquitur de celebratione Missae. Et ait sic Villalobos disp. 20: *Verdades que no se ha de hazer sin necesidad, o enfermedad, que es si está en uso en la Iglesia.* Et

ita communiter praestitum.

INTERROG. XVIII.

An possit Sacerdos eodem die plures Missas celebrare?

73 Resp. Negatiue; quia in die solam vnam Missam potest celebrare Sacerdos cap. *sufficit de consecration. dist. 2. & capit. consuluisti*, & habet vsum Ecclesiae.

74 In die Natiuitatis Dominicae potest Sacerdos tres Missas celebrare cap. *Noche sancta de consecr. dist. 1.* & constat ex vsa Ecclesiae. Et congruentiam huius triplicis Missarum celebrationis assignat D. Thomas q. 83. art. 2. nam illae tres Missae significant triplicem verbi Natiuitatem, nempe diuinam, humanam, & spirituales iniustis per gratiam.

75 In casu necessitatis, licet pluries in die celebrare DD. communiter i. Casus est quando Sacerdos habet duas Parochias in diuersis oppidis, & ob paupertatem, nequit in alio habere coadiutorem, potest pluries ieiunus celebrare, vt vnusquisque populus habeat Missam in Parochia. Quod etiam Suarez disp. 80. sect. 3. extendit ad diem non festum, quando in oppidis est sufficiens multitudo; & addit, Sacerdotem posse eadem proportione tres Missas celebrare, si in tribus oppidis habeat tres Parochias; quia iure non determinatur pluralitas Missarum sed, vt ait Cruz dub. 3.

conc.

conc. 2. citans Ledesnam, circa dies non festos, standum est consuetudini. Et est aduertendum, quòd, qui in hoc casu celebrat, duas Missas, in prima non sumit ab unctionem, vt ieiunus celebret secundam. Item est aduertendum, quòd prædictus Sacerdos, qui habet duas Parochias, in vtraque non debet reponere Sacramentum in die Iouis sancto, sed solum in præcipua, eo quòd in die veneris sancto sumitur particula consecrata simul cum vino in Calice, & non poterit idem facere in altera Parochia, cum iam non sit ieiunus. Sed si per in aduertentiam repositum Sacramentum in Monumento vtriusque oppidi, in prima Ecclesia non immittat particulas in Calicem, sed sumat absque vino, quia non multum interest illa cœremonia. Sed si iam sumpsit in prima Ecclesia particulas simul cum vino, in secunda Ecclesia, non sumat Sacramentum, sed reseruet in Sacratio, vt ait Suarez disput. 8. sec. 4. & cum eo Villalobos diffic. 21.

75 Secundus casus est, quando pro Viatico debet communicare infirmus, licet iterum celebrare. Paludanus, Syluester, D. Antonius Angelus, Nauarrus, Coninch q. 82. a. 2. dub. 3. licet aliquibus hoc displiceat, vide Vazquez disp. 232 n. 50.

76 Tertius casus est, quòd post Missam celebratam, & nõ cum sump-

tam lotionem superueniunt plures peregrini, aut aliquis Episcopus, aut aliquis Magnus vir, vt audiât Missam, potest Sacerdos iterum celebrare, præsertim in diebus festis, Syluester, D. Antoninus, Nauarr. Enriquez, & Valentia. Teneo contrarium Vazquez, & Coninch, & Hurtado cap. 3. diffic. 3.

77 Quartus casus est, si in festo solemni Ecclesia nõ capiat omnes fideles, & non sit alius Sacerdos, potest hic pluries celebrare, vt populus Missam audiât. Et hic casus videtur idem cum primo.

78 Quintus casus est si post primam celebratam Missam occurrat defunctus sepeliendus ex more cum Missa. Quod aliqui etiã dicunt, non esse sufficientem necessitatẽ, vt Sacerdos iterum celebret. Et eodem modo loquuntur de secunda Missa celebranda ab eodem Sacerdote, pro benedicendis nuptijs. Sed ego dico cù Cruz loc. cit. in his casibus, standum esse consuetudini.

De loco, vestibus, vestibus, pro Missa celebranda.

INTERROG. XIX.

An Missa sit celebranda in loco sacro?

79 Resp. affirmatiue: quia Missa celebrari nequit, nisi in Ecclesia, aut alio loco sacro ad id deputato; & contrarium facere est peccatum mortale, vt asserit D.

Tho. 3. p. q. 83. a. 3. & DD. communiter ex c. de conse. dist. & ex Tridentino sess. 22. de uitandis, & obseruandis in celebrat. Miss. Sed, qui hoc præceptum frangeret, non innodatur censura. Nec aliqua muldatur poena Ecclesiastica, nisi celebret in loco inter dicto; vt dicam alibi. Nec necessarium ad hoc, Ecclesiam esse consecratam; sufficit, quòd sit benedicta; & si erecta est auctoritate Papæ vel Episcopi obtinet eadem priuilegia, ac habet consecrata, vt nota Glossa cap. 1. de consit. Eccles. & asserunt DD. communiter.

80. De licentia Episcopi licebat antiquitus in priuatis domibus Missas celebrare, aut in Oratorijs, quæ necessent loca benedicta, nec cõsecrata ex cap. Miss. de cons. dist. 1. Quamuis non extra propriam Diocesim, vt contra Syluestrum docent Angelus, Vazquez, & Hurtado. Sed hæc facultas restricta est à Tridentino sess. 12. in decret. de obseruandis, & obseruandis in celebrat. Miss. quia ibi præcipitur Episcopis: *Ne patiantur in priuatis domibus Missam celebrare nisi in aliquo loco ab eis designato, & tantum ad diuinum cultu dedicato.* Et ita Episcopus non potest dare licentiã, vt celebretur in loco ad alios vsus deseruiente; potest autem dispensare, vt in eo celebretur aliquando iusta de causa; qualis est, quando persona grauis egrotat, vt domi audiat Missam &

communem ex obligatione suscipiat, quia in dicto decreto, aufertur facultas concedendi simpliciter licentiam ad celebrandum in dicto loco; non vero facultas dispensandi in aliquo casu, vt ait Hurtado dif. 6. Qui addit, dictam facultatem concedendi simpliciter licentiam celebrandi in quouis honesto, seu decenti loco, conuenienter Episcopis ex suo officio, ablatã fuisse à Nuntio Hispaniarum iussu Pauli V. anno 1616. ita vt iã nequeant facultatem concedere, vt celebretur in priuatis domibus, & Oratorijs, non vero ablatã fuisse facultatem dispensandi ex iusta causa, vt aliquando in eis celebretur.

81. In casu necessitatis potest celebrari Missa extra Ecclesiam in altari portatili v. g. quãdo Ecclesia non capit eos, qui audituri sunt Missam; quod potest contingere in Missa noua, aut in aliqua processione, vt asserunt Nauar. Sot. Syluester, & DD. communiter. Debet obrineri licentiã ab Episcopo, si commode obtineri possit; & si nõ ita potest haberi, absque illa extra Ecclesiam poterit celebrari, vt ait Villalobos dif. 22. n. 3. Idem dicendũ est in bello, in quo celebrari potest in tentorio *otienda*, obtenta ab Episcopo licentiã, vt ait ipse Villalobos loc. citat. Nec potest celebrari in mari vel in flumine; ob periculum effusionis sanguinis, vt asserunt DD. cõmuniter. Les-

INTERROG. XX.

An possit celebrari in Ecclesia pollutata seu violata?

sante hoc periculo, dicunt aliqui, posse celebrari in mari vel in flumine. Scort. li. 2. c. 13. S. v. *Missa n. 19.* Laem. cap. 5. n. 5. & alij.

82 Episcopus iter agens potest celebrare extra Ecclesiam, etiam extra Diocesim propriam cap. vlt. de priuil. in 6.

83 Aduertunt DD. communiter semper esse necessarium celebrare ad minus in altari portatili, seu viarico consecrato ab Episcopo (quod ara vocatur) vt declaratur in can. *Cōcedimus dist. 1.* & oppositum nunquam fuit ab Ecclesia permissum.

84 Licet Religiosis celebrare Missas in grangijs, & in alijs locis Monasterij ex concessione Sixti V. Bul. 32. facta Ordini Predicatorum. Est etiam concessum priuilegium Ordini diui Hieronymi in Hispania, ad erigendum altare in suis Conuentibus & in illo celebrare debita decencia, specialiter, vbi Religiosi agrotant, & etiam in camera Prioris, quo priuilegio gaudent, qui in priuilegijs communicant Patres Societatis Iesu habent à Paulo III. & Greg. XIII. priuilegium, vt possint in missionibus dicere Missas in altari portatili in quavis parte mundi, etiam in castris militum, si habeant licentiam à Generali, aut Prouinciali, vt ait Hurtado diff. 6. Circa altera priuilegia Regularium vide Villalobos diff. cult. 23.

85 Resp. Ecclesia multis modis polluitur seu violatur 1. Violatur homicidio intra Ecclesiam factò, etiam si fiat absque effusione sanguinis cap. *proposuisti de consecrat. Ecclesie vel altaris*, & ex can. *si motum de consecrat. dist. 1.* Vnde, Ecclesia non violatur homicidio factò supra tectum Ecclesie, nec si fiat in campanili, nec in sacristia, nec in cauerna, sub Ecclesia; nisi in ea dicatur Missa aut deseruiat ad sepeliendum. Nec violatur Ecclesia homicidio factò intra illam absque culpa mortali, vt dicunt DD. communiter 2. Violatur Ecclesia humani sanguinis effusione intra Ecclesiam facta, vt constat ex cap. *si Ecclesia de consecrat. Ecclesie*. Requiritur, quod sit mortaliter illicita, & publica (sicuti & homicidium in Ecclesia factum publicum esse debet ad effectum violationis.) Item & quod sit copiosa. Nec sufficit, quod sanguinis effluat intra Ecclesiam, si vulnus factum est extra, sicuti nec sufficit homicidium ad violendam Ecclesiam, quando vulnus factum est extra illam, licet vulneratus intra Ecclesiam moriatur DD. communiter 3. Violatur Ecclesia teminis humani effusione intra Ecclesiam facta,

vt constat ex dicto cap. *si Ecclesia*. Requiritur, quod sit illicita mortaliter, & publica, & sufficit, quod fiat intra Ecclesiam, quamuis non perueniat ad panimentum. Pollui Ecclesiam effusione seminis facta in copula coniugali, dicunt Paludanus, Nauarrus cap. 17. num. 257. & plures alij. Sed Suarez disp. 81. sect. 4. Couarrubias, & Coninch art. 3. dub. 1. limitant hoc, vt sit verum, quando coniuges non coniunguntur iusta de causa. Rosella vero v. *consecratio*. 1. Angelus, v. *Debitum* negat. Ecclesiam pollui effusione seminis coniugalis; quia illa nullo iure, nec naturali, nec Ecclesiastico fit irreuerentia loco sacro; ergo &c. 4. Violatur Ecclesia, quando in ea excommunicatus vitandus sepelitur cap. *consuluisi de consecrat. Ecclesie vel altaris*. Et etiam, quando paganus in ea sepelitur, & nomine infidelium etiam intelligitur puer, qui moritur absque Baptismo, qui dicitur infidelis *negatiue*. Sed si mulier pregnantis moriatur, potest sepeliri infans existens in utero illius absque violatione Ecclesie; quia tunc sepelitur, vt pars matris mortue, vt ait Villalobos diff. 24. cum Syluestro. Violatur etiam Ecclesia, quando in ea sepelitur infidelis, quamuis baptizatus, qualis est hareticus ex cap. *cum Ecclesia* 82. de *consecrat. dist. 1*. Et violatio Ecclesie idem est ac prohibitio canonica celebrandi in illa

la diuina Officia, quoad vsuere conciliata sit.

86 In his quatuor casibus violatur Ecclesia benedicta, seu consecrata, vt asserunt DD. communiter ex præcitatis capitibus. Non vero violatur Ecclesia nec benedicta, nec consecrata, nec Oratorium; violata autem Ecclesia censetur violari, & coemeterium ipsi contiguum ex cap. *unic. de consecrat. Ecclesie* in 6. Non autem violato coemeterio censetur violata Ecclesia quia id nullo iure disponitur.

87 Ecclesia consecrata amittit consecrationem, quando tota, aut maior pars destructa est, antequam incipiat reparari. Ex cap. *lignis de consecrat. Ecclesie vel altaris*. Ecclesia vero benedicta, etiam si tota ruat, si postea reficitur, non eget noua benedictione; quia manet idem solum benedictum D. D. communiter.

88 Celebrare in Ecclesia violata, & non dum reconciliata, est peccatum mortale; est enim res grauis, & dictis capitibus prohibita. Quod si contingat, violari Ecclesiam, dum Sacerdos celebrat, si ad eius notitiam ante consecrationem inceptam perueniat, tenetur a celebratione desistere; non vero consecratione incepta, facta scilicet consecratione panis. Qui contra diuinam prohibitionem in Ecclesia violata celebrat, non fit irregularis, nec aliquam censuram incurrit.

currit. DD. communiter; quia id nullo iure constat. Qui etiam asserunt, posse Episcopum dare licentiam, vt in Ecclesia violata celebretur. Si Ecclesia est consecrata solum potest reconciliari ab Episcopo. Si autem sit solum benedicta potest à simplici Saacer pote; nec est necesse, quod aqua sic ab Episcopo benedicta; vt asserunt DD. communiter, apud Dianam 2. p. tract. 1. res. 3. Quæ privilegia sint Regularibus concessa circa hoc. Vide apud Villalobos diffi. 24. & Hurtado diffi. 7.

INTERROG. XXI.

Quale debeat esse altare ad Missam celebrandam?

89 Resp. Altare dicitur, quia sita ara, quia locus, vbi fuit sacrificia in altum erigitur; aut quia, ab ardendo dicitur, quia in ara solebat ardere victima. Et etiam altare dicitur, ara. Et est duplex fixum, & portatile, quod communiter vocamus aram, & fixum est, quod communiter vocamus altar, seu mensa, in qua collocatur ara.

90 Ad Missam celebrandam, necessario requiritur altare, quod debet esse Lapideum, & consecratum, siue sit fixum, siue portatile DD. communiter. Et debet esse tanta magnitudinis, seu longitudinis, vt simul capiat Calicem, & Hostiam DD. commu-

niter. Si frangatur ara, ita vt in illa non possint commode poni Calix, & Hostia simul, amittit consecrationem DD. communiter ex cap. 1. & 3. de consecratione. Debet ara consecrari ab Episcopo. Simplex Sacerdos poterit illam consecrare ex commissione Pontificis, sicuti conceditur PP. Presbyteris Societatis Iesu, privilegio Pauli III. vt possint consecrare aras in partibus remotissimis, si in eis defuerit Episcopus Catholicus.

91 Celebrare absque ara, esset peccatum mortale; quia est contra prohibitionem Ecclesie, in re graui.

92 Altare debet operiri tribus mappis, seu tobaleis cap. si per negligentiam, de consecr. dist. 2. Et in Missali reformato Clementis VIII. §. 20. de consecratione Altaris. Et ita dicit Villalobos diffi. 26. El Altar se ha de cubrir con paño de lienço, que comunmente son manteles, y una paliá, ó los mesmos manteles doblados, y Corporales, como se colige del Missal, que dize á tres mapps cooperant, y del Derecho; y estos se de ser de lienço, como consta del uso: mas no sería pecado mortal, si se dixesse Missa con solo los manteles, y corporales, sin paliá, como no hañese escandalo, ni menoscuprio, como tieve Suarez; porque esto no es cosa graue. Sería pecado mortal, si se dixesse en los manteles. Y auñgo se dize el Missal que los manteles ó toballas sean benitos por es necesario.

que no está en uso, segun Suarez. y es de poca utilidad. Aduertase que por liengo se entiende, no solamente el que es de lino, sino tambien olanta, yua, &c. Huc vsque Villalobos.

93 Corporalia nequeunt omiti abique mortali peccato, vt constat ex capit. *consulisti*, de consecrat. dist. 1. Que debent esse ex lino de liengo: *Passi aunque deben estar labrados de oro y seda azia las orillas, como está en uso, pero no pueden estar labrados en la parte interior, en que han de saber just. ántesente el Caliz, y la Hostia.*

94 Secundam Missale Romanum, est necessaria parua pallea, seu *h. iula* ad operiendū Calicem. Quam, non debere esse ex lino sentit Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. & cum eo alij. Debere, autem, esse ex lino, quoad partem interiorē ad minus, sentiunt DD. communiter.

95 Debent corporalia, simul cum pallea, esse benedicta ab Episcopo, vel ab alio ad id, habēte facultatem, ex dicto cap. *consulisti*.

96 Ad celebrandam Missam sunt necessariae candelæ accente, id minus vna, DD. communiter. Excipitur casus, quo in cepto iam sacro. extingueretur lumen, nec aliud commode posset inueniri; nam tunc non solū posset Sacerdos continuare Missam, sed ad id teneretur, præsertim, si id contingeret post conse-

crationem, et aiunt Leand. disp. 7. q. 20. Deigadillo de Eucharist. disp. 16. dub. 20. Candelæ, seu candela debent esse cereæ. In casu necessitatis, dicunt plures, posse celebrari lumine olei, aut adipis. Suarez, Ledesma, Nuñus. Tolerus, Layman & alij. Est etiam, pro dicenda Missa, necessarium Missale, quod (ad minus) integrū Canonem contineat, vt asserunt Syluester, Nauarrus, Suarez, & DD. communiter; eo, quod, Missale sit instrumentum necessarium, & sit fragilis memoria. Si autem Sacerdos eilet bonæ memoriæ, & sciret Canonē, & Missam, in casu necessitatis (v g. pro cōmunicādo infirmo) Missam celebrare posset sine illo, vt asserit Ledesma post. 8. conc. & etiam Villalobos diffic. 26. Quod extēdit Deigadillo sub. 23. (in hoc casu urgentissimo danci viaticū infirmo alias sine illo morituro) ad Sacerdotem labilis, & fragilis memoriæ, etiam, si timeat, partem notabilem Canonis, se omisitūrum. Missam sine cruce in altari posita celebrare, culpa venialis est solum. DD. communiter. Si commode crux haberi non potest, nec veniale peccatum est, quia excusat vtilitas, seu necessitas celebrandi, vt ait Fagundez de præcep. Ecclesiæ

præcep. 1. lib. 3. cap. 21. n. 32.

INTERROG. XXII.

*An ad celebrandum sint sacra vasa
necessaria?*

Resp. Affirmatiue, scilicet, Calix, & Patena, ex cap. *vlt. de celebrat. Missæ*. Cuppa Calicis, & Patena debent esse ex auro, vel argento, aut stanno, quando Ecclesia fuerit pauper, vt ait Concilium Rhemense cap. *vbi Calix dicitur consecrari d. 1. Et Calix debet consecrari ab Episcopo, similiter, & patena.*

98. Calix, & Patena amittunt consecrationem, si iterum in aurentur in ea parte interiori, quæ immediate tangit Corpus, & Sanguinem Christi, vt asserunt DD. communiter; eo, quod per dictam in aurationem accretat noua superficies, quæ est quasi alterum vas; si vero hæc vasa, scilicet Calix, & Patena, de aurentur à *de flore*, consecrationem non amittunt, eo quod totum Calicis sit simul consecratum, vt asserunt DD. communiter. Dicunt aliqui, quod Calix perdit consecrationem, si separatur à pede cuppa illius, siue Calix sit fixus, siue tornatilis; *de torn. n. 10.*

99. Sed melius asserunt alij, illam amittere, quando cuppa illius separaretur à pede fixo; nõ tamen, si Calix esse tornatilis, & haberet pedem tornatilem; quia tunc est, quasi si non separaretur.

Suarez, Vazquez, Coninch, Parrado, & Lugus Apud Leandrum disp. 7. q. 33. Quod possit Sacerdos celebrare in Calice, & Patena non dum consecratis, si alias, bona fide, fuerit in illis celebratum dicunt aliqui; & reputat probabile Diana 2. p. tract. 14. res. 69. Sed tenent contrarium Lugus disp. 20. num. 62. Fagundez citata Diana, quos sequitur Leander q. 31. eo quod absque fundamento dicatur; per consecrationem in illo, manere Calicem consecratum.

100. Pyxis, seu vas in quo asseruantur formulæ consecratae, debet etiam consecrari, & fieri ex auro, aut argento sicut sũt Calix, & Patena, vt asserunt DD. communiter apud Dianam 1. p. tract. 11. res. 3. eo quod Pyxis immediate etiam tangit Corpus Christi (quidquid in contrarium dicant aliqui) apud eundem Dianam in loc. cit. Intra Pyxidem non est necessario litens reponendus, quia de hoc nec est præceptum, nec dispositio Ecclesiæ. De quo videndus Diana 2. part. tract. 1. res. 2.

101. Patres Societatis Iesæ habent priuilegium consecrandi Calices, & Patenas in partibus remotissimis, ex priuilegio Pauli III. Quo priuilegio fruuntur Religiones quæ communicant in priuilegijs Societatis, vt ait Villalob tom. 1.

tract. 11. 17.

(S.)

IN-

INTERROG. XXIII.

An ad celebrandum sit necessarius
venerabilis p[re]s[ens] Sacra?

102 Resp. Affirmative, ut patet ex usu Ecclesie, que vestes sacrae sunt sex, scilicet, Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Casulla, seu Planeta. Mystica autem earum significatio constat, tum ex PP. tum ex DD. à Recentioribus relatis. Et videri potest de hac significatione Trullench lib. 3. de Sacram. cap. dub. 17. Amictus, & Alba debent esse ex lino, *o[ra]s, o[ra]s a serape ante*, ut patet ex usu. Reliquae vestes possunt esse, vel sericae, vel lanae, vel ex lino confectae, ut habet usus Ecclesie, & asserunt DD. communiter.

103 Haec vestes debent esse benedictae, ut constat ex cap. *vestimentis de consecrat. auct.* 1. & ex Pontificali Romano. Debet eas Episcopus benedicere, vel qui ad hoc facultatem habuerit. Perdant benedictionem quando perditur figura, s. g. si rumperetur cingulum iustificans, *o se quit asse una manga del Alba, a unque despus se buelua a coser, ut asserit Villalobos ex cap. quod id dubij de consecrat.* Eccles. & habet Glossa, & asserunt DD. communiter. Nō perditur benedictio eo quod Alba, seu Casulla reficiatur *se reme ubi*, quia non deperditur figura. Et idem est de Alba *si se re-*

mendasse; ob eandem rationem *si la Casulla est uiesse asforrada, deuerte, que quitanno el asorro que daffe entero, tambien quedaria ali otra Casulla bendita, ut ait Suarez tom 3. disp. 28. lect. 2. & cum eo Villalobos diff. 28. numer. 4.* Que aqui es lo mismo, que si fuisse un cingulo muy grande, que partiendole se hiziesen dos, que en tal caso ambos quedauan benditos, ut asserit praedictus Villalobos.

Qui etiam asserunt cum communi DD. consensu, Stolam posse deferri pro cingulo, & pro Manipulo, & Manipulum longum posse deferri pro Stola, eo quod ornamenta haec figuram determinatam non habeant. Ex idem asserit Trullench de Sacram. lib. 3. cap. 3. dub. 17. num. 2. Sunt etiam benedicendae Dalmaticae, ut habetur in Pontificali Romano.

104 Haec sex vestes sunt necessariae necessitate praeccepti Ecclesiastici. Et ita, quamlibet omittere est peccatum mortale. Et est ratio; quia est praecceptum Ecclesie de his vestibus ferendis, ut constat ex cap. *Ecclesiis* dist. 23. & cap. *Vestimenta, de consecrat. dist. 1.* & probat consuetudo vniuersalis Ecclesie obseruantis talem ritum, tamquam maxime necessarium ad reuerentiam tanti Sacramenti, & habent DD. communiter apud Suarez disp. 82. sect. 3. censetur enim in re graui violari usus, & contra *de Ecclesia*. Nec excu-

far materię paruitas; quia quæ liber vestis est materia per se grauis, sufficiens ad mortale, si voluntarie omittatur, vt asserunt Ledefina, & Filiucius apud Trullench lib. 1. cap. 8. dub. 17. num. 6. Item, esset mortale celebrare cum aliqua ex his vestibus, non benedicta; nam non benedicta non est vestis Sacerdotalis; non tamen, est ex communicatus, sed ex comunicandus, qui celebrat sine vestibus sacris. Ledefina cap. 21. de Euchar. conc. 3. dub. 3. Peccat etiam mortaliter celebrans eam his vestibus benedictis, si sint valde immundæ, esset enim tunc magna irreuerentia DD. communiter. In casu necessitatis non esset mortale absque vna ex vestibus minoribus celebrare, vt sine cingulo, aut Manipulo, vt ait Ledefina cap. 20. de Euchar. & sequitur Cruz dub. 4. conc. 2.

105 Licet secularibus tangere vestes, & alia, quæ non tangunt immediate Eucharistiam, aut non sunt chrysmate vincta. Peccabunt tamen venialiter, si absque necessitate tangant Aram, Calicem, Patenam, aut corporalia, vt asserunt Ledefina, Nauarras, Villalobos, & DD. communiter ex cap. *Sacras, & cap. non oportet dist. 23.*

106 Celebrare Missam nudis pedibus, ad minus est veniale peccatū DD. communiter Qui addit, licite posse cum Indalijs celebrari. Ledefina de fratribus

Minoribus, & Villalob. & DD. communiter.

107 Capite cooperto celebrare non licet, vt constat ex cap. *nullus Episcopus de consecrat. dist. 1.* & ex ceremoniali Romano. Et tenent DD. communiter. Ex quibus Ledefina diffie. asserit, solum esse veniale graue celebrare capite cooperto absque necessitate, & dispensatione. Filiucius vero apud Trullench lib. 3. de Sacr. cap. 8. dub. 18. num. 8. asserit esse peccatum mortale cum Syluestro v. *Missæ* 1. q. 2. §. 1. Ipse verò Trullench loc. cit. asserit, quòd ex iuxta causa, vt in infirmitate, licet secreto, aut coram illis, qui sciunt infirmitatē, celebrare capite cooperto, præfertim vsque ad consecrationē, absque dispensatione. Quod etiam, cum Ledefina, vt probabile admittit Diana r. p. tract. 14. ref. 58. secluso tamen scandalo, & contemptu. Si autem causa non sit manifeste iusta, debet impetrari dispensatio. Quam esse reueruatam Papæ, refert, declaratum esse a Sacra Congregatione Ga-uantus in comment. Rubricæ Missal. tom. 1. part. 1. titul. 12. lit. F.

108 Circa priuilegia, quæ habent Regulares ad benedicenda ornata Ecclesiastica, & corporalia videantur ex nostris Reuerendissima. Passarellus in Compendio priuileg. fol. 53 & P. Petrinis in nostro Rituali 2. p. de benedictionibus fol. 137. &

Villalobos tom. 1. tract. 8. diffic.
28. num. 7.

INTERROG. XXIV.

*Qua reuerentia debeat in templis,
vasibus, & vestibus sacris?*

109 Resp. Quidquid sit contra reuerentiam his rebus debitam, sit illicite. Et erit maius, aut minus peccatum, secundum quod fuerit irreuerentia. Et ita erit peccatum mortale, destruere templum sine causa legitima. Et etiam mortale emere, & vendere in Ecclesia. Sed mortale non erit vendere in coemeterio, ut constat ex usu.

110 De tactu vestium Calicis, Patenae, & Arae, & Corporalium, iam dictum est. Religiosi laici habent privilegium ad dirigendum Calices & ad Corporalia abluenda, ut refertur in compendio Minorum v. *Laii* §. 1.

111 Quantum vero ad modum lauandi Corporalia spectat, seruanda est dispositio cap. *nemo, de consecrat. dist. 1.* ubi praecipitur, quod lauentur à Diacono, & aqua reponatur in piscinam. Quod intelligitur de prima lotionem DD. communiter. Qui idem dicunt de Purificatorio, propter magnam propinquitatem cum sanguine. Suarez, Trullench, Villalobos, & alii. Secunda lotio potest fieri à foeminis, maxime, Religiosis, ut communiter praestatur DD. communiter.

112 Est graue peccatum, vestibus, aut vasibus Sacris vti ad prophanos vsus; propter maximam reuerentiam illis debitam; imo, nec à missa consecratione, seu benedictione, licet ad eos vsus adhibere, ut asserit Trullench dub. 19. cum Villalobos, tract. 8. diffic. 29. num. 6. sicuti, nec licet, ligna, & lapides Ecclesiae destructae coaptare, nisi ad aliam Ecclesiam, vel Monasterium; non tamen ad coquinam, vel similem locum in Monasterio cap. *Ligna de consecrat. dist. 1.* Vasa autem argentea, in calibus, quibus vendi possunt, si transmutentur igne, & ferro, possunt conuerti in alios vsus. Filiucius Villalob. apud Trullench loc. cit. Conueniant DD. res profanas posse fieri sacras per benedictionem, & ad vsus sacros adhiberi, etiam in pristina figura, si ea apta sit, & absit scandalum, aut indecentia. Pater ex communi vsu Ecclesiae; nam sanctus Urbanus Papa domum sanctae Ceciliae in Ecclesiam consecrauit, idque fecerunt alij Pontifices.

113 Licitum est, Sacerdotes cum vestibus Sacerdotalibus sepelire, ut practicatur; nam cap. *Nemo de consecrat. dist. 1.* Solum prohibetur sepeliri *palles* id est Corporalibus. Vide Ledesman cap. 22. de Eucharistia post. §. conc. & Villalobos diff. 29. infine.

(.?)

INTERROG. XXV.

Que preparatio requiratur ad celebrandam Missam?

114 Resp. Non est mortale dicere Missam, ante Matutini Officij recitationem, quia nō est ordo necessarius inter Matutinum, & Missam, nec ad hoc præceptum obligat. DD. communiter. Quod intelligitur respectu particularium; nam in Communitate, esset mortale dicere Missam Conventuale ante Matutinū, vt asserit Ledesma tom. 1. de Eucharist. cap. 13. nisi esset grauis causa, & scandalum cesseret.

115 Debet Sacerdos esse ieiunus naturaliter; et quod debeat communicare in Missa, vt iam est dictum. Et Sacerdos celebrans non ieiunus deponendus est. Cap. *Nihil q. 1*

116 Debet etiam habere eandem dispositionem necessariam, vt euitetur omne periculum irreuerentiæ, & non imponendi finem Missæ; & ita caducus, & epilepticus, *que es el que tiene desmayos*, peccant mortaliter celebrando; ob periculum cui se exponunt non finiendi Missam ex cap. *commun. 13. q. 13*. Et idem est, *del que tiene vomitos, o semejantes enfermedades.*

117 Requiritur etiam ad celebrationem Missæ, vt Sacerdos prius abluat manus, ex de-

centia; non autem ex necessitate, quæ inducat præceptum in sub mortali; vt ait Suarez disp. 82. lect. 1. & DD. communiter.

118 Preparatio ad Missam, quæ assignatur in Missali est res sancta, quod fiat; sed de illa non est præceptum, vt asserunt DD. communiter.

119 Ex parte animæ puritas conscientiæ requiritur, tum, ad sacrificandum, tum, ad Eucharistiam recipiendam; & ita qui celebrat in mortali committit peccatum cum duabus malitijs, & quia sacrificat in mortali; & quia in mortali communicat, vt asserunt Villalobos; & Trulench. Nec additur tertia malitia ob cōsecrationem, quia hæc non est distincta ab actione sacrificandi, contra Ledesman in sum. 1. p. de Euchar. cap. 23. con. 4. DD. communiter.

INTERROG. XXVI.

An Sacerdos teneatur obseruare, & dicere ea, que continentur in Missali?

120 Quod sic; ea omnia tenetur dicere, vt constat ex Tridentino de obseruandis in celebrat. Missæ sess. 22. & ex verbis Pij. V. in principio Missalis: *Mandantes. & striete omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt Missam, juxta ritum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc. à nobis nunc traditur,*

des

decent, aut legunt. Et si aliquis ex privilegio alio modo dixerit Missam tenetur observare ritum sui Missalis.

121 Circa quod decretum, est notandum, quod si Sacerdos omittat, aut mutet aliquid in Missa in re gravi, erit peccatum mortale. DD. communiter. Si autem omissio, vel mutatio sit levis erit solum culpa venialis. Unde est, esse mortale, omittere, vel Epistolam, vel Evangelium; & gravius est peccatum, si aliquid Canonis omittatur v.g. *Communicantes*, vel quid simile. Sed mortale non esset, omittere aliquod verbum, etiam si esset Canonis, vt asserunt Suarez disp. 83. sect. 1. Ledesma in sum. tom. 1. de Euchar. capit. 14. post. 4. conc. Villalobos diff. 31. & alij. Si propter oblivionem omissa fuit *Gloria*, aut *Credo*, repeti non debent; quia nec sunt de substantia, nec absque nota queunt iterari. Sylvester v. Missa 1. q. 5.

122 Religiosi in Canone Missæ debent (quando dicunt, *An tistitem nostrum*) nominare Episcopum Diocesis, vbi celebrant, & non illorum Prælatum, vt dicit Missale reformatum, in Rub. pag. 8. Et hoc sub mortali, ex declarat, Cardinalium, apud Villalobos diff. 31. Ignorantia excusat à mortali, vt aiunt iuxta Villalobos, Rodriguez, & Portel, ab eo citati. In solemnibus Missis, in qua Subdiaconus, & Diaconus cantant, Epistolam, &

Evangelium, dicit Ledesma, vbi supra, non teneri dicere Sacerdotem summissa voce Evangelium, & Epistolam; quem sequitur Cruz q. 4. de extremis Missæ conc. 4. Sed Nauarrus tenet contrarium, de orat. Miscel. 78 & pro hac opinione stat vñs. Si Missa diei sit de feria, potest dici alia Missa votiva. Et etiam in die semiduplici possunt dici etiã Missæ votivæ, & de Requiem, & melius dici potest Missa de Requiem in die feriaz. Nec peccabit mortaliter Sacerdos, qui in diebus Dominicis, vel in alijs festis duplicibus, aliam Missam votivam, vel de Requiem celebraret. Hurtado diff. 12. Miranda, Suarez, & alij apud Dianam 1. p. tract. 14. res. 30. Imo nec veniale esse, dicit Hurtado loco citat.

123 Qui est obligatus dicere Missam de B. Virgine Maria v.g. & dicit Missam diei, iufficiẽter ad implet obligationem; dum modo absit scandalum; nam dicere hanc, vel illam Missam, est quid accidentale, vt asserunt Cruz, & Villalobos, & DD. communiter.

124 Omittere Missam inceptam, absque causa urgentissima est peccatum mortale; specialiter, si Epistolam dixerat, aut Evangelium. DD. communiter ex cap. nullus de consecr. dist. 1. & manet suspensus Sacerdos ita faciens, vt ait Sa lcedo in practica criminali ca. 45. q. 126. Esset causa legitima illam omittendi, si in

cepta. Missa Sacerdos recorde-
tur, se non esse ieiunum aut esse
excommunicatum, vel irregu-
larem, suspensum, aut interd-
ctum, debet illam omittere;
si absit scandalum, & non ince-
perit cōsecrationem I.D.D. com-
muniter apud Villalobos n. 8.

125 Sed Nauarrus in man.
cap. 21. n. 75. dicit, quod si Cano-
nem inceperit, debet progredi
ultra. Potest etiam omitti Missa
incepta, si Sacerdoti celebra-
nti superueniat infirmitas, ita vt,
commode, & reuerenter eam
perficere nequeat, vt ait Cruz
dub. 3. conc. 4. Iterum incipere
Missam, incepto Canone, est pec-
catum mortale, ob notabilem
irreuerentiam, ex quacunque
causa fiat, vt aiunt Ledesma, &
Cruz. Ilā repeti posse, seu de no-
uo incipi, etiam dicto Euan-
gelio, censent multi probabile;
imò, & magis probabile, cum
rationabili causa, v. g. *si oñiel-
sen muchos, que no han oyo Missa,
y no pueden oyr otra*, vt asserunt
Nauar. & Ledesm. apud Villalo-
bos num. 9.

126 Sacerdos tenetur obser-
uare omnes cōceremonias Missæ;
ita, vt si omittat cōceremoniam
grauem, v. g. si omitteret potere
aquam in Calice, peccabit mor-
taliter; aut si prius consecraret
Calicem, quam Hostiam, vel
quid simile; sed si omitteret cō-
ceremoniam, non sic grauem, so-
lum peccaret venialiter.

INTERROG. XXVII.

*An liceat Sacerdoti sine Missa pro-
celebrare?*

127 Non licet, extra necessi-
tatem. Concil. Basil. sess. 21. *Qui*
minister debet esse vir; quamuis
femina possit à longè responde-
re deficiente viro, vt solent res-
pondere Moniales. Sed ad altare
femina admitti non potest mi-
nistrando vceculos, librum mu-
tando, &c. ex cap. 1. *de cohabitac-
Clericor. cum mulier.* Sed in casu
necessitatis vrgentis licet sine
ministro celebrare, v. g. ad com-
municandum infirmum, vt aiunt
Sotus, Graffys, & alij. *Qui* bene
aduertunt, quod, si necessitas sit
ordinaria, seu causa, est necessa-
ria dispensatio. Sic Heremita, qui
sine ministro est, dispensatione in-
digeret, vt solus possit in heremo
celebrare; quia hic, potius, est vo-
luntarius viuendi modus, quam
necessitas, quæ se offerat.

INTERROG. XXVIII.

*Quo modo occurrendum est defecti-
bus Missæ?*

128 Resp. In Missa. Alij de-
fectus sunt substantiales. Alij
accidentales. Substantiales sunt,
cum quibus nequit stare Missæ
sacrificium, vt si deficeret pa-
nis, aut vinum; cum acciden-
talibus stare potest, licet in illis

peccatum committatur, ut esset defectus aquæ in Calice, &c. De quibus iam sic dico. Si defectus fuerit in rebus essentialibus debet suppleri, ut integrum fiat sacrificium, & contrarium esset graue sacrilegium, & mortale peccatum.

129 Si Sacerdos ante consecrationem aduertat Hostiam esse corruptam, aut non esse triticam, sumat aliam, & ponat loco illius, & offerat illam ad minus *mentaliter*, & prosequatur Missam. Si autem hoc aduertat post consecrationem, aut post summptionem, sumat alteram Hostiam, & offerat sicuti est dictum, & incipiat consecrationem ab illis verbis: *Qui pridie, quam pateretur, &c.* Et sumat primam Hostiam, postquam acceperit Calicem, seu sanguinem. Nec refert, quod Hostiam non consecratam suscepit, & consequenter, non sic ieiunus ad suscipiendam secundam consecratam; *porque es de mayor importancia del Sacrificio, que recibirle ayuno.*

130 Quod si aduerterit, post summptionem calicis, debet de nouo apponere panem & vinum illaque offerre & consecrare incipiendo: *Qui pridie quam pateretur,* & statim vtramque speciem sumere; ne sacrificium maneat imperfectum.

131 Item si hostia consecrata euolauerit, reperiri que nequeat, sumat aliam, offerat, & consecret

illam Missale Romanum de def. lib. num. 4. Et aduertit bene Villalobos tom. 1. tract. 8. difficult. 32. quod quotiescumque repetenda est consecratio Hostiae incipiendum est ab illis verbis: *Qui pridie, &c.* Et si consecratio est Calicis, ab illis: *Simili modo,* &c. Quia sic clarius exprimitur memoria passionis Christi.

132 Si Sacerdos, ante sanguinis consecrationem (etiam post Corporis consecrationem, comperiat, in Calice non esse vinum, aut non apposuisse aquam debet apponere vinum infundendo aquam offerre, *saltem, mente,* & incipere consecrationem ab illis verbis: *Simili modo,* &c. Sed si post consecratum Calicem aduertat, se non infudisse vinum, sed solam aquam, immittat eam in piscinam, aut in aliquod vasculum, & postea sumat cum ablutioe; deinde apponiat vinum, & consecret. Idem dico, si comperit, infudisse acetum pro vino. Si aduertat, se non apposuisse aquam in Calice, si est ante illius consecrationem, infundat illam; non vero, si est post consecrationem. Etsi materia, quæ deficit haberi non possit; si aduertat ante consecrationem Corporis non debet prosequi; sed si aduertat, facta consecratione, Calicis aut Hostiae debet sacrificium prosequi, & finire Missam. Ex Missali Rom. & habent DD. communiter.

133 In casu, quo Sacerdos sumen-

mendo Calicem, inueniret, solum in eo esse aquam, dicunt aliqui, esse consecrandam nouam Hostiam simul cum vino, vt seruetur debitus ordo consecrationis. Sic D. Thomas 3. p. q. 83. art. 6. ad 4. Syluester v. *Eucharist.* q. 20. & videtur approbare Pius V. in Missali. Alij vero asserunt, nouam Hostiam non esse consecrandam; sed sufficere, solū consecrare verum; quod esse probabile etiam docet D. Thomas in 4. dist. 11. in exposit litteræ in fine, & habent Sotus, Nauarrus, Coninch, Suarez, & alij prures. Quod in praxi sequendum esse censeo, ob vitandum scandalum; & consecrando Calicem solum, sufficienter suppletur defectus, nec vna species consecratur sine altera; quia tota Missa est vna actio moralis. Et in hoc casu ait Villalobos nu. 5. vt euitetur scandalum: *En cayendo en este defecto se llegue el Sacerdote al lado de la Epistola, y eche vino, y poquisisima agua, y luego lo ofrezca, y consagre en el modo que queda dicho, y le consume.* Et aduertat Sacerdos, quod cum aduertit, esse aquam id, quod habet in ore, non illud de ore eiiciat; sed aquam debet deglutire, ob indecentiam, & ob periculum expuendi simul cum aqua aliquam particulam ex Hostia accepta, adhuc in ore remanentem. Nec inconueniens est sumere Sanguinem, cum iam non sit ieiunus; nam maioris

cōsiderationis est præceptum diuinum de perficiendo sacrificiū, quam humanam, & positium Ecclesiæ desumendo Corpore, & Sanguine Christi cum ieiunio naturali.

134 Si defectus sit ex parte formæ, ita vt aliquid substantialiter illius omiseret, debet eam repetere, dummodo certo sciat, se omisisse. Sed si non recordetur, dixisse verba (vt solet scrupulosus contingere) credat, se dixisse totum, nec repetat. Sed si (re bene perspectat) adhuc maneat dubius Sacerdos, an protulerit formam, an non illam dixerit, repetat illam *sub conditione mentere-tenta*, vt dicit Missale, & asserunt DD. communiter. Et idem dicendum est de intentione; quæ essentialiter requiritur ad validitatem Sacramenti; nam si quis sit dubius de intentione consecrandi; si hoc dubium fuerit rationale, notabile, & prudens, & inuincibile, debet Sacerdos repetere verba consecrationis sub conditione saltem *mēte retenta*; quia hic defectus est substantialis, vt ait Suarez disp. 83. se&. 1. & DD. communiter tenent.

135 Si esset aliquid, quod impediret recipere hoc Sacramentum post consecrationem, debet auferri, vt integrum recipiatur. Et si tolli non possit, debet repeti consecratio, & suppleri defectus; ob integritatem sacrificij DD. communiter.

136 Vnde est, quod si in pa-

ne, aut vino esse venenum, si esset ante consecrationem, nec panis consecrandus est, nec consecrandum est vinum. DD. cōmuniter.

137 Si autem hoc cognoscatur post consecrationem, nec panis, nec vinum debent sumi, cū panis vitæ retorquendus non sit in mortē: tunc species panis, & vini seruandæ sunt, quoad vsq; corruptantur, & siccantur; & circa species vini fiat, quod Missale præcipit de defectibus, §. 10. n. 6. scilicet, quod imbibantur stappa aut panno, & seruentur quoad vsq; siccantur, & tunc comburantur, & cineres mittantur in piscinam. Et bene possunt comburi; quia ibi iam non est Sanguis Christi, vt asserunt DD. cōmuniter.

138 Infertur etiam, quod, si animal venenosum in Calicē incidat post consecrationem, idem fieri debet: si autē veneno careat & potest commodè recipi, g. *mosquito*, suscipiatur simul cum Sanguine: sed si esset talis conditionis, vt suscipi nō possit, extrahatur, lauetur, & comburatur, & ablutio, & cineres mittantur in piscinam, vt ait D. Thom. q. 83. art. 6. ad 3. Et Sacerdos debet fumere Calicē, nisi esset periculū vomitus; quia tuac, aut sumet alius Sacerdos, vel denuo consecrabit, vt aīr communiter DD.

139 Si sumpto Sanguine remaneat particula in Calice, potest eam digito vique ad Calicis labium perducere, & sic eam la-

mere ante purificationem, aut infundere vinum, & sic totum in mere; quia vtroque modo fieri potest, vt habetur in Missali nouo de defectibus §. 10. n. 8. Et si in prima vice particula nō potuit se iungi à Calice, potest iterum vinum infundere, vt asserit Villalobos, & cum eo Trullench lib. 3. de Sac. dub. 24. n. 18. Quod si Hostia ceciderit in Calicem, nō est reiterandum, sed extrahenda, si fieri potest comode; aliter, sumenda etiam cum Calice.

140 Si Hostia cadat supra mapam lauanda est, & aqua reponenda in piscinam: si vero super terram, aut tapetem, Sacerdos debet radere, mundare, & lauare locum, & puluerem mittere in piscinam. Similiter & aquam: si vero Sanguis decidat debet absorberi, si comode possit, siue locus, in quo decidit sit terra, aut pēs altaris *la tarima*, lambēdus est, & tabula radenda, & lapis radendus, & quod rasum fuerit, comburendum, & cineres mittendi in piscinam.

141 Si Sanguis ceciderit super aram, Sanguis lambēdus est, ara est lauanda, sed non radenda.

142 Si cadat in Syndone altaris, in Corporalibus, aut vestibus Sacerdotis, ter lauanda sunt ista super Calicem, & ablutio mittatur in piscinam, vt ait D. Thomas quat. 83. art. 6. ex cap. *Si per negligentiam de consecrat. dist. 2.*

139 Si Hostia miraculose
dispareat, aut conuertatur in
carnem, aut quid simile, ser-
uanda est cum veneratione (si-
cuti nunc seruatur in Monas-
terio *del Cebro*, Ordinis Be-
nedictorum in Regno Galle-
ciæ) & altera est consecranda, vt
constat ex Missali.

140 Si veniant inimici, &
non dum incepta est consecra-
tio, Missa omittenda est. Et si
veniant post consecrationem
& sit timor, faciendam iniu-
riam Sacramento, Sacerdos,
statim, sumat omissis cœre-
monijs, dummodo id fiat sine
iuria Christianæ Religionis, vt
bene Villalobos. n. 11.

141 Si effundatur sanguis,
& maneat aliqua gutta, hæc
sumenda est, quæ quidem suf-
ficit ad integritatem sacrificij;
& ideo consecratio non est ite-
randa: Si autem rotus effunda-
tur, ita, vt nihil illius rema-
near, quod sumi possit, tunc
vinum aliud consecrandum est,
ob sacrificij integritatem.

142 Si contingat, quod Sa-
cerdos statim post Missam
euomat, si in vomitu species
possint dignosci, debent sepa-
rari, & seruari in sacratio; sed
si non dignoscantur, totus vo-
mitus seruari debet, quoad
vsque siccetur, & comburatur
& cineres mittantur in pisci-
nam, Bonacina, Villalobos,
Trullench, & DD. communi-
ter.

143 Si idem Sacerdos ne-
quit supplere defectus substan-
tiales Missæ, alter supplere de-
bet, vt constat ex capit. *Nihil*
7. quæst. 1. & tenent DD. com-
muniter

144 Vnde est, quod si cele-
brans inter celebrandum mo-
riatur, aut non possit finire Mis-
sam, & non dum consecrauerat,
non est obligatio, quod alter Sa-
cerdos Missam perficiat, seu fi-
niat. Sed si Sacerdos iam con-
secrauerat, alter debet Missam
finire, etiam, si non sit ieiunus,
dum modo, alter ieiunus non in-
ueniatur, vt asserunt DD. com-
muniter.

145 Et intelligitur, etiam si,
vnam solam speciem consecra-
set (quidquid minus benedixe-
rit Bonacina tom. 1. disput. 4. q.
vlt. præst. 10. nu. 21) quia postea
consecratione vnius speciei, ad-
huc remanet altera consecran-
da, cum consecratio vtriusque
speciei, sit de iure diuino, vt iam
dictum est.

146 Et in hoc casu, alter Sa-
cerdos incipiet ab ea parte Mis-
sæ, in qua alter Missam reliquit.
Si nõ constat, qua in parte desijt
primus Sacerdos, & constat, cõ-
secrauisse calicem; incipiat se-
cundus ab illis verbis: *Vnde & me-
moris, &c.* Si dubitat secundus,
an primus consecrauerit, debet
consecrare sub conditione, sal-
tem mentali, vt ait Villalobos
diffic. 32. & cum eo Trullench,
dub 24. num. 21.

145 Quod si non reperiatur Sacerdos, qui in hoc casu Missam perficere possit, poterit laicus, si est dispositus Hostiam sumere; vel seruanda est cum reuerentia, & si species vini obseruari nequeat debita reuerentia; in tali casu, poterit eas laicus suscipere, quia preceptum non communicandi sub vtraque specie hic non obligat, propter reuerentiam Sacramenti, vt asserunt Ledesma tom. 1. sum. tract. de Eucharist. cap. 25. ante 6. concl. Villalobos dict. difficult. num. 16. Trullench loc. cit. num. 21.

146 Sacerdos nequit Missam in choatam interrumpere; & ita, si interruptio esset notabilis, esset peccatum mortale. DD. communiter. Excipe casum vrgentissimi necessitatis, vt pro baptizando infante, qui moritur, & non sit alius, qui baptizet, &c. Enriquez lib. 9. cap. 30. num. 3. Possuinus, Nauarrus, Syluester, Ledesma, & alij apud Trullench dub. 24. n. 22.

147 Non posse Sacerdotem repetere Epistolam, vel Euangelium, vt persona grauis, aut mercenarij Missam audiant, dicunt Rodriguez in sum. cap. 244. & alij; eo quod hoc esset indecentia, & irreuerentia. Sed Nauarrus de oratione, Miscel. 42. numer. 633. asserit id licere, praesertim in die praeccepti, cuius sententiam non audet condemnare sub mortali. Ledesma capit.

24. de Eucharist. post. 7. conc. dummodo non sit scandalum, & non sit inceptus Canon.

148 Circa defectus accidentales aduertunt DD. quod pro his vitandis adhibere debet Sacerdos moralem diligentiam; nam tenetur, hoc sacrificium integrum, & perfectum celebrare; ideoque, si defectus fuerit grauis, vt si non ad est aqua vel panis azymus, est omittenda Missa, vt asserunt DD. communiter. At si defectus leuis sit, vt si Hostia non est omnino integra, aut cum aliqua nigredine, aut si vinum aliquantulum esset acidum; in tali casu posset Sacerdos celebrare, vt ait Villalobos difficult. 23. & DD. communiter.

149 Regulariter loquendo, defectus accidentales, postquam commisi sunt, non sunt supplendi, iterando aliquid, vel supplendo, praepostero ordine; vt si omisit *Gloriam*, *Credo*, quae non sunt de substantia sacrificij; & maxime, si esset nota, aut scandalum; excipe nisi esset adeo leuis inora, vt posset dicere sine nota; tunc tenetur repetere.

150 Si celebrans recorderetur, se non esse ieiunum, aut esse excommunicatum, si aduertat id facta consecratione, debet proseguere Missam: at vero si consecratio facta non sit, debet illam omittere, si id fieri possit sine scandalo DD. communiter.

151 Ob defectus commissos non incurrit Sacerdos aliquam pœnam seu censuram, quæ sit in iure. Qui puniendus est ad arbitrium superioris, secundum de-

licti qualitatem, ut asserunt Vilalobos, & Trullench cum Ledesma capit. 29. de Eucharist. Et hæc de Sacrificio Missæ.

SECTIO SEXTA

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

NOMEN Pœnitentiæ dictum est à pœna, ita, ut idem sit pœnitentiæ ac pœna tenentiæ, & pœnitere idem est, quod pœnam tenere, ex D. Augustino lib. de uera, & falsa pœnitentiæ cap. 9. Dicitur etiam pœnitentiæ secundæ tabulæ post naufragium, ut asserit D. Thomas 3. par. q. 84. art. 6. & Tridentinum sess. 6. cap. 14.

Et est duplex Pœnitentiæ, scilicet uirtus, & Sacramentum; nunc agimus de illa, quatenus uirtus est, postea de illa, quatenus est Sacramentum.

Et agant de Pœnitentiæ DD. cum M. g. Stro in 4. dist. 14. D. Thomas 3. par. q. 84. & ibidem Expositores. Petrus Soto de inst. Sacerd. tit. de Pœnitentiæ, Canus rel. Et. de Pœnit. Alensis 3. par. q. 12. D. Antoninus 3. par. tit. 14. Rosensis contra Luthicum, Bellarminus tom. 2. Enriquez tom. 1. de Sacram. lib. 4. Summistæ, v. Pœnitentiæ, Vazquez, Suarez, Nishus, Cominch, Ochagavia, Lugus, Caspensis, Hurtado, & alij multi.

INTERROG. I.

Quid sit uirtus Pœnitentiæ?

1 Resp. Pœnitentiæ est uirtus supernaturalis inclinans hominem ad detestationem peccati, ad satisfaciendum Deo pro iniuriæ illi illatæ, & conseruandum ius diuinum illatum. Ex D. Thom. 3. par. quest. 85. artic. 2. Et asserunt

Doctores communiter.

2 Eius obiectum materiale est malum culpæ seu peccatum, siue mortale, siue veniale, siue actuale, siue habituale, siue internum, siue externum, quod homo detestatur, quatenus est contra honorem, & auctoritatem Dei, ut asserunt DD. communiter.

3 Eius obiectum formale

est seruare ius diuinum ex speciali debito iustitiæ, seu resarcire Dei iniuriam, & offensam per peccatū ei illatam; eo quod Pœnitentiæ est quædam iustitia, quæ respicit peculiare ius, quale est diuinum, compensabile per virtutem Pœnitentiæ. Quæ non est virtus Theologica; cum immediate non respiciat Deum, sed peccatum, vt destruendum, & detestandum, & ius diuinum violatum, vt resarciendum; & si aliquo modo respicit Deum, respicit in obliquo, tamquam finem, cui sicut Religio respicit immediate cultum diuinum, & in obliquo, & tamquam finem cui ipsum Deum. Est autem Pœnitentiæ virtus moralis, per se infusa, & supernaturalis; quia per actus frequentatos acquiri nequit; sed infunditur in animam speciali Dei dono; tum, quia perficit hominem in statu gratiæ; & coniungitur semper cum charitate; infunditur in adultis, quando iustificantur, simul cum alijs virtutibus; in pueris autem quando baptizantur DD. communiter.

4. Pœnitentiæ subiectum proximum, & immediatum est voluntas ex D. Thoma quæst. 85. art. 4. & DD. communiter; eo, quod Pœnitentiæ, vel est detestatio peccati, & illius displicentia; & sic est quædam nolitio, quæ est actus voluntatis, vel est intentio satisfaciendi, quæ

etiam est actus voluntatis. Subiectum vero remotum Pœnitentiæ est qualibet creatura, quæ potest peccare, & est capax Pœnitentiæ. Vnde, excepto Christo, & B. Virgine Maria, qui non poterant peccare, ille ex natura sua, hæc per gratiam, & exceptis Angelis, qui sunt incapaces Pœnitentiæ propriè dictæ; in alijs omnibus reperiri potest hic habitus pœnitentiæ, vt in Adam, in infantibus in Beatis, in animabus Purgatorii, & in viatoribus; hi namque omnes, peccare potuerunt, & aliqui eorum de facto peccauerunt, vt certum est, & in confesso apud omnes Doctores; damnati verò, quia ratione status sunt incapaces pœnitentiæ; ideo illa carent. Vide Suarez disput. 7. sect. 1. numer. 10.

5. Actus Pœnitentiæ diuiduntur in inter nos, & externos. Interni sunt quatuor, 1. Voluntas destruendi peccatum, 2. Odium ipsius peccati, quatenus est quoddam malum, 3. Detestatio, quæ est fuga quædam mali præsentis ex consideratione turpitudinis peccati, 4. Est dolor, id est displicentia, quædam orta ex detestatione peccati; de quibus late Suarez disput. 3. sect. 4. Actus externi Pœnitentiæ sunt confessio, & satisfactio, nec non elemosyna, ieiunium, & oratio, quæ imperantur à Pœnitentiæ, etiam si ab alijs virtu-

ritibus possint imperari D D. communiter.

6. Conueniunt Pœnitentiâ virtus, & Pœnitentiâ Sacramentum in his, 1. Quia vtraque est medicina addelendum peccatum actuale, 2. Quia vtraque dicitur secunda tabula post naufragium, 3. Quia vtraque versatur circa peccatum actuale, 4. Quod vtraque potest iterari, 5. Conueniunt nomine; quia vtraque dicitur Pœnitentiâ.

INTERROG. II.

Quid sit Sacramentum Pœnitentiæ? Et quando fuit institutum?

-7. Resp. Pœnitentiæ Sacramentum definitur: *Pœnitentiâ est Sacramentum remissionis peccatorum, quæ post Bap̄tismum committuntur.* Magistee sentent. in 4. dist. 14. Et vnum ex septem nouæ legis Sacramentis. Et institutum à Christo Domino nostro illis verbis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissionis is peccata, &c.* vt est definitum in Tridentino sess. 14. cap. 1. & can. 3. contra Lutheranos, & capit. *ad abolendam, de heretic.* anathematizatur, qui senserint, aut docuerint aliter de Sacramentis, quam prædicat, & obseruat Sancta Mater Romana Ecclesia.

8. Sacramentum Pœnitentiæ necessarium est his, qui lapsi sunt in mortale peccatum. Quæ

necessitas est, *medij* in ordine ad obtinendam salutem, vt definitur de pœnitent. dist. 1. can. *remissionem*, & in alijs. Et est necessarium, vel in re susceptum vel in voto illud recipiendi, id est, desiderium, propositum, illud suscipiendi intentio, seu voluntas, quando possibile fuerit, aut illud suscipere teneantur. Doctores communiter. Quamuis hi inter se differant; an requiratur votum explicitum, an implicitum sufficiat? nam Canus relect. de Pœnit. part. quæst. 2. explicitum exposcit. Alij (& melius) implicitum, dicunt, sufficere. Sic D. Thomas in 4. dist. 16. & 17. q. 34. artic. 5. Suarez disput. 17. lect. 34. num. 8. Bonacina, Ochagauia, Villalobos 1. part. tract. 9. diff. 7. num. 4. & probant ex Tridentino sess. 14. cap. 4. vbi dicit: *Votum hoc includi in contritione;* quod autem in alio includitur, non est, ex vobis, sed implicitum ergo, &c. Item hoc votum includitur ex natura sua in amore Dei super omnia, & in proposito obseruandi mandata, supposita institutione, & necessitate huius Sacramenti. Et idem est de contritione, quam semper dilectio comitatur; nam *qui non diligit manet in morte*, & ita in vtraque includitur votum suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ, vel (vt melius dicam) ipsa est votum implicitum illud suscipiendi.

9 Nihilominus non tollitur obligatio confitendi suo tempore illi, qui fuit per contritionem iustificatus; nam contritio in noua lege remittit peccata in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ; eo quod Christus Dominus ita instituit; vt peccata post Baptismum commissa sub dantur potestati clauium, & expientur hoc Sacramento; ideo enim dicitur vnicum remedium. Vide Suarez disp. 17. lect. 3. num. 7. Est etiam Sacramentum Pœnitentiæ necessarium necessitate præcepti, vt dicam suo loco.

INTERROG. III.

Qua sit materia remota Sacramenti Pœnitentiæ?

10 Resp. Materia remota huius Sacramenti sunt peccata actualia commissa post Baptismum, siue mortalia, siue venialia, vt asserunt DD. communiter ex Tridentino sess. 14. capit. 1. & 2. & 5. Sed cum hac differentia, quod mortalia sunt materia necessaria huius Sacramenti, quæ necessario debent confiteri; venialia vero sunt materia sufficiens, sed libera, quæ libere possunt cōfiteri, vel omitti DD. communiter. Hinc est, nec originale, nec actualia peccata commissa ante baptismum esse materiam huius Sacramenti.

art. 10. ad 2. & constat ex Tridentino sess. 14. cap. 1. vbi ait: *Hoc Sacramentum esse institutum ad delendum peccata post Baptismum commissa.*

11 Nec sunt materia huius Sacramenti peccata, quæ committuntur in ipsa Baptismi susceptione, vt si quando baptizatur adultus concupiscat mulierem, &c. Quia non sunt peccata hominis baptizati, nec commissa intra Ecclesiam; secus est, si peccata illa continuentur post Baptismum, quia tunc materia sunt huius Sacramenti, vt potest commissa post Baptismum DD. communiter.

12 Peccata mortalia semel rite confessâ non sunt materia necessaria huius Sacramenti; sunt tamen materia sufficiens, quæ possumus confiteri, quoties voluerimus, & absolutioni subijcere, vt habetur in Extrauag. 1. de priuileg. & Extrauag. *Uas electionis de hereticis.* Et cum sint solùm libera materia, possunt fideles cōfiteri ea, quæ voluerint, sicuti idem est de venialibus, & habet praxis Ecclesiæ, & reticere, quæ noluerint absolutioni subijcere. DD. communiter.



INTERROG. IV.

Quænam sit materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ?

13 Resp. Sunt tres actus pœnitentis, nempe, cordis contritio (sub qua continetur attritio) confessio, & satisfactio. Sic D. Thomas 3. p. q. 84. art. 1. Suarez disp. 18. sect. 3. & constat ex Florentino in Decret. de vnione & ex Tridentino sess. 14. cap. 3. Et est ratio; quia hoc Sacramentum exercetur per modum iudicij emendatiui, seu reconciliatiui. Ioann. 20. *Quorum remisseritis, &c.* Actus iudicij est accusatio rei, dolor delicti, & satisfactio illius; ergo, &c. Contritio, seu dolor, & confessio sunt materia essentialis seu partes essentielles huius Sacramenti, sine quibus stare non potest; cum hoc Sacramentum sit per modum iudicij emendatiui, quod necessario exposcit manifestationem peccati dolorosam, per confessionem, & dolorem DD. communiter.

14 Qui dolor (regulariter) debet esse formalis, vt aperte significant Florentinum, & Tridentinum, quæ dum assignant partes essentielles huius Sacramenti, faciunt mentionem doloris formalis, significando, in hoc Sacramento dolorem formalem esse materiam necessariam à Christo Domino institutam.

15 Hinc fit, non esse validam confessionem venialium sine dolore, quia dolor est de essentia huius Sacramenti; & quamuis non sit obligatio confitendi venialia; tenemur tamen de illis dolorem habere, ex suppositione, quod illa confiteamur, vt asserunt Entiquez lib. 4. capit. 26. num. 7. lit. T. Bonacina supra n. 8. Suarez disp. 20. sect. 6. n. 4. & DD. communiter.

16 Ad valorem huius Sacramenti (sed absque fructu) putant aliqui esse sufficientem, dolorem naturalem. Sed alij id negant Suarez disp. 20. sect. 4. num. 16. Coninch disp. 4. dub. 5. Trullench lib. 4. de Sacram. capit. 2. dub. 2. num. 6. & alij, qui ad valorem huius Sacramenti exigunt dolorem supernaturalem; eo quod dolorem hunc, vocant *Cœcilia, donum Dei*.

17 Dolorem, debere præsupponi ad confessionem, & illam antecedere, sentiunt Coninch, disp. 4. dub. 6. & Ochagau. tract. 1. q. 18. Sed alij melius negant, asserentes, non esse necessarium id; sed sufficere, quod antecedit absolutionem, etiam si post confessionem eliciatur. Vazquez, Suarez, & Filiucius apud Hurtado disp. 6. diff. 10. eo quod, dolor post confessionem elicitus coniungitur cum illa moraliter, & illam facit dolorosam.

18 Satisfactio realis, seu actualis non est de essentia Sacramenti.

si Pœnitentiæ. DD. communiter cum D. Thom. 3. part. q. 90. art. 2. eo quod absque illa saluatur essentia huius Sacramenti. De quo alibi dicam.

INTERROG. V.

Quenam sit forma Sacramenti Pœnitentiæ?

19 Resp. Et hæc: *Ego te absoluo à peccatis tuis* Est de fide, in Concilio Florentino, & Tridentino sess. 14. cap. 3. & patet ex usu Ecclesiæ ex communi sensu DD. Qui aduertunt, in solis duobus verbis: *Absolue*, itare essentiam formæ. Et ita non esse necessariam, quod pronomen *ego* exprimitur; quia intelligitur in verbo, *Absoluo*, & illis duobus verbis, *Absolue*, causatur, & significatur effectus formæ. Et ex illis, quolibet deficiente Sacramentum deficiet; nam actus iudicialis non potest significari, sine verbo, *Absoluo*, & remissio non potest practice fieri, nisi declaretur is, cui fit.

20 Unde est, fieri Sacramentum, etiam si omitatur pronomen *ego*. Sed quia est de præcepto, & usu Ecclesiæ, omitendum non est. Et si omitatur, absque scandalo, & contemptu, solum est veniale, DD. communiter.

21 Nec verba: *A peccatis tuis* sunt de essentia formæ; cum in illis verbis solum: *te absoluo* sit

substantia, & essentia totius formæ. Et verba illa (supposita confessione peccatorum) habent de terminatam significationem absoluentia peccatis. Et propter eandem rationem, hæc verba: *In nomine Patris, & Filij, & S. S.* non sunt de essentia formæ; non enim id Christus exprimit in forma Pœnitentiæ (sicuti exprimit in forma Baptismi, & Confirmationis) in quibus sit professio Fidei. Unde illa omitteus conficit Sacramentum sicuti, & omitteus verba: *à peccatis tuis*; & solum peccat venialiter, qui omitteus in utroque casu, secluso contemptu, & scandalo.

22 Pronomen *te* est necessario exprimendum in forma. DD. communiter; eo quod absolutio est sententiæ iudicialis, quæ ad reum dirigitur, & in eum terminatur; sententiæ enim, quæ non designat personam, nulla est. Nec in verbo, *Absoluo* continetur *te*, aut certe, valde dubie; nam indifferens est absoluentium *te, hos, aut illos*.

23 Actio ministri debet exprimi in forma, seu absolute, siue per verbum, *Absoluo*, siue per verbum, *condono*, aut aliud æquivalens, ut asserunt DD. communiter; eo quod confessarius tamquam iudex impedit absolutionem per modum sententiæ; quod fieri nequit, nisi exprimat actio quatenus exercetur à ministro.

24 Unde est, validam esse ab-

absolutionem, si dicatur: *Absol-
natur servus Christi*, nam hic suf-
ficienter exprimitur actio mi-
nistri. Non tamen, si dicat: *Ab-
soluat te Deus*. Nam sic ostendit,
quod Deus absolvit; non tamen,
confessarium absolvere, tam-
quam iudicem. Et ita dicunt
communiter DD. Formam hanc
proferendam esse per modum
indicativi, seu imperativi; ita,
ut non sufficiat, si sit depreca-
toria; eo quod sit actus iudicia-
lis, qui fertur, non deprecativus;
sed per modum imperantis. Un-
de valet absolutio: *Absolvaris a
me*; quia est per modum impe-
rantis, ut dicunt DD. commu-
niter.

25 Et ita validum est Sa-
cramentum Pœnitentiæ, quan-
do in forma solum est muta-
tio accidentalitatis, et si loco: *Ab-
solvo*, dicat: *remitto tibi*, vel *con-
dono peccata tua*, vel *beneficium
absolutionis tibi impendo*. Item si
absolvendo Regem, dicat: *Ab-
solvo Majestatem tuam*. Item si
in naufragio, aut incendio dicat:
Ego absolvo, &c. ut asserunt
DD. communiter, eo quod mu-
tatio accidentalitatis sit.

26 Potest iterari absolu-
tio super peccata de novo com-
missa, post receptum hoc Sa-
cramentum, toties quoties ho-
mo de novo peccaverit. Ex Tri-
dentino sess. 14 canon. 1. Potest
etiam iterari in ordine ad pec-
cata commissa ante receptio-
nem Sacramenti, sed omnia ex

oblivione, vel alia legitima cau-
sa, imò necessario est iterandum,
ut dicam alibi. In distinctis cõ-
fessionibus potest repeti abso-
lutio super peccatis legitime
confessis, & absolutis, DD. cõ-
muniter. Et confirmat pius usus
Ecclesiæ. Et in Extravag. *cum
inter cunctas* habetur: huiusmo-
di confessiones salubres esse. Et
est ratio; quia in illis postea
materia remota, renouatur pro-
xima, scilicet actus pœnitentis,
& possumus de eodem peccato
sapius contritionem habere, &
consequenter sapius illud con-
fiteri.

27 Et si aliquis dicat. Hæc
peccata iam sunt absoluta; quo-
modo ergo poterit verificari
forma, quæ significat actualem
absolutionem à peccatis. Res-
pondeo; quod sensus verborum
formæ absolutionis hic est:
*Ego quantum ad te me, confero
tibi gratiam remissionem peccato-
rum*, ut ait Suarez dil. p. 19 sect. 2.
Quæ quidem verificatur in pec-
catis absolutis, & iterum con-
fessis, respectu quorum gratia
collata à Sacramento Pœnitenti-
æ non est remittens actu, cum
iam sit peccatum remissum, sed
est remissiva, seu habet vim re-
mittendi, si peccata non essent
absoluta, seu remissa. Et eodem
modo verificatur forma absolu-
tionis cadens supra peccata iam
per contritionem delera.

28 Forma absolutionis ne-
quit impendi absenti. Et quæ

idaretur esset nulla, ex declaratione Clementis VIII. anno 1602. vbi damnat oppositum, *vt erroneum, falsum, & temerarium*, & præcipit, ne vnquam vt probabile defendatur. Nec potest conferri absolutio per scriptū etiam confessario præsentem, nec licité, nec validé, vt asserat Suarez disp. 21. sect. 3. Valentia disput. 7. punct. 3. Layman tract. 6. cap. 3. Bonacina, Coninch, & DD. communiter. Quod constat ex perpetuo vsu ecclesiæ, quæ numquam vsa est absolutione in scriptis, & multo minus nutibus; sed tantam verbis.

INTERROG. VI.

Quo modo conferenda sit forma absolutionis?

28 Resp. Bene monet Trullene cap. 2. dub. 4. quod circa hoc consulendum sit Rituale cuiusque Diocesis.

29 Forma, quæ communiter circumscribitur, est hæc: *Miserere tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te in vitam eternam, Amen. Dominus Iesu Christus absoluat: in cuius auctoritate. Ego te absoluo à vinculo excommunicationis maioris, vel minoris suspensionis, vel interdici, si forte incurristi. Item eadem auctoritate. Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.*

*Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beate Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni egeris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum. Amen. Quæ omnia, (& si tantum sint de essentia, verba, Absoluo) vt dictum est, vtiliter tamen, & laudabiliter dicuntur, & dicenda sunt pro temporis oportunitate; ad minus dicat: *Ego te absoluo à peccatis tuis*; instante autem necessitate sufficit dicere: *Absoluo*; vt ait Trullench loc. cit.*

30 In breuioribus confessionibus, sufficit breuiter dicere: *Ego te absoluo ab omnibus censuris, & à peccatis tuis*. Quod expresse docet Paulus V. in Rituali fol. 58. Nec necesse est, specificè nominare censuras, excommunicationem, vel suspensionem, &c. Sicuti, nec absoluitur à peccatis specificè, scilicet, furto, homicidio, &c. Sed in genere à *peccatis*, vt dicunt Bonacina, & alij apud Sanchez in selectis disp. 6 n. 13.

31 Et aduertendum est, Sacerdotem, quando profert formam, verè absoluere ipsum penitentem instrumentaliter virtute diuina, quamuis Deus principaliter ipsum absoluat. Et ita sensus verborum non est, declarare penitentem esse absolurū, vt asserit Magister in 4. dist. 18. Quem in hoc DD. communiter dixerunt.

32 *Qui est excommunicatus,*

tus, prius debet ab excommunicatione absolui, quam à peccatis; etsi confessarius, prius absoluat à peccatis, quam ab excommunicatione, peccat mortaliter; quia excommunicatus priuatus est receptione Sacramentorum.

33 Sacerdos, his verbis, *Ab. soluote*, potest à peccatis, & à censuris absoluerè, modo intendat ab vtrisque absoluerè. Quo in casu absolutio à censuris est prior natura absoluteione à peccatis, vt ait Bonacina de cens. disp. 1. q. 3. punct. 5. n. 3. & 4.

De effectu Pœnitentia.

INTERROG. VII.

An Pœnitentia remittat peccatū mortale?

34 Resp. Pœnitentia prout est virtus supernaturalis sufficiens est ad tollenda peccata mortalia. Est de fide ex Tridentino sess. 6. cap. 14. *Qui vero ab accepta iustificationis gratia exciderunt.* &c. & can. 29. *Si quis dixerit, etiam, qui post Baptismū lapsus est,* &c. & constat ex Sacra Scriptura, Isaïæ 55. *Derelinquat impius viam suam,* &c. Matth. 1. & 4. agite pœnitentiam, &c. *Et nisi pœnitentiam egeritis,* &c. Et est ratio congruentiæ; quia cum actus pœnitentiæ sit detestatio peccati, & conuersio ad Deum est ma-

xime proportionatus ad hunc effectum, qui est remissio peccatorum.

35 Nec est peccatum adeò graue in hac vita, quod nō possit deleri per Pœnitentiam. Et idem est, quamuis peccata in magno numero crescant. Est de fide ex Tridentino sess. 6. capit. 14. & canon. 19. & sess. 14. & ex alijs Concilijs præcipuè Meluitano, Arauscano, & Niceno can. 8. & habent DD. communiter cum D. Thom. 3. part. q. 86. art. 1. ex illo Ezech. 18. *Si impius egerit pœnitentiam, &c. omnium iniquitatum eius non recordabor.*

36 Si dicas; Blasphemia in Spiritum Sanctum non remittitur, vt habetur Marci 3. v. 32. *Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum,* non habebit remissionem in æternum, ergo, &c. Respondetur 1. cum D. Thoma q. 86. art. 1. ad 3. Euangelistam loqui de finali impenitentiâ, quæ vti sic irremissibilis est. 2. Respon- detur loqui Euangelistam de peccato commisso ex certa malitia, quod dicitur irremissibile, non absolute, & simpliciter, sed per hyperbolem, aut exaggerationem, eo quod difficile remittatur. Vide Trullench de Sacrament. lib. 4. cap. 2. dub. 1.

37 Pœnitentia, etiam vt Sacramentum sufficiens est omnia peccata remittere; tum, quia includit pœnitentiam virtutem; tum, quia Christus, Ioann. 20.

quando instituit hoc Sacramentum concedit, absolute confessionarijs id absque limitatione, dicens: *Quorum remisistis peccata, &c.*

33 Peccatum ad mortem, de quo loquitur Ioannes cap. 5. *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis, est finalis in poenitentia, ut ait D. Augustinus de corrept. & grat. cap. 12. & 1. retractat. cap. 16. & D. Gregorius 16. Mor. cap. 18.*

INTERROG. VIII.

An peccatum possit remitti absque Poenitentia?

39 Resp. Peccatum mortale actuale nequit remitti absque Poenitentia, de potentia Dei ordinaria, ut constat ex Conc. 1. Lateran. cap. *Firmiter de sum. Trinit. & fide Catbol.* Tridentino sess. 14. cap. 4. & sess. 6. cap. 6. Et colligitur ex verbis Lucae 1. *N si poenitentiam egeritis, omnis simul peribitis.* Et ex Apocalip. 1. *Ago poenitentiam sin manus, & nra ad te cito, &c.*

40 Quod si aliquando in Scriptura tribuatur alijs rebus remissio peccatorum, v. g. elemosynae iuxta illud Sap. cap. 7. *Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguat peccatum, & Lucae 11. Dato elemosynam, & omnia munda sunt vobis;* intelligendum est id; quia haec conducit ad remissionem peccatorum non formali,

ter sed dispositiue, & per modum impetrationis, ut asserunt DD. communiter.

41 Per accidens, aliquando peccatum mortale remitti potest absque formali actu poenitentiae cum sola virtuali & implicita poenitentia DD. communiter apud Suarez disput. 9. sect. 1. num 6. Quod potest contingere dupliciter. 1. Quando existens in mortali eius habet ignorantiam inuincibilem, aut illius in culpabiliter non recordatur, & elicit actum dilectionis Dei super omnia; tunc iustificabitur per illum actum, iuxta illud Ioann. 14. *Qui diligit me diligetur a Patre meo, &c.* quia talis actus est perfecta conuersio ad Deum, & virtute continet poenitentiam; nam qui Deum super omnia diligit ex charitate, detestaretur quodcumque peccatum, si ei in memoriam veniret, quod est implicite, & virtualiter habere poenitentiam. 2. Si Martyr raperetur ad martyrium, & non recordatur peccatorum mortalium commissorum; tunc consequetur gratiam absque poenitentia formali, & actuali iuxta illud Matth. 10. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c.* Et hic actus est magnae charitatis, & amoris Dei, iuxta illud Ioann. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

42 Sed si Martyr recordetur suorum peccatorum, & deficiat,

copia

œpia confessarij, tenetur illa de-
testari, & de illis dolorem habe-
re, nisi impediatur, vel amor mar-
tyrij, vel agonia mortis, vt asse-
runt Scotus, & Sotus citati à Vil-
lalob. dif. 10. n. 2.

43 An Deus possit remitte-
re peccatum absque formali pœ-
nitentia, hoc est sine dolore, vel
amore illius? Negant Sotus in 4.
dist. 15. q. 1. artic. 2. Petrus, Soto
lect. 4. de pœnit. & alij. Sed affir-
mant Sotus, Gabriel, Ocham, &
alij apud Suarez disp. 9. sect. 4.
co., quòd Deus potest remittere
peccatum vel extrinseca con-
donatione, vel infundendo gra-
tiam absque dispositione ex par-
te hominis, in quo nulla est im-
plicatio. Et hoc intelligitur, lo-
quendo de potentia Dei ab-
soluta; nam de pœnitentia ordi-
naria Deus non remittit pecca-
tum absque pœnitentia. Nec de-
facto Deus remittit vnum pec-
catum absque alio; eo, quòd de-
facto remittitur peccatum me-
dia infusione gratiæ, quæ expel-
lit omnia mortalia, & cum om-
nibus illis adstat impossibili-
lis. De potentia vero Dei ab-
soluta, vnum absque alio potest
remitti extrinseca Dei con-
donatione; quia in hoc nulla est re-
pugnantia v.g. condonare ho-
micidium, non condo-
nando furtum,

&c.

INTERROG. IX.

An per Pœnitentiam remittatur
pœna peccatorum?

44 Resp. Affirmative, loquen-
do de pœna æterna, quæ cõmu-
tatur in temporalem, ad quam
dimissa culpa manet obligatus
homo. Quod est de fide definitum
in Trident. sess. 6. ca. 14. & sess. 14.
cap. 8. & can. 12. & in Florent.
ab Eug. IV. in Decreto fidei, &
in alijs Concilijs. Et constat ex
Sacra Scriptura 1. Reg. 12. & 14.
vbi dicitur fuisse remissa pecca-
ta David, & tamẽ postea fuit ob
illa temporaliter pœnitus. Cõ-
stat etiã ex D. August. 2. de pec-
catorum meritis, & remis. c. 34.
& ex D. Ambr. lib. de pœnit. &
ex D. Cypr. lib. de Lapsis. & ex
alijs PP. Constat etiam ex vsu
Ecclesiæ in qua resurgentibus à
peccatis erant præscriptæ pœni-
tentia, vt constat ex Cõsilio Car-
thag. III. cap. 31. & ex Carthag.
IV. cap. 76. Et sic tenent DD. cõ-
muniter Vazq. q. 94. ar. 1. dub. 1.
Suar. disp. 10. sect. 3. Conin. disp.
2. dub. 12. Hurt. disp. 13. diff. 1.
Gran. tom. 5. controu. 7. tract. 3.
disp. 5. Villalob. to. 1. tract. 9. dif.
14. & omnes Scriptores Catho-
lici asserentes vnanimiter, quòd
remissa culpa per pœnitentiam
pœna æterna (quæ est pœna dam-
ni, & sensus æternaliter feren-
da in inferno) mutatur in tem-
poralem sufferendam in Pur-
gatorio, si non fiat pro illa in
hac vita satisfactio per opera

satisfactoria. Qui etiam DD. cōueniunt in hoc, quòd ex illa quātitate pœnæ temporalis, quæ remanet ablata culpa, semper remittatur; aut diminuatür aliquid virtute Sacramenti Pœnitentiæ; eo quòd Sacramentum Pœnitentiæ per se ordinetur ad relaxationem pœnæ temporalis sic Alexand. de Ales. in 4. q. 17. memb. 4. ar. 4. Gran loc. cit. Villalob. n. 1. vbi sic ait: *Faua podria ser tan grande la contriciõ, que por ella se perdonasse la culpa. y la pena: como aconecio al buen Ladrõ, y ala Magdalena; y en este sentido declaran los Expositores. Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Y assi como el que lleva mayor disposiciõ recibe mas gracia en el Sacramento, assi tambien se le perdona mayor parte de la pena temporal.* Huc vsq; Villalob.

45. Sed hæretici nostri temporis constanter tenent, post iustificationem, in qua culpa simul cū pœna æterna remittitur, nõ manere pœnam aliquam temporalem luendam. Et primo arguūt, ex illo Ezechiel. 18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor; sed si post remissã culpam per pœnitentiam Deus puniat peccata, quamuis tẽporali pœna, vere dicitur recordari peccatorum; ergo, &c.* Respondetur, in testimonio Ezechielis tantum significari, Deum nõ esse amplius recordaturum peccatorum pœnitentium, vt mor-

te pœnaque æterna puniat illa. DD. communiter.

46. Arguunt secũdo; quia Christus pro nobis perfectè satisfecit & plenè; ergo nihil restat pro quo sit à nobis satisfaciendum. Respondetur, Christum pro nobis plenè satisfecisse pro pœnis, sed non quoad efficaciam, ita vt suis meritis absque nulla nostra operatione, seu cooperatione immediatè dignitas pœnæ in nobis formaliter existens extingatur, aut ea dignitate manente pœna non sit luenda; sed tantum quoad sufficientiam; quia scilicet meruit, & quod nobis dẽtur dona gratiæ, quibus efficiamus opera satisfactoria pro pœnis tẽporalibus, & quod semel facta admittantur à Deo, in locũ pœnæ debitæ, seu pro debitis pœnis temporalibus, & etiam quod satisfactio Christi, & satisfactioes superabundantes sanctorum nobis applicentur per indulgentias pro nostris pœnis temporalibus, vt asserunt DD. communiter.

INTERROG. X.

An peccata venialia deleantur per Pœnitentiam?

47. Resp. Quod ex peccato veniali causatur in anima aliqua macula, quæ cõsistit in denominatione a præcedenti culpa, pro qua non dum homo condigne satisfecit. Quæ denominatio, & macula causa est, vt in homine sit aliquid, quod Deo displiceat, vt asserunt DD. communiter.

Qui

Qui etiam communiter dicunt, hanc maculam non deleri extrinseco Dei favore, sed per formam intrinsecam, & in hærentem ei, cui venialia remittuntur; atque adeo ex natura rei incompossibilem cum illa. Quæ remissio venialium fieri potest, aut in Sacramento, aut extra illud. Et conueniunt DD. in Sacramento Pœnitentiæ remitti venialia, quæ pœnitens confitetur, & subiicit clauibus, dummodo ad minus de illis attritus accedat; hoc enim significat forma absolutionis. Et eius modi remissio fit per gratiam, quam confert Sacramentum ipsum, non præcisè, & secundum se consideratam; sed instructa præuig. attritionis de illis, supra condignum eius meritum, vt asseruit Vazq. 1. 2. disp. 107. c. 4. & cū eo alij plures.

48 Extra Sacramentum sentiunt aliqui, venialia remitti per attritionē solam de illis. Sic D. Bonau. in 4. dist. 11. ar. 1. & cū eo Suar. disp. 11. sect. 3. Quod etiam asserunt Durand. in 4. dist. 16. q. 5. Ferriq. de pœnit. lib. 1. cap. 15. Azor li. 4. c. 10. q. 1. Conin. disp. 2. dub. 14. eo quod per attritionē peccati venialis sufficienter tractatur voluntas præterita illius. Sed melius negāt, adhuc in hominē iusto sufficere attritionem addelenda venialia; sed necessariā esse, vel contritionē formalem, vel virtualem inclusam in amore Dei super omnia, quæ est conuersio in Deum, & attri-

tio non est dicta conuersio. Sic D. Thom. q. 87. ar. 2. 3. & 4. & cū eo Vazq. ar. 1. dub. 1. Ochag. tra. 1. q. 20. Hurt. tom. 1. disp. 2. dif. 13. Qui de hac re videri potest. Et multominus remittuntur venialia per reliqua opera iusti distincta ab attritione, & contritione, & dilectione Dei, vt dixit Gab. in 4. q. 5. ar. 2. quia licet hæc opera iusti sint magis bona, quàm sint mala venialia, non sunt vera conuersio in Deum, nec munditiæ animæ; ergo nequeunt destruere culpas, & maculas veniales, quæ aliquo modo auertunt à Deo, & habent veram rationē maculæ, quamuis non simpliciter; sed tantum secū, dum *quid*.

49 Peccata venialia, quibus iustus ex hac vita decedit, remittuntur quoad culpam tantum in eo instanti, in quo anima separatur à corpore, perfecta contritione, sine formali, sine virtuali, vt asserunt Suar. to. 4. disp. 11. sect. 4. Hurt. disp. 2. de pœnit. dif. 17. & alij quia in eo instanti anima cognoscit veniales culpas, & ab illis liberari maxime optat, & ab eo instanti præsto illi ad est auxiliū efficax ad contritionem, vt ait Hurt. loc. cit.

50 Sacramentalia, quæ sunt *oratio Dominica, iunctio pectoris, aqua benedicta, manducatio panis benedicti, confessio generalis, largitio elemosynæ benedictæ o Episcopi, vel Abbatis*, non remittunt venialia ex se, & natura

seu ex opere operato, aut ex vi
sue institutionis, sed solum, qua-
tenus excitant ad contritionem
venialium, aut eam impetrant
à Deo, & habent DD. communi-
ter cum D. Thom. 3. p. q. 87. ar. 3
& in 4. dist. 15. q. 2. Quia de insti-
tutione Christi ad causandum
id ex opere operato non cōstat;
& Ecclesia ad id auctoritatem
non habet; cum potestas clauis
solum ad tria se extendat. 1. Ad
remittenda peccata medijs Sa-
cramentis. 2. Ad ligandum, &
soluendum à cēsuris. 3. Ad remit-
tendam pœnam Purgatorij pec-
catis nostris debitam, medijs in-
dulgentijs, non ergo Ecclesiæ cō-
cedenda est potestas instituendi
Sacramentalia, quibus peccata
mortalia remittantur ex opere
operato. Sicuti dixerit, habere,
D. Antoninus 1. p. tit. 10. cap. 1. §.
5. Victoria in sum. n. 99. de Penit.
Sotus in 4. dist. 11. q. 6. ar. 4. apud
Ochagauiam de Sac. Penit. tr. 1
q. 22.

INTERROG. XI.

*An peccata dimissa per penitentiam
redeant iterum per subsequens
peccatum?*

51 Resp. Negatiuè, quia pec-
cata semel dimissa non redeunt,
neque quoad culpam, neq; quoad
pœnam æternam, quia fuerūt di-
missa per veram gratiam, & tan-
tissimam pugnans cum pecca-
to quoad culpam, seu maculam,
& indirectè, & consequenter cu
dignitate pœnæ æternæ; ergo imp-

plicat peccatum sola Dei volun-
tate redire. Nec redeant peccata
dimissa per subsequens peccatū,
quantum ad pœnam tempora-
lem, vt asserunt DD. communi-
ter, ex illo Nahum 1. *Non surget
his tribulatio.*

52 Dicitur, autem, peccata
dimissa redire suo modo per pe-
catum subsequens, ratione ingra-
titudinis. Et est sensus; peccatum
subsequens esse grauius; quia pec-
catori dimissa sunt alia peccata,
vt asserit D. Th. q. 88. & cum eo
DD. communiter. Es in hoc
sensu explicandus text. Matt. 18.
qui dicit: *Serue nequam omne debi-
tum dimisi tibi. Quam ingratitu-
dinem, non est necessarium expli-
care in confessione, quia non est
circumstantia specialis peccato-
rum. Nisi, quando tale peccatū,
in quo reperitur, comitteretur
expressè in contemptum benefi-
cij accepti. DD. communiter.*

INTERROG. XII.

*An bona opera per peccata subse-
quentia mortificata, per veram
penitentiam iterum reui-
uiscant?*

53 Ex communi Theologorū
cōsensu datur triplex genus ope-
rū: viua, mortificata & mortua.
Illa opera dicuntur viua, quæ sūt
ab homine constituta in gratia,
& charitate. Mortificata vero, ap-
pellantur eademmet opera, quæ
prius viua fuerunt, superuenien-
te autem peccato mortali, nunc
mortificata sunt. Mortua autem

dicuntur illa, quæ licet ex se bona sint ad vitam æternam conducentia non sunt, quia eliciuntur ab homine extra statum gratiæ, & charitatis, & in peccato mortali existenti.


54 Et concors est Theologorum sententia, quæ asserit, merita vitæ æternæ iusti per peccatum mortale sublequens mortificationem, postea per sequentem iustificationem reuiuiscere. Quod efficaciter deducitur ex Tridentino sess. 5. cap. 16. dum ait: *Nihil ipsis iustificatis amplius de ipse credendum est, quo minus plene illis operibus, quæ in Deo sunt facta, a iustis legi probuitus vitæ statum satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia accesserint consequendam, vere promeruisse, consequantur.* Hæc sunt verba Tridentini. Et loquitur Concilium, non solum de iustificatis, qui gratiam vel acceptam semper conseruant, sed etiam de illis, qui gratiam amissam recuperant, vt ex contextu patet; ego operibus meritorijs iusti factis ante peccatum mortale (quo postea mortificantur) nihil deest, vt vitam æternam consequantur; si iustus ille, qui mortaliter peccat, postea resurgat, & decedat in gratia. Item merita priora solum impediunt, quod non habeant suum effectum per peccatum mortale, & quamuis sic impediatur, manent tamen in diuina acceptatione, ad hoc, vt premium pro illis conferatur debito tempo-

re; ergo ablato peccato cauiant suum effectum, qui est impetrate homini gloriam. Ergo redeunt merita per pœnitentiam, & sequentem iustificationem.

55 Sed obijcies locum Ezechielis cap. 18. *Si iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ illius non recordabuntur.* Respondetur, testimonium hoc Ezechielis intelligi, sub exceptione pœnitentiæ, quasi dicat: si iustus fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ illius non recordabuntur, nisi egerit pœnitentiam; quia si hanc non agat, merita illius præcedentia non præualebant contra iniquitatem.

56 Reuiuiscunt hæc merita (supposita remissione peccati, per quod fuerunt mortificata) ex natura rei, vt bene Vazquez quest. 85. art. 5. dub. 1. contra aliquos. Et resurgunt, seu reuiuiscunt ad omnem gradum gloriæ, quem merebantur, ante mortificationem, vt asserunt Magister in 4. distint. 14. Ricardus, Almainus quest. 1. art. 2. Scotus, Durandus, Vazquez quest. 89. artic.

3. dub. 2. & alij.



De contritione perfecta, & imperfecta.

INTERROG. I.

Quid sit contritio?

357 Resp. Dolor de peccatis dicitur contritio. Si est perfectus dolor, id est, propter Deum (cum dilectum proprie dicitur contritio. Quae sic definitur: *Contritio est dolor de peccatis voluntarie assumptus; quia fuerunt contra Deum commissa cum proposito cauendi in futurum, confitendi, satisfaciendique, & cum spe veniae diuinitus obinende.* DD. communiter. Qui aduertunt contritionem non debet esse dolorem maximum in intentione; nam in qua cumque intentione saluatur contritionis essentia; sed debere esse dolorem maximum appetitum; hoc est, quod ira detestetur peccatum, & odio illud habeat, ut pro nulla remandi illud voluerit commissum, ut asserunt DD. communiter.

358 Et quamuis vtile sit formare dolorem de vno quoque peccato in particulari; hoc tamen necessarium non est, nec ad contritionem in se, nec quatenus est dispositio in Sacramento; cum sufficiat habere contritionem omnium peccatorum, ut asserunt DD. communiter; eo quod, qui sic

contemnitur, vere recedit a peccato, & diligit Deum.

59 Dicitur in definitione *Voluntarie*; nam si actus contritionis voluntarius, & liber non esset, nec esset meritorius, & etiam; quia peccata committuntur propria voluntate, & voluntate propria detestanda sunt.

60 Dicitur etiam, *quia fuerunt contra Deum commissa*; nam contritio includit charitatem, ut asserit Tridentinum sess. 14. cap. 4. & can. 5. iuxta illud Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.*

61 Dicitur: *Cum proposito cauendi in futurum*; quia ita dicit Tridentinum expresse sess. 14. can. 5. Et quia non vere a peccato recederet, qui hoc propositum non haberet. Quod, quidem, propositum non solum includit evitare peccata, sed etiam res illas, quas dubitat, esse peccata, et non, & occasiones proximas peccati.

62 Quod quidem propositum debere esse formale, tenent Caietanus, Soras, Ganus, & Bellarminus. Sed alij sentiunt, sufficere virtuale; inchoatum in ipso contritionis actu. Sic Ioannes Maior Almainus, Vega, Petrus, Soto, Nauarrus, Calpensis tom. 2. tract. 24. disp. 3. sect. 4. & alij. Qui aduertunt, quod quando memoria peccatoris contentis peccata futura occurrant, debet habere propositum formale. Quale non committit.

periculum mortis obligari ad contritionem per accidens, ratione præcepti alterius virtutis distincta a charitate, v. g. quando administrandum est aliquod Sacramentum, & non est copia confessorij, quia tunc est obligatio contritionis, non ex charitate per se, sed per accidens ex virtute Religionis, vt digne, & religiose administraretur Sacramentum. Unde, qui tunc sine contritione administrat Sacramentum peccat peccato sacrilegij, non peccato omissionis committis.

69. Extra articulum, & periculum mortis sentiunt Caietanus in sum. v. *contritio*. Vazquez q. 86. art. 2. dub. 6. Hurtado disp. 4. diffic. 4. non obligare contritionis præceptum per se; quia tantum videtur contra rationem, & contra charitatem erga Deum (ex qua sola oritur præceptum contritionis) in æternum permanere in inimicitia Dei. Quod iam explosiue stat Alexander VII. in Bullæ *Santissimus audiuit*. Et ideo dicendum, illum qui diu viuit, etiam extra mortis articulum teneri aliquoties in vita contra de peccatis suis, ex vi præcepti diuini naturalis, vt asserunt Henriquez, Coninch, & Suarez apud Ochaguiam de Sacram. Pœnit. tract. 1. q. 16. nu. 6. Qui de hoc videri possunt.

70. Eum, qui sine formali contritione iustificatur extra sacramentum per formalem Deum amon-

rem, cum obliuiscens suorum peccatorum, teneri postea, cum ipsorum reconlatur elicere contritionem formalem, sentiunt Suarez disp. 15. sect. 4. Nauarrus in sum. cap. 1. num. 5. & Coninch disp. 13. dub. 4. Sed id negat Vazquez q. 86. art. 2. disp. 2. Vide Caspensem to. 2. tract. 24. disp. 3. sect. 6. n. 85.

INTERROG. XV.

Quid sit attritio

71. Resp. Nōmine attritionis ex vsu Ecclesiæ, & Theologorum intelligitur, illa detestatio, seu dolor, qui cum sit inferior contritione sufficit tamen cum Sacramento ad iustificationem inducendam, vt constat ex Tridentino sess. 14. cap. 4. licet ipsa sine Sacramento sit insufficientis.

72. Et huiusmodi attritio definitur sic: *Est dolor de peccatis, vel ex turpitudine peccati consideratione, vel ex gehenna pœnarum metu conceptus, cum proposito cauendi in futurum, spe veniæ diuinitus obtinenda*. Debet attritio hæc esse efficax omnium peccatorum cum proposito cauendi in futurum, si cui indixit de contritione. Debet esse super naturalis, vt sit sufficiens dispositio ad gratiam, & cum illa Sacramentum Pœnitentiæ cum fructu recipiatur, vt asserunt Henriquez lib. 4. cap. 21. num. 6. & cap. 26.

num 5. Filicij tom. 1. tract. 6. cap. 7. num. 194. Suarez disp. 5. sect. 1. num. 2. Bonacina, Hurtado, Trullench. & DD. communiter. Et ratio fundamentalis est quia Concilium Arausicum, Meleuitanum, & Tridentinum sess. 6. cap. 3. & sess. 14. cap. 4. semper requirunt dispositionem supernaturalem ad gratiam, ut sit illi proportionata inentitate. Et ideo Tridentinum sess. 14. cap. loquens de attritione requisita ad Sacramentum Pœnitentiæ docet, esse *donum Dei*, & Spiritus Sancti *impulsam*.

73. Unde est, attritionem naturalem non sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut asserunt predicti DD. qualis esset illa, quæ, quis doleret de peccatis ob motuum, seu finem naturalem; ut si doleat de peccato, quatenus est contra rationem naturalem, ut contingere potest apud infideles, aut contra Deum auctorem naturæ, & finem naturalem, aut si de peccato quis doleat propter infamiam, aut quia ex peccato incidit in morbum, vel quia propter peccata est morte plectendus, &c. Quidquid minus benedixerint Sor. & Canus apud Suarez disp. 5. sect. 1. existimantes hanc attritionem naturalem sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ.

74. Hæc igitur attritio supernaturalis est dispositio ad gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, ut ait Tridentinum sess.

14. cap. 4. loquens de attritione, per hæc verba: *Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetranda disponit.* Et admittunt DD. communiter ex dictis verbis Tridentini.

75. Et potest homo tripliciter dolere de peccatis ob timorem gehennæ, seu pœnarum inferni, 1. Excitativæ, seu ob causam extrinsecam, quatenus scilicet homo timore pœnæ accipit occasionem dolendi de peccatis, & præstandi aliquod opus bonum. Quæ attritio bona est, & honesta, quia talis timor, qui tunc concurrit, tamquam obiectivæ excitans est bonus, ergo, & attritio ex huiusmodi timore procedens. Et hoc est diffinitum à Tridentino sess. 6. cap. 6. per hæc verba: *A divina iustitia timore, quo utiliter concutitur,* & asserunt DD. communiter: 2. Potest dolere de peccatis ob timorem gehennæ, tamquam ob finem proximum non excludendo ultimum finem, idest Deum, ad quem, seu ad cuius gloriam hic dolor referri potest. Qui dolor, seu attritio est bona, & laudabilis ex D. Thoma q. 85. art. 5. ad 1. & communi consensu DD. apud Suarez disp. 5. lect. 2. & constat ex illo Spalm 33. *Timete Dominum omnes Sancti eius.* Et ex alijs & ex Tridentino sess. 6. can. 8. Nec ob est dicere, q. 6. in hoc do-

dolor est in ordinatio, quia odio habetur culpa propter poenam, ergo homo magis odio habet poenam, quam culpam, & censuram illud: *Propter unum quod qui tale, & illud magis, &c.* non sibi est maius odium concipere poenam, quam culpam. Respondetur, concedendo, quod per hunc actum plus odit homo poenam, quam culpam; sed hoc non impedit, quo minus per alium, & sub alia ratione magis homo odio habeat culpam, quam poenam; nec quod id actus est malus, sed potius bonus, cum detestetur peccatum. Nec per omnem actum homo obligatus est ad maius odium culpae quam poenae, ut asserunt Villalobos tom. 1. tract. 9. diffi. 72. num. 51. Trullench de Sacram. lib. 4. cap. 3. dub. 5. num. 3. & apud illum, Etinius, & alij. 3. Potest homo dolere de peccatis ob timorem gehennae, sed cum tali affectu, ut si poena non esset, non precaveret peccatum. Qui quidem dolor maior est, cum non excludat affectum peccandi, ut ait D. Thom. 2. 2. q. 19. & DD. communiter.

76. Quia propter hoc dolor nequit esse pars Sacramenti Poenitentiae. Sola igitur attritio (supernaturalis ex peccati turpitudine, vel ex timore gehennae, quae est Christiana attritio, & remouet voluntatem a peccato) est pars Sacramenti Poenitentiae & a gratia dispensatio. Quae vocari solet imperfecta contritio;

non quia contritio sit, cum specie differat a contritione ex diuersitate obiecti formalis, seu materiae; sed vocatur ita analogice, sicuti homo peccatus vocatur homo, licet in reuerentia homo non sit.

77. Et est supernaturalis haec attritio, de qua loquimur, non solum, quia fit gratia Spiritus Sancti, ut dicunt Concilia citata, sed etiam quia respicit finem supernaturalem, quae est ob peccati turpitudinem; respiciens hanc, seu peccatum, quatenus per ipsum amittitur gloria. Quae est propter poenam inferni respicit haec, ut iustitias, seu iniustitias a Deo, & ut quodam modo inchoant diuinitus supplicium nisi peccator emendetur, ut asserunt DD. communiter.

78. Nec necesse est, ut attritio existimetur contritio, ut possit esse pars Sacramenti Poenitentiae, ut asserunt DD. communiter contra Soram in 4. dist. 182. q. 3. art. 2. & Victoriam relect. de potestate Ecclesiae q. 1. Tam, quia Concilium loc. cit. solum loquitur de attritione, nulla facta mentione de contritione exigimata. Tum, quia existimatio haec (cum sit error) indecens esset, quod institueretur a Christo dispensatio ad gratiam sanctificantem; ergo &c. Videatur Hurtado disp. 6. diffi. 3.

79. Nec sufficit ad effectum Sacramenti Poenitentiae attritio, quae poenitens dolet, eo quod non ha-

habeat dolorem peccatorum suorum, ut dixerunt Paludanus in 4. dist. 17. q. 1. artic. 5. Nauarrus cap. 1. num. 18. & Sà v. *contritio*. Qui ex Tridentino sess. 14. cap. 4. ad effectum huius Sacramenti requiritur dolor de peccatis: & dolor de carentia doloris non est dolor de peccatis, ut asserunt Vazquez, Fillicius, Bonacina, Hurtado diffic. 4. & DD. communiter.

80. Nec in contritionem potest transire attritio nec attritio contritio fieri; sunt enim diuersi actus secundum speciem; qui respiciunt diuersas rationes formales, ut dictum est; ergo vnus actus nequit fieri alius; sicut homo non potest fieri equus; nam species sunt sicut numeri, quorum vnus semper est diuersus ab alio.

81. Minus proprie dicitur attritio, contritionem fieri quatenus accepta iustificatione attritio in homine iusto est meritoria augmenti gratiæ, & gloriæ: ac si esset contritio perfecta, ut bene Ochagavia de Sacramento tract. 1. q. 19. & alij. Et ita intelligendum est commune pro loquum DD. dicentium quod per Sacramentum: *Fit de attrito contritus*. Vel potest alio modo hoc intelligi, scilicet, quod homo attritus actualiter fiat per Sacramentum contritus habitualiter, eo quod per Sacramentum infundatur illi habitus Pœnitentiæ, qui est contritio habitualis,

seu habitus inclinans vel iustitiam ad contritionem, ut ait Nilobos tom. 1. tract. 9. diffic. 24. n. 3. & alij.

82. Ex dictis, facile est explicare, quomodo differant attritio, & contritio, 1. Differunt ratione obiecti formalis, & essentialis, nam contritio est detestatio peccati, quia est offensa Dei summi boni, & summe dilecti: attritio vero, & si quidem sit detestatio etiam efficax ad auertendam voluntatem ab affectu peccandi, & ex motiuo etiam supernaturali, sed non quod sit Deus ipse offensus quatenus summum bonum, nec ut summe dilectus. 2. Differunt, quia attritio non includit dilectionem Dei super omnia; ideo se sola absque Sacramento non est sufficiens dispositio ad iustificationem, ut docent DD. communiter sicuti est contritio: Unde D. Augustinus de vera, & fals. pœnitent. & cum eo DD. communiter, vocant attritionem, *versio-nem*, contritionem vero, *conuersionem*. 3. Differunt, quia contritio est actus vel à charitate elicitus, vel cum illa coniunctus, non sic vero attritio. 4. Differunt, quia contritio semper iustificat; attritio nunquam, nisi iungatur Sacramento: ob has rationes dicitur attritio dolor imperfectus; contritio vero dolor perfectus appellatur. Videamus Suarez disp., sect. 1. num. 6. Fillicius tom. 1. tract. 6. cap. 1. nu.

153. & cum alijs Bonacina tom.
1. punct. 3. num. 11.

INTERROG. XVI.

An possit dari Sacramentum Pœnitentiæ in forme ex defectu doloris?

83 Resp. Illud dicitur Sacramentum in forme, quod est essentialiter perfectum, & validum, sed in fructuosum, & absque effectu gratiæ causato in suscipiente illud, ob defectum dispositionis in subiecto recipiente Sacramentum, & positionem obicis, seu fictionis, ne gratia causetur à Sacramento. Exemplum sit in Baptismo, Cōfirmatione, & Ordine, quando suscipiuntur ab existenti in peccato mortali: quo in casu valida sunt quoad substantiam, & quia tunc non conferunt gratiam, dicuntur in formia. Et sic similiter, nunc examinamus, an possit dari Sacramentū Pœnitentiæ validum, & firmum quoad substantiam, sine fructu tamen, scilicet, sine gratiæ, charitatis, & aliarum virtutum excellentiæ, defectu quarum in forme sit.

84 Et circa hoc sunt duæ opiniones. Prima est negatiua, quam tenent Vazquez q. 92. art. 2. numer. 13. Medina Codic. de confession. Maior. in 4. dist. 17. q. 5. Gabriel q. 1. art. 3. Coninch disp. 4. dub. 11. Ochagavia tract. 2. §. 3. Lsynna tract. 6. cap. 2. &

alijs plures. Quorum fundamentum est: quia dolor qui requiritur ad essentiam Sacramenti, sufficit etiam ad effectum illius ut dispositio, ex Tridentino sess. 14. cap. 4.

85 Secunda sententia communior, & venor est affirmatiua, quæ assertit dari Sacramentum Pœnitentiæ in forme ex defectu doloris. Sic D. Thomas in 4. dist. 17. art. 4. & expressius in addit. q. 9. art. 1. Enriquez lib. 4. cap. 24. num. 2. & lib. 5. cap. 11. num. 1. Ledesma in sum. cap. 16. de Pœnit. conc. 7. Suarez disp. 20. sect. 5. num. 3. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 7. q. 8. & 11. Diana 2. v. tract. 1. ref. 65. Hurtado diff. 8. disp. 6. de Pœnit. Granada tom. 5. tract. 3. disp. 3. sect. 3. Trullench de Sac. lib. 4. cap. 66. dub. 6. & alijs plures. Quam sententiam probant, 1. A paritate reliquorum Sacramentorum, quæ in formia esse possunt, ut patet in Baptismo, Matrimonio, &c. Ergo, & Sacramentum Pœnitentiæ in forme esse poterit, 2. Probat Enriquez dari confessionē in formem, scilicet, quando pœnitens habet attritionem supernaturalem sed ita imperfectam in hoc genere attritionis supernaturalis, ut non excludat affectum peccati, nec perfectē voluntatem reuocet a peccato; ignorat tamen pœnitens inuincibiliter eam in perfectionem. 3. Probat Filiucius, & Bonacina (apud Trullench dub. cit. n. 5.) dari

dari confessionem informem; quando scilicet pœnitens solum habet dolorem, seu attritionem naturalem, ignorat tamen inuincibiliter esse naturalem, & bona fide patat, esse supernaturalem; tunc quidem, non recipit gratiã, ex defectu attritionis supernaturalis in re, est tamen validum Sacramentum: ergo, &c 4. Probat Suarez, Filucius, Valenzia, & Granado dari confessionem informem in casu, in quo pœnitens haberet attritionem supernaturalem, quæ non se extendat ad omnia mortalia, v. g. si quis post diligens conscientie examẽ prudenter credat, se solum commisisse duo peccata mortalia, v. g. contra temperantiam, & iustitiam erga proximum, cum re vera commiserit aliud, v. g. cõtra Religionem: in hoc casu, ut ad confessionem accedat, satis est dolor de duobus illis peccatis; quia nemo tenetur dolere de peccato, quod prudenter credit se non commisisse; ergo tunc recipiet Sacramentum Pœnitentie, & tamen non consequitur gratiam, & remissionem peccatorum. Probatur consequentia primo, quod priorem partem; quia ibi datur ex parte pœnitentis vera materia, scilicet peccata, quæ memoriæ factõ diligẽti examine occurrunt, eorumque confessio cum vero dolore, & intentione recipiẽdi Sacramentũs ergo recipiet verũ sacramentum supposita intentione inuincibiliter ab

soluendi illum. Secundo probatur consequentia, quoad posteriorem partem; quia vnum peccatum mortale non remittitur absque alio; rursus nullum mortale remittitur absque dolore de illo, saltem virtuali; ergo cum in casu dicto pœnitens nullo modo doleat de peccato oblito, illud non delebitur, & consequenter, nec delebuntur peccata, quæ confitentur, ac proinde, nec gratia conferretur, donec postea eliciat actum doloris, qui peccatũ oblitum etiam comprehendat. Quæ quidem ratio mihi magni ponderis est, & ex omnibus efficacior ad probandum Sacramentum Pœnitentie informem. 5. Alij dant confessionem informem, sed validam, quando quis ex negligentia, non affectata, vel ignorantia non fecit debitum examen, ob idque oblitus est quorundam mortalium, & in animo habet facere bonam, & integrã confessionem, idque se facere bona fide putat. Sic Canus, Henriquez, & Rodriguez. Hunc tamẽ casum admittere non vult Granado. Qui videri potest, dict. sect. 3. num. 24. vbi benè illum impugnat. 6. Alij dicunt dari confessionem informem, quando quis bona fide, existimat habere sufficiens propositum cum reuera illud non habeat: de quo Ledesma late tractat in sum. cap. 16. de Pœnit. conc. 5. & 6. & Enriquez lib. 5. cap. 11. cit.

26. Unde ad Concilium Tridentinũ

dentinum adductum pro parte negativa sess. 14. capit. 4. facile respondent Authores sententia affirmatiua concedentis confessionem in formam validam, sed sine gratia fructu; quod Concilium ibi loquitur de attritione, quae est simul pars, & dispositio ad gratiam in Sacramento Poenitentiae; non autem loquitur ibi Concilium de attritione utcumque, quae possit Sacramentum Poenitentiae validum componere, etiam si non conferat gratiam.

87 Vnde est, quod peccata mortalia, quae fuerunt confessa in Sacramento Poenitentiae in formi non sunt iterum propalanda, nec dictae confessiones in formas repetendae, quia dicta peccata iam semel valide subiecta fuerunt clauibus Ecclesiae, ut asserunt DD. communiter, & praecipue Villalobos tom. 1. tract. 9. diffi. 42. num. 1. per haec verba: *El que dixere, que se da confession informe, en consecuencia dello ha de dezir, que no está obligado el penitente despues a reiterar la confession, sino confesar la falta de dolor, que en ella tuuo.* Quod intelligo, quando defectus doloris esset peccaminosus mortaliter, & compatibilis cum confessione in formi: secus autem, quando neutiquam esset peccaminosus mortaliter in illa, in quod magis propendo.

(S.)

De Confessione.

INTERROG. XVII.

An sit praeceptum diuinum de Confessione?

88 Resp. Confessio Sacramentalis est iuris diuini ex praeccepto lato a Christo. Est definitum in Tridentino sess. 14. capit. 5. ex verbis Christi Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* ubi Christus elegit Sacerdotes, iudices, ante quos peccata deferrentur, quae fideles committerent post Baptismum. Et dedit eis Christus clauis Regni caelorum cum potestate proferendi sententiam absolutionis, aut retentionis; & constat, Sacerdotes nequire exercere hoc officium absque causa cognita; & consequenter manent obligati fideles ad Sacramentalem confessionem. Et Tridentinum sess. 14. can. 6. ait: *Si quis negauerit Sacramentalem confessionem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse de iure diuino, anathematisit.*

89 Obligat hoc praecceptum ad confitendum omnia mortalia, quamuis interiora sint, ut colligitur ex Tridentino in illis verbis: *Ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint.* Et clarius loquitur infra: *Etiam si occultissima sint*

sunt illa. Et si aliquis dubitet, an habeat peccatum mortale, debet illud confiteri, ne se exponat periculo moriendi in mortali, & in tali casu, si alia confiteretur peccata simul cum illo de quo dubitat, debet absolui absolute: sed si alia non confiteatur, absolvendus est sub conditione, vt asserit Villalobos diffi. 26. num. 3. & DD. communiter.

90 Nec ob est, si dicas, qui dubitat de voto à se emisso non teneretur ad implere illud; ergo dubitans de peccato mortali, nō teneretur illud confiteri. Repondetur, concessio antecedenti, negando consequentiam; quia obligatio voti venit ex propria voluntate, & qui dubitat de voto, manet in possessione suæ libertatis, & ita non est obligatus ad implere illud. Sed præceptum confessionis fundatur in necessitate illius, quæ est medium necessarium ad salutem animæ, & qui dubitat de infirmitate mortali, teneretur quærere medicinam, vt asserunt DD. communiter.

91 Ex dictis manent confutati hæretici, qui negantes institutionem Sacramenti Pœnitentiæ, consequenter negat, præceptum diuinum confessionis. Manet etiam confutatus error Petri Oxomensis, qui docuit, Sacramentum Pœnitentiæ non esse necessarium his, qui contriti erant; vade dicebat, peccatum remitti, sine ordine ad clauas, & consequenter, confessionem solum

esse necessariam ex præcepto Ecclesiastico, vt refert Castro de hæres. v. *Confessio*, & Bellarminus lib. 3. de Pœnit. cap. 1.

92 Si vltimo arguas, confessio est contra ius naturale, per ipsam namque peccator infamat se, se accusando de peccatis à se commissis; ergo non fuit præcepta à Christo, qui nihil contra ius naturale præcepit. Respondetur, non esse contra ius naturale, hominem confiteri peccata sua ad maius sui commodum, sed maximè congruum iuri naturali; nam si potest reuelari peccatum causa petendi cōsiliij; multo melius poterit peccatum detegi, causa obtinendæ veniæ per confessionem Sacramentalem. Præterquam quod reuelare peccatum Deo non est contra ius naturale; & ita, nec erit cōtra idem ius reuelare Sacerdoti, qui gerit vicēs Dei, vt asserunt DD. communiter.

INTERROG. XVIII.

Quando obliget præceptum diuinum confessionis?

93 Resp. Præceptum hoc non obligat statim, ac commissum est peccatum, vt asserit D. Thomas in addit. q. 6. artic. 5. & DD. communiter. Est tamen necessaria confessio in voto, quando est necessaria contritio ex præcepto; quia contritio includit votum confessionis D. D. communiter.

94 Præceptum diuinum confessionis

fectionis obligat in articulo mortis, vt afferūt DD. communiter. Et idem est in periculo mortis, vt ait D. Thomas, & DD. communiter; eo quòd Sacramētum fuit institutum ad remittenda peccata commissa post Baptismum; & necessitas huius remissionis magis vrget in exitu huius vitæ, quando agitur de vita æterna, aut de æterna condemnatione.

65 Vndé est, quòd obliget hoc præceptum diuinum cōfessionis, 1. Quando quid ingreditur bellum, 2. Quando aggreditur longam nauigationē. 3. Vel si duceretur captiuus in eam partem, in qua postea non esset confessarius, tenetur statim confiteri, etiam si non esset in articulo, vel periculo mortis, vt aiunt Suarez, & Adrianus apud Villalobos diff. 27. num. 4. Qui addit, non teneri confiteri, *el que entra en torneo, ó a rejoyear en la plaza*; quia in his occasionibus raro moriuntur homines statim, vt ait Sorus in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. Et idem est in tempore pestis. Sed in his casibus prudentiæ relinquitur, iudicare, quādo sit periculum mortis; & securius est, statim confiteri.

96 Tenentur medici ex cap. *cum infirmitas, de pœnitent. & remiss.* quando vocantur ad curādos infirmos, prius quam curationem corporis incipiant, eos monere, vt peccata confiteātur. Et quia hæc monitio con-

suetudine ceperat abrogari; idcirco Pius V. illā renouauit motu proprio, qui incipit: *Super gregem*; addendo, *ne Medici ultra tertiam diem vissent infirmum, nisi de illius confessione sibi constet, per fidem confessarij in scriptis datam.*

97 Quam legem, Syluester V. *Medicus* q. 3. dicit, seruandam esse in omni morbo, siue periculoso, siue non periculoso. Summa vero Angelica, & Rosella, & cōmuniter Recentiores sentiūt, solum seruari debere in periculosa infirmitate. Nec necessarium est, quòd medicus exigat fidem Sacerdotis in *scriptis*; sufficit testimonium illorum, qui infirmi curam gerunt, si sint fide digni: imò talis potest esse infirmus, vt eius testimonium sufficiat; ita enim vsu recepta est lex, vt ait Nuñus in addit. ad 3. p. q. 6. art. 5. dub. 1. diff. 2. Nec debet deserere infirmum medicus (etiā si nolit cōfiteri) dum esset in periculo mortis; quia non est credibile, fuisse mentem Pontificis, quòd deseratur in mortis periculo, nec lex cum tanto rigore recepta est, vt ait Villalob. dif. 27. num. 5.

98 Nec semper est necessarium ad recipienda Sacramenta, confiteri, excepta Eucharistia, de qua est specialis ratio, vt iam dixi Sect. de Eucharist. intergat. cum ad illa (scilicet Sacramenta) suscipienda, cōtritio sufficiat. DD. communiter.

Ex præcepto diuino tenetur homo confiteri, quando videtur esse periculum obliuionis peccatorum, vt afferunt Sotus Couarubias, & Medina apud Villalobos loc. citat. nu. 7. eo quod finis huius præcepti est remissio peccatorum mediantibus cōfessione, & absolutione, & confessio nequit fieri absque memoria. Qua propter, cum sit periculum obliuionis, obligat. Et hæc fuit causa, quare Ecclesia instituit confessionem annualem, quæ sufficere videtur, vt homines habeant memoriam suorum peccatorum, vt asserunt DD. communiter.

100 Ad implendum præceptum diuinum confessionis, necessaria est vera receptio Sacramenti Pœnitentiæ, nam si confessio sit, nulla præceptum non ad impletur, vt asserunt DD. communiter. Qui etiam asserunt, ad impleri confessione in formis; quia non est obligatio confitendi iterum peccata, quæ confessio in formis declarauit, vt iam est dictum.

INTERROG. XXI.

An sit præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis?

101 Resp. Affirmatiue ex Concilio Lateranensi cap. Omnis utriusq; sexus de pœnit. & remiss. per hæc verba: *Omnis utriusque sexus, cum ad annos discretio-*

nis peruenerit, omnia sua peccata, saltem in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Et quod verbum confiteatur sit præceptum, est cōmunis sensus Ecclesiæ, & determinatio Tridentini sess. 14. cap. 5. & can. 6. Quod quidem præceptum non est nouum, sed ipsum præceptum est diuinum, quæuis determinatio quoad tempus sit de iure positiua, vt habent DD. communiter. Et iam alibi diximus de præcepto Ecclesiastic. cōmunionis, sect. de Euch. inter.

102 Concilium Tridentinum loc. cit. laudat consuetudinum confitendi tempore Quadragesimæ ad implendum hoc præceptum. Quæ consuetudo orta est ex eo quod tunc fideles ex præcepto communerent. Sed ad id ex præcepto non tenentur; cum hoc ad impletur per confessionem factam in qualibet anni parte; quia Ecclesia non determinauit tempus pro confessione, sicuti pro cōmunionem determinauit, vt asserunt Sotus in 4 dist. 18. q. 1. art. 4. Victoria in sum. n. 137. Suarez disp. 36. sect. 3. Vazquez q. 90. art. 3. dub. 1. & DD. communiter contra Petrum Soto lect. 5. de confessione, & Medinam Codic. de confessione q. 18. & alios, qui dicunt, præceptum annuæ confessionis obligare in Quadragesima sumpta pro illis quindecim diebus, quibus ad impletur præceptum annuæ communionis.

103 Annus intelligendus est

titudine anni Ecclesiastici, qui durat ab vno in alterum Paternum, vt declarauit consuetudo, siue annus habeat vndecim aut tredecim menses, vt notauit Enriquez tom. 1. de Poenit. capit. 4. num. 1. & habent Suarez disp. 25. sect. 3. Coninch disp. 5. dub. 6. Filiucius, & Layman, & alij. Et nomine proprii Sacerdotis intelligitur Parochus, vel alius de licentia illius, approbatus ab ordinario. DD. communiter.

104. Quoad annos discretionis, dicendum est, non requiri tantam discretionem, sicuti exigitur ad Sacram communionem; nam ad hanc maior discretio requiritur, ratione materiae, vt dixit suo loco; & ad Sacramentum Poenitentiae satis est ea discretio, qua cognoscantur peccata contra rationem naturalem, quae facilius cognoscuntur, quam praexcellsum Eucharistiae Sacramentum. In dubio an puer habeat vsum rationis sufficientem ad confessionem Sacramentalem, tenetur confiteri: sicuti tenetur, qui dubitat, an habeat mortale, aut non; & debet absolui sub conditione, vt asserit Villalobos difficult. 28 & DD. communiter.

105. Qui habet sola peccata venialia non tenetur praecipuo annuae confessionis, quae nec diuinum obligat ad confitendum illa, vt asserunt DD. communiter cum D. Thoma in addit. ad

3. p. q. 5. art. 3. Tunc sufficit, quod se praesentet coram Parocho, ne videatur, temere accedere ad Sacram. Euchar.

106. Qui semel in anno confessus est, & oblitus est alicuius mortalis, non est obligatus confiteri illud intra eundem annum, cum hic integram fecerit confessionem; quod solum praecipit textus. Quod intelligendum est, nisi velit Sacram Eucharistiam recipere, aut sit in casu mortis, vt dicunt DD. communiter. Qui non confessus est intra annum, illo elapso adhuc tenetur confiteri, sicuti dixi de praecipuo suscipiendi Eucharistiam. Et quanto plus differt confessionem tanto plus peccat, vt asserunt Ioannes Maior, Sotus, Medina, Nauarrus, Victoria, & Suarez apud Villalob. loc. cit. n. 8.

107. Nec ob est, si dicas, qui omisit ieiunium in peruiugio alicuius Sancti, v. g. S. Ioannis Baptistae, aut Officium diuinum vnius diei, non tenetur altero die ieiunare, aut recitare; ergo, elapso anno, non tenetur confiteri. Resp. Cōcesso antecedenti, negando consequentiam; nam ieiunium in peruiugio, & Officium diuinum sunt praecipua in honorem illorum dierum, & illis afixa: at verò confessio non est praecipua in honorem anni, fed ne nimium differatur confessio, & ita manet obligatio elapso anno.

108. Et dicunt aliqui illum, qui

qui non confessus est intra annum; postea satisfacere, vna confessione præcepto vtriusque anni scilicet præteriti, in quo non est confessus, & sequentis, in quo confiteretur, si in hac confessione confiteatur aliquod peccatum anni præsentis. Sic Hurtado disputat. 7. diffic. 12. Diana 4. part. ref. 206. Lugo disp. 15. num. 108. Sed contraria sententia est veterior, & communior; eo, quod Ecclesia duas præcipit confessiones in duobus annis. Suarez disp. 36. sect. 2. num. 5. Nuñus in addit. quæst. 6. articul. 5. diffic. 5. Bonacina, Coninch, & alij.

109. Qui nauigaturus est, nec poterit postea confiteri, suo tempore, ex defectu confessarij, tenetur confiteri antea, secundum probabiliorē sententiā, quam tenent Nauarrus, Enriquez, & Ledesma, Sarez, & alij apud Villalobos diffic. 282. num. 9.

INTERROG. XX.

Quæ confessio sit necessaria ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto confessionis annualis?

110. Resp. Secundum Syluestrum v. confessio 4. & Sā v. confessio, n. 1. & alios, satisfacit præcepto, qui facit confessionē non integram, tacendo aliquod mortale ex proposito. Et Idem dicunt, quando confessio fuit nul-

la ex defectu doloris, Gabriel, Syluester, Victor. n. 16, & Ludouicus de S. Ioanne Euangelista ar. 2. dis. 2.

111. Sed communis sententia tenet, cum, qui ita confiteretur non satisfacere præcepto; eo quod Ecclesia præcipiat validam confessionem. Nauarrus cap. 10. nu. 4. Layman, Suarez, Nuñus, Coninch, Filiucias, Suarez disp. 36. sect. 7. num. 8. & alij, quos refert, & sequitur Diana 3. p. tract. 4. ref. 120. Et contraria sententia iam nequit sustineri, quæ prohibita fuit ab Alexand. VII.

112. Vnde est, satisfacti præcepto confessionis annuæ per confessionem in formam, quæ in se valida est, licet sine effectu gratiæ, vt dicunt Bonacina disp. 5. punct. 4. num. 23. Suarez disp. 35. sect. 14. Granada tract. 1. disp. 8. num. 10. Hurtado disp. 7. diffic. 14.

INTERROG. XXI.

An confessio annualis obliget ad consistendum per interpre-

tem?

113. Resp. Negatiue, eo, quod præcepta Ecclesiæ non obligant cum tanto onere. Sic Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 6. Caietanus v. confessio condit. 11. noster Vega 1. p. lum. casu 16. Fagundez, Filiucius, Cruz, & Hurtado, quos refert, & sequitur Diana

ref. 1. 9. Addens (& bene) quòd si iste talis in articulo mortis dubitet de sua contritione, tenetur confiteri per interpretem; ne se exponat periculo aeternae damnationis.

114 Qui habet mortalia peccata, & non potest confiteri, nisi per nutus, aut scripturam (vt faciunt muti) debet ita confiteri confessario praesenti; quia in hoc magnum in commodum non reperitur, vt asserunt Vazquez q. 90. art. 3. Suarez disp. 36. sect. 6. Granada, & DD. communiter.

115 Qui omittit confessionem annualem priuatus est Ecclesiastica sepultura, & ingressu Ecclesiae, vt patet ex cap. *Omnis utriusque sexus*. Et in aliquibus Diocesis solent excommunicari.

116 Quae poenae non comprehendunt pueros nisi habeant duodecim annos, vt asserunt Sa, v. *confessio*, Sotus, Suarez, Enriquez, & Valentia Nec comprehendunt meretrices, quae licet peccent mortaliter omittentis confessionem annualem; non tamen comprehenduntur sub poenis iuris, & excommunicatione Synodalis; eo quòd hunc miserum statum permittit Ecclesia ad maiora in commoda vitanda, vt asserunt Viualdus de confess. num. 60. Sa, v. *confessio* nu. 42. Rodrig. in addit. ad Bull. Cruciatam, §. 11. n. 133. Zerola in praxi Episcoporum I. p. v. *lupa*

aria Leand. tract. 5. disp. 3. q. 58.

117 Poenae iuris incurruntur sola omissione confessionis, & receptionis Eucharisticae. Est cõmunis DD. vt ait Suarez disp. 36. sect. 8. numer. 3.

INTERROG. XXII

Quid sit confessio Sacramentalis, & quas condiciones debeat habere?

118 Resp. *Est legitima, & Sacramentalis accusatio de proprijs peccatis facta Sacerdoti ad obtinendam remissionem peccatorum, per absolutionem.* DD. communiter cum D. Thoma in 4. dist. 17. q. 3. Conuenit quòd confessio sit secreta, & hic modus confitendi est honestus, & sufficiens Sacramento, vt est definitum in Tridentino sess. 13. cap. 5. Quòd confessio secreta sit, non est de necessitate Sacramenti huius, vt asserunt D. Thomas quodlib. 1. art. 10. Richardus, Alensis, Medina, & DD. communiter; nam publica accusatio sufficiens est ad obtinendam absolutionem; nec est praecipuum contra hanc accusationem, quae nec est contra charitatem; nam sunt casus, in quibus hoc modo confiteri magis expedit, vt in naufragio, tempore pestis, &c. Nec est praecipuum, quòd confessio sit secreta, cum hoc solum sit de confessione, vt sit, vt asserit DD. communiter.

118 Sex decim conditiones
confessionis assignant DD. cõ-
muniter his verbis contentas:
*Six simplex, humilis, confessio, pu-
ra, fidelis.*

*Atque frequens, iuda, discreta, li-
bens & recunda.*

*Integra secreta, lachrymabilis, ac-
celerata.*

*Fortis, & accusans, & sit parere
parata.*

119 Ex quibus conditioni-
bus aliqua sunt necessaria pro
valore Sacramenti, alie neces-
saria ita non sunt, & explican-
tur sic.

20 *Simplex*, idest non verbo-
sa, sed quod manifestet, quod ad
peccati manifestationem suffi-
cit, & requiritur, superfluis rese-
catis, *Humilis*, idest sine affectu
ullo superbia, & cum animi de-
missione. *Pura*, idest, ex intentio-
ne recta proficiscens. *Fidelis*, id-
est, non admixta mendacijs, nec
peccatum mortale, aut eius cir-
cunstancias necessario confiten-
das, occultans. Circa quam con-
ditionem, dicant DD. commu-
niter, esse peccatũ mortale men-
tiri in confessione circa pecca-
tum mortale non confessum;
quia hoc est contra integritatẽ
huius Sacramenti. Mentiri in
Sacramento confessionis circa
veniale, negando, illud commi-
sisse, cum te vera commiserit,
solum est peccatum veniale, vt
ait Diana s. p. tract. 5. resol. 17. &
tenent DD. cõmuniter, eo quod
confessarius in te graui non de-

cipiatur. Et idem est, quando in
confessione sibi peenitens impo-
neret peccatum veniale, quod
non comisit, vt tenent Laguna-
dez, Villalobos, Nuñus, & alij.
Nisi in casu, quod veniale hoc
sit totalis materia confessionis,
nam tunc est mortale, cum non
det peenitens materiam veram,
supra quã cadat absolutio D. D.
communiter. *Frequens*, quia mul-
tuni prodest frequentia huius Sa-
cramenti. *Nuda*; non enim pal-
lianda sunt peccata obscuritate
verborum. *Discreta*, seu prudens
in modo, & in omnibus circum-
stantijs, quæ ab actu tã serio exi-
guntur. *Libens*, non coacta nec
sine libertate, qualem amentes,
& pueri ante usum rationis non
habent. *Verecunda*, nec enim ia-
ctare se debet de peccatis, qui ru-
bore suffundi debet, quod illa
commiserit. *Integra*, nihil scilicet
omittens, quod debeat decla-
rari. *Secreta*, non enim decet (re-
gulariter loquendo) publice cõ-
fiteri, ita vt ab alijs audiantur
peccata. *Lachrymabilis*, idest cũ
dolore. *Accelerata*, idest, non dif-
feratur confessio, sed commisso
peccato statim (si fieri possit)
homo confiteatur. *Fortis*, ne sci-
licet timore quid piam omitta-
tur. *Accusans*, sibi scilicet, & nõ
alijs imputans peccata, nec ex-
cusationes retexens. *Et sit pare-
re parata*, vt sit paratus poeni-
tens ad obediendum con-
fessario.

INTERROG. XXIII.

An pœnitens omnia mortalia debeat confiteri?

121. Resp. Affirmatiue; nam teneretur fateri omnia mortalia commissa post Baptismum, & quæ non est confessus. Quod est de fide definitum in Florentino in decreto Eugenij, & in Tridentino sess. 14. cap. 5. & can. 7. & ratio D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. est quia hoc Sacramentum institutum est ad delenda peccata, & ad illa dimittenda; ergo omnia debent confiteri quia gratia remissiva peccatorum collata per Sacramentum, non remittit vnum absque alio.

122. Vnde est, 1. Pœnitentem teneri confiteri peccata oblita, quando veniunt in memoriã. Et si sua culpa oblitus est alicuius mortalis, non recipit gratiã, sed nouum peccatum sacrilegij committit, proptet indignam receptionem Sacramenti. Sed, si hoc esset sine culpa; quæ in sufficientem diligentiam fecit, recipiet gratiam, quia quod erat in se fecit, & consequenter remittentur peccata oblita; sed cum obligatione confitendi illa, quando memoriæ occurrant, vt asserunt DD. communiter.

123. Infertur, 2. Pœnitentem teneri adhibere sufficientem diligentiam, vt recorderetur peccatorum ante confessionem, que es

examinare la conscientia, vt constat ex Tridentino loc. cit. nam alias a sabiendas dimidiabitur cōfessio, vel exponetur pœnitens periculo dimidiandi illam, vt asserunt DD. communiter.

124. Ad quod examen conscientia non est necessarium adhibere omnem diligentiam possibilem; alias Christi iugum suauē non esset. Mediocris sufficit, qualem timorati facere solent, vt asserit Vazquez q. 91. art. 1. dub. 6. cum Cano, & sequuntur Recentiores communiter. Qui etiam dicunt, non teneri pœnitentem peccata scribere, vt ita scripta non abeant ememoria.

125. Porro hæc mediocris diligentia in conscientia examinanda non consistit in indiuisibili; sed habet suos gradus, iuxta qualitates personarum, locorum, & temporum; inde enim prudens confessarius considerare poterit, an pœnitens excusserit conscientiam suam; qui enim per annum confessus non est, & alioqui vitijs fræna laxauit, multosque contractus iniit, & bona aliena administrauit, multo maiori parte temporis indiget, vt conscientiam excutiat, quam si vno, vel duobus ab hinc mensibus confessus fuisset, vel esset homo timoratus, & ab omni negotiatione, & administratione alienus.

126. Et aduertit bené Nauarrus, aliqualem diligentiam non sufficere pro examinanda

conscientia, si confessorius nihil esset interrogaturus: quæ tamen sufficiens censetur, attenta dexterritate, & cura confessorij in examinando pœnitenti. Vide Granado cont. 7 de Pœnit. tract. 9. disp. 11. nu. 4. Qui bene addit. cum Vazquez q. 93. art. 3. dub. 7. §. vltimo, quòd quando ad confessionem accedit rusticus sine sufficienti examine, melius sit illum interrogare, & sic iuuare, vt numerum, & species peccatorum declaret, quam eum dimittere, vt se diligentius examinet.

127 Item, in casu vrgenti potest, & debet pœnitens confiteri sine præuio examine, & a confessorio debet audiri, v. g. si vrgent mors; bellum, aut quid simile, vt asserunt DD. communiter. Et similiter, si quis accedat ad confitendum, & in confessione detegatur necessitas repetendi confessiones præteritas, nec sine scandalo differri possit; sufficere tunc declarare in confessione, quod memoriæ occurrerit iuuante confessorio, qui beneficium absolutionis impendet, monens pœnitentem simul, vt postea diligentius conscientiam excutiat, & in alia confessione declaret quidquid occurrerit, quod tunc non habuit in memoria. Vide Granado loc. cit.

127 Necessarium est numerum peccatorum mortalium confiteri, v. g. *decies furatus sum, &c.*

Quod definitum est in Tridentino sess. 13. cap. 5. vbi ait: *Omnia peccata mortalia in specie, ac sigillatim esse declaranda, & can. 7. sic ait si quis dixerit, in Sacramento Pœnitentiæ necessarium non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, anathema sit.*

128 Quod intelligitur morali modo, scilicet, vt sit obligatio confitendi numerum peccatorum, qui est in memoria pœnitentis, facto conscientiam sufficienti examine in ordine ad confessionem, vt asserunt DD. communiter. Ex quibus Sorus, Coninch, & Ochagau. dicunt, quòd si quis confiteatur numerum peccatorum addendo, *plus minus ve*, v. g. *iuræ diez vezes poco mas, ó menos, &c.* postea recordatur, se iuratum fuisse duodecies, non tenetur confiteri postea, quando recordatur excessum illum numeri cōfessi, qui vere includitur, in verbis, *paulo plus, que es dos, ó tres vezes mas, ó menos*, vt ait Sahez in select. disp. 2. num. 3. cū alijs. Secus verò, si aduertat, multum excedere numerum peccatorum recordatorum, v. g. si conperiat, vigies iurasse, &c.

129 Si facto diligenti examine, nullus, nec veritabilis numerus peccatorum occurrat; sufficere declarare consuetudinem peccandi, quam habuit, & tempus, quo in illa perdurauit; modumque frequentiæ, in diebus, hebdomadis, aut mensibus,

v. p. meretrix recipiscens, ad confessionem accedens, quæ, secundum Navarrum in sum. capit. 6. num. 15. sequitur Caietanum, sufficit, si dicat; se per decennium v. g. paratam, & expositam fuisse ad fornicandum, tam cum Clericis & Religiosis, quam cum laicis conjugatis, & solutis; quia hoc modo sufficienter declarat statum suam. Sed hoc displicet Vazquez vbi supra, cum Soto, & Enriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 5. § 9. nam cum certum sit, teneri peccatorem, declarare, non solum internum animum; sed etiam externa opera, debet meretrix explicare numerum fornicationum saltem per dies, aut hebdomadas; quod non est valde difficile: rursus si statum personarum, cum quibus peccavit, agnouisset; tenerur (sine dubio) illum declarare, quantum, adhibita diligentia, recordari potuerit; is enim mutat sæpè speciem peccati, & transfert illud ad sacrilegium, si sit cum habente votum castitatis; & ad iniustitiam si sit cum coniugato. Præterea, si confessario sit ignotus locus, vbi meretrix vixit, aut certè ignoret frequentiam accedentium ad locum tam obscenum, id etiam debet declarare; quia inde confessarius conijcere poterit, tum multitudinem operis externi, tum etiam internam animi præparationem. Quæ sufficienter explicatur; si dicat meretrix, se per decennium, v. g. expositam fuisse quoties-

cumque, & cum quocumque peccandi occasio se obtulisset. DD. communiter.

INTERROG. XXIV.

Vndè scemenda sit, & discernenda pluralitas, & multiplicatio peccatorum, necessario explicanda in confessione?

130 Resp. 23. Affectus interior efficax, & actus exterior (id est actus extra ipsam voluntatem) quem affectus ille habet pro obiecto, & in quo consumatur efficiunt vnum moraliter; & ita vnum numero peccatum constituunt vnitas numerica affectus, & dicti actus exterioris DD. communiter. Et ita, quando in aliquo eorum esset pluralitas numerica, quantum in altera sit numerica vnitas, erit etiam pluralitas numerica peccatorum, & malitiarum; si enim affectus efficax voluntatis est duplex numero, quantum actus exterior sit vnicus, erit duplex numero peccatum, v. g. si quis habeat duplex propositum occidendi petrum; & si actus exterior sit duplex numero, quantum affectus efficax sit vnus numero, erit etiam duplex numero peccatum, vt quando vult committere duo homicidia.

131 Circa affectum efficacem voluntatis cõueniunt DD. quod quamuis expressè cesset, & sæpè repetatur, censeatur vnus moraliter, si virtualiter perseue-

ret in aliquo opere procedente ab ipso affectu, quod quidē opus sit medium ad finem intentum ab affectu ipso, vt si quis existens Matrini ex affectu efficaci occidendi inimicum existente Tole- ti, querit pecunias, emit ensem, conducit currum, iter agit, quā- uis ille sæpè obliuiscatur ho- micidij, & consequenter sæpè cesset ab affectu expresso homi- cidij; tamen dum perseverat in opere aliquo deriuato ab affectu illo, & proposito dicitur in hoc affectu perseverare virtualiter, & cum eo affectu continuatur moraliter, quicumque alius af- fectus de nouo elicitus.

132 Sed postquam primus af- fectus retractatus est, quoties po- stea renouatur, seu repetitur dis- continuatur etiam moraliter ab ipso primo affectu retractato, & est distinctum numero peccatū. DD. communiter; eo quod pri- mus affectus retractatus omni- no desinit esse; imò, vt ait Vaz- quez 1.2. dist. 75. quando affectus efficax cesset, non solum forma- liter in se ipso, sed etiam virtua- liter; quia nullum apponitur me- dium ad actum eo affectu intē- tum, vt quando quis in eo casu assignato non considerat homi- cidij adhuc confusè, nec aliud opas, vt ordinatum ad illud (si- ue id accidat, siue ex somno, siue ex naturali in consideratione, si- ue ex alia occupatione) tunc (quamuis non retractetur) dis- continuatur moraliter, & cense-

tur diuersum numerò peccatū; quamuis primus affectus pro par- uo tempore cesset; quia tūc sunt verè plures affectus physice, quo- rum quilibet est malus, & non vnus ab altero, quamuis omnes sit malo ab vno opere intento. Est contra Canum, & alios, qui docent, per solam retractationē interrumpi moraliter affectum, & non per in considerationem, somnum, aut distractionem ad alia. Vide Caspensem tom. 1. tract. de peccat. disp. 2. secto. 3. & 3. p. tract. 4. text. 95.

133 Affectus etiam, qui in efficax est, & interius tantum consumatur, v.g. affectus odij, & simplicis delectationis libidino- se, quoties renouatur, est distin- ctus numero, etiam moraliter, & distinctum numero peccatū; quia tunc primus affectus non manet virtualiter in aliquo ope- re deriuato ab ipso affectu, cum hic inefficax sit, & effectum nō habeat. Quod etiam est verum (vt bene Vazquez contra Lor- eam) quamuis inter vtrumque sit interruptio parua. Vide Hur- tado Complutensium de p. nit. disp. 9. di. 6.

134 Loquendo de actu exte- riore, conueniunt DD. actus ex- teriores ordinatos ad aliquod peccatū, quod ex se, seu ratione sui malitiam non habent, sed eā habent à peccato, in quod ordi- nantur, quamuis sint physice di- stincti adhuc secundum speciē, continuari ita moraliter, vt non

censeantur peccata distincta inter se, nec ab illo, ad quod ordinantur, v. g. quando causa occidendi inimicum, querit illum, & conuenit eurrum, iter facit, & occidit, vnum tantum comittit peccatum homicidij, dum procedant ex affectu occidendi non interrupto adhuc pro paruo tempore, nec in esse humani. DD. communiter.

135 Qui etiam dicunt communiter, actus exteriores, qui ex se, seu ratione sui ordinantur ad ad aliquod peccatum, quia sunt inchoationes illius, vt sunt tactus, oscula, amplexus libidinosi ad fornicationem, &c. non censeri moraliter peccatum distinctum ab eo, ad quod ordinantur, si fiant ex affectu illius peccati, & non interrupto aliquo modo ex dictis; quia tunc ex se, & ex affectu operantis ordinantur in illud, ac pro inde cum eo moraliter continuantur. Vnde in confessione sufficit dicere, seu fateri fornicationem, absque oculis, tactibus &c. Quod si dicti tactus fiant, non ex fornicationis affectu, sed tantum ob libidinem in ipsis repertam, si fornicatio postea fiat ex alio affectu, tunc erunt peccatum distinctum à fornicatione; quia tunc non ordinantur ad illam ex affectu operantis. Et consequenter debent dici in confessione, vt quid diuersum a fornicatione ipsa, vt asserunt DD. communiter. Qui addunt bene contra Lorcam, &

Nauarrum, fatenda esse verba impudica, tactus &c. habita post copulam, quæ sic habita sunt potius inchoatio nouæ copule, quàm consummatio præteritæ; quia peccatum carnis consummatur in ipsa fornicatione.

136 Et addunt bene Vazquez, & Nauarrus, vnum tantum numero peccatum esse, quando quis vno impetu, aut conflictu efficit plures actus, qui ex se tendunt in vnum principale, vt quando quis vno impetu, sæpius percutit, sæpius tangit, & osculatur impudici, etiam id non ordinando ad fornicationem. Et idem dicunt de eo qui vno conflictu sæpius offendit aliquem verbis in iurijs appellando, *Iudæum, furem*, &c. quia tunc communi estimatione vna censetur iniuria. Et sequitur Hurtado dicta distine nec non, & plures alij.

INTERROG. XXV.

An sufficiat confessio peccatorum in generali, quando penitens peccati in particulari non recordatur?

137 Resp. Casus est; Petrus non recordatur alicuius peccati in particulari, quod confiteatur; sed recordatur se commississe vnum, aut duo mortalia, nescit tamen cuius speciei sint, quod poterit contingere in articulo mortis, & est dubitatio, an hic possit confiteri peccata hæc dicen-

cond: *Accusome*, quòd peccata mortalia *commisserim*.

128 Et tenent negatiuam partem Abulensis, Matth. 16. cap. 4. & 7. Canus relect. de pœnit. p. 5. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 5. Medina de confess. q. 53. Ledesma, & alij, qui dicunt, non posse dari absolutionem, nisi quando peccata specialiter quis confitetur.

139 Sed contrariam sententiam docent DD. communiter. Quæ est admittenda, & tenenda in praxi. Tenet eam D. Thomas in 4. dist. 11. q. 1. ad 2. D. Antoninus 3. p. tit. 10. cap. 2. Syluester, v. *Confessio* 3 q. 13. Richardus, Corduba, Suarez, Vazquez, Hurtad. Granado, & DD. communiter; eo quòd hæc accusatio sufficit in foro Sacramenti Pœnitentiæ, vt confessarius sententiam proferat, & notitiã habeat peccati in generali. Et pœnitēs per hanc confessionem subiicit se clauibus Ecclesiæ, & quamuis respectu peccatorum, quæ sunt materia remota confessio sit generalis; ipsa tamē accusatio particularis est.

140 Vnde. 1. Absoluendus est peccator, qui in mortis articulo confitetur peccatum in generali, si non recordatur in speciali, 2. Absoluendus est, qui cōfiteretur per nūtus, & signa impotens loqui, *o aprietala mana del Confessor*, 3. Absoluendus est pœnitens, qui aut petijt confessionem, aut contritionis, exhibuit

signa coram circumstantibus, & quando confessarius aduenit iã est sensibus destitutus; sed dicunt præsentem, illum confessionem petiisse, aut exhibuisse contritionis signa; nam hic confitetur Sacerdoti præsentem per interpretem; nempe per adstantes, qui audierunt, illum petentem confessionem, seu contritionis exhibentem signa. Quam opinionem, dicit Suarez disp. 23. sect. 2. num. 13. esse communem, & sequuntur Megala, Zauardus, & Bonacina citati ab Alphensio de Leone de Officio confessarij relect. 6 num. 127. Et sufficit quòd vnus testis. Solim, dicat petiuisse confessionem, aut exhibuisse contritionis signa, etiam si esset infidelis, vt ait Sãchez in select. disp. 44. num. 35. sequens Zambranum de Sac. temp. mortis capit. 4. dub. 2. Quæ opinio pia est, & fauorabilis moribundo. 4. Secundum piã opinionem absoluedus est infirmus, qui nec petit confessionem, nec dedit contritionis signa; ex eo, quòd præsumat Ecclesia, quemlibet, qui Christiane vixit, in tali articulo habere desiderium confitendi, & dolorem suorum peccatorum, vt constat ex cap. Sancimus 1. q. 7. *Morienti nemo præsumitur immor salutis æternæ*. Sic Molfesius in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 5. numer. 48. Antonius de litteratis; Eo ne bonus, & alij relati à Machado tom. 1. lib. 2. p. 4. tract. 5. doc. 5. num. 4. Et dicunt, ita fecit

se Clementem Octavianum, qui ab-
soluit moribundum sensibus de-
stitutum, qui ruit preceps etabri-
ca D. Petri, licet hoc puer fabu-
losum Lugus de Pœnit. disp. 17.
lect. 4. num. 45.

141. Et tenetur confessarius
ex charitate dare absolutionem
in his casibus (licet ipse contra-
riam opinionem teneat) nam
cū possit id facere, charitas Chri-
sti urget illum, ut succurrat ani-
mæ illius moribundi. Et confes-
sarios volentes in dictis casibus,
absolvere. Vazquez tom. 4. in
3. p. q. 91. art. 2. dub. 1. n. 38. vocat
peccatores animarum.

142. Absolutionem in dictis
casibus dandam sub conditione
tacita, vel expressa, *si possum, si es
capax*, dicunt DD. communiter.
Sed Vazquez, & Sanchez in se-
lect. disp. 44. num. 32. & Grana-
do tract. 9. disp. 3. dicunt, dandam
esse absolutè; quia hic non stat
dubium, sed est probabilitas opi-
nionis.

INTERROG. XXVI.

*An necessariò consistende sint cir-
cunstantiæ peccatorum?*

143. Resp. Circumstantia est,
quæ circumstat actum, estque ve-
luti accidens illius in esse moris.
Et circumstantiæ reducuntur
ad septem capita illo carmine
contenta: *Quis, quid, ubi, quibus
auxilijs, cur, quomodo, quando.*

144. Ex his, alia mutant (pe-

ciem, quia faciunt transire actum
ad aliud genus malitiæ, seu ha-
bere aliam rationem discernen-
tientiæ ad rationem; quædam
non mutant, quia solum augent,
aut minuunt intra eundem mo-
dum malitiæ, v. g. peccatum cõ-
tra castitatem, si committatur
ab habente votum castitatis, ha-
bet circumstantiam, quæ speciẽ
mutat; nam quod, alioqui erat
contra virtutem temperantiæ
solum, fit sacrilegium, seu con-
tra Religionem, ratione voti; at
vero furtum graue, si pertingat
ad quantitatem centum nãm-
rum, v. g. solum dicitur habere
circumstantiam, quæ grauat in-
tra eandem speciẽ; quia ea
nãmorum quantitas facto ac-
cepta, solum addit malitiæ ei-
dem virtuti iustitiæ magis oppo-
sitam.

145. Et circa circumstantias,
quæ speciẽ mutant, conue-
niunt DD. necessariò consiten-
das esse, seu declarandas in con-
fessione. Quod constat ex autho-
ritate Tridentini sess. 14. cap. seu
(vt melius dicam) expressa defi-
nitione, sic enim ait: *Colligitur
et circumstantias explicandas esse
in confessione, quæ speciẽ peccati
mutant. Et can. 7. Si quis dixerit,
in Sacramento Pœnitentiæ ad re-
missionem peccatorum, necessarium
non esse iure diuino confiteri circũ-
stantias, quæ peccati speciẽ mutant,
anathema sit.*

146. Et ratione constat; nam
illa noua, & grauis malitiæ cir-
cun-

circumstantiæ mutantis speciem est veluti nouum peccatum mortale; ergo, cum teneamur omnia mortalia confiteri, tenebimur ad illam circumstantiam. Antecedens exemplo fit manifestum; nam qui furatur Calicem v. g. alicuius Ecclesiæ non solum est fur, & peccat contra iustitiam grauiter, surripiendo rem alienã; sed etiam est sacrilegus auferendo rem diuino cultui consecratam; ergo tenetur non solũ furtum, sed etiam locum, vnde furatus est, declarare.

47 Quod magis declarabitur, discurrendo per singulas circumstantias. Et in prima quæ denotat personam, quæ operatur, aut peccat, sunt aliqua exempla; si enim, qui peccat contra castitatem sit Sacerdos, aut alioqui voto castitatis adstrictus tenetur (sine dubio) eã circumstantiam explicare in confessione, 2. Tenetur idem facere in confessione virgo, si interno consensu, aut opere peccat contra castitatem, dicendo, se esse virginem, secundum sententiam D. Thomæ 2 2. q. 154. art. 6. & plurimorum, qui asserunt virginitatem esse circumstantiam mutantem speciem; & ideo necessario confitendam. Sed Sotus, Petrus de Nauarra, Vazquez, & alij dicunt, non esse circumstantiam, quæ mutat speciem in peccato luxuriæ, & ita, obligationem non esse declarandi in confessione huiusmodi circumstan-

tiam, vt refert Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 24. numer. 13. Quinam. 6. sentit, etiam cum, quæ virginem desiderat, aut eam deflorat, nullam vim inferendo, non teneri in confessione declarare virginitatis circumstantiam; quia, inquit, nec mutat speciem nec notabiliter aggraust; idque desumpsit ex Soto, & Petro de Nauarra. Si autem vim inferere non est dubium, quin declarare teneretur; quia ea circumstantia speciem mutat, cum ad iniustitiam pertineat. Et ita, quando virgo sponte fornicatur non est necessarium, quod virginitatem declaret; ipsa enim est domina sui corporis, siue sit sub cura tutorum, aut parentũ; quia peccatum est simplicis fornicationis, vt asserunt Lesius, Coninch, Vazquez apud Dianam 1. p. de circumst. aggrauant. resol. 11. Et idem est, quando virgo morose delectatur circa aliquem, quæ nec tenetur in confessione apparere circumstantiam virginitatis; etiam si virgo se polluat, vt ait ipse Diana loc. cit. Et idem est, quando vir delectatur de virgine sine voluntate ei inferendæ violentiæ; qui sufficienter confitetur, si dicat: *Se delectationem habuisse circa solutam*, vt ait ipse Diana loco citato, & sequitur ex dictis. Et potiori iure, quando vir primo fornicatur, circumstantiam virginitatis non tenetur declarare in confessione, vt asserunt Llamas, Azor, Filiacius, Hurtado,

do, & alij apud Dianam resol.
10.

148 In secunda circumstantia *quid*, seu materia *circa quam* versatur actus peccaminosus, sepe mutatur species, & ita necesse est illam apperire in confessione, vt patet de exemplo allato in Calice furato, & diuino cultui deputato. Cum verò res furto sublata est in loco sacro, sed non illi dicata, v.g. si quis in Ecclesia furetur virginti argenteos ab homini illà ingrediente, licet alij dicant, esse sacrilegiũ. Alij melius sentiunt, sacrilegium nõ esse, & ita non est, cur in confessione declaretur. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. Cruz in director. conscientia p. 2. trat. de Poenit. Sacram. q. 3. dub. 6. Fagundez, Enriquez, & alij citati a Diana ref. 27.

149 In tertia circumstantia, quæ est *ubi*, seu locus, solet mutari species peccati, vt patet de homicidio facto in Ecclesia; quæ circumstantia (vt pote sacrilega) debet in confessione apperiri, vt asserunt DD. communiter. Sed si aliquis desideret in Ecclesia, occidere, sed non in illa, sed in foro, vel platea; non est necesse declarare in confessione locum, in quo habuit hoc desiderium. DD. communiter. Copula habitata inter coniugatos in loco sacro non est confitenda, si per longum tempus in illo sint detenti, vt asserunt DD. communiter. Qui in assignanda hac temporis lon-

gitudine variant. Sanchez de Matr. tom. 3. lib. 9. disput. 15. exigit, vnum mensem. Lesius lib. 4. cap. 3. dub. 12. exposcit quindecim, vel viginti dies. Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 4. dicit, requiri decem dies. Sed melius Suarez (attenta fragilitate humana) q. 83. disp. 81. sect. 4. & Ledesma in sum. tom. 1. de Sac. Euchar. cap. 20. dicunt, sufficere pro hac temporis longitudine, quatuor vel quinque dies. Copula habitata in Oratorio alicuius domus nõ est, cur necessario confiteri debeat, quoad circumstantiam loci. Et est idem, si habeatur in porta Ecclesia a parte externa, *por de fuera*. Vel in Monasterio in cellis Religiosorum, etiam si Superior Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aspergat a qua lustrali, & ibi sit altare ad celebrandum; quia tunc reputatur sicut Oratorium, vt ait Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 34. Quæ omnia etiam procedunt, si copula habeatur in sacristia Ecclesia; nam non est circumstantia apperienda in confessione, vt ait Fagundez, & dicit etiam Megala citatus a Diana in 1. p. lib. 5. cap. 13. n. 11. & tenet Diana ipse ref. 20.

150 In quarta circumstantia *quibus auxilijs*, qua denotantur instrumenta, seu concausa, interdum potest inueniri mutatio speciei, v.g. si ad opere complendũ furtum, incitaret quis Religiosum, a quo iuuaretur, tenetur de

declarare, non solum se incitasse alium hominem, sed etiam Religiosum, qui ratione voti paupertatis sacrilegium committit furando, vt ait Granado controu. 7. de Pœnitent. disp. 8. numer. 8.

151 In quinta circumstantia *cur*, seu finis, potest etiam inueniri mutatio specifica malitiae, v.g. si quis post obtentam remissionem grauissimorum peccatorum, iterum grauius delinquat animo directo, & formali exhibendi se Deo in gratum, vt asserunt DD. communiter.

152 Qui etiam aduertunt, quod, quando medium est in se malum, & eligitur propter malum finem, debet confiteri vtrūque simul; eo, quod medium habet malitiam finis, vt si furatus est semel ad occidendū, vel pecunias ad fornicandum. Sed aliud est, si medium est solum peccatum veniale, vt est mendacium leue, aut verbum otiosum, aut indifferens, vt cōferre se a dagnū, quia tunc nō est necessarium id in confessione aperire. Sanchez lib. 1. sum. cap. 3. Suarez tom. 4. disp. 22. sect. 4. Coninch disp. 7. dub. 4. num. 24. Quando mediū est malum, finis autem malus non est (vt si quis omittat Missam propter studium litterarū); non est necessarium in confessione explicare, quod studuerit Missae; quia peccatum hic solū habet malitiam ex medio, & nō

ex fine Suarez loc. cit. Vazquez 12. disp. 93. cap. 3. Bañez, Medina, & Azor. Quando finis est solum malus venialiter, seu, solum est peccatum veniale (vt si quis confiteatur ob finem vanæ gloriæ) non debet hoc confiteri, quia peccatum solum est veniale, & confessio fuit fructuosa, & valida, vt ait Diana 1. p. tract. 7. res. 23. & DD. communiter.

153 In sexta circumstantia *quomodo* denotatur modus, quo fit peccatum, & in ea potest reperiri mutatio specifica malitiae, v.g. si quis peccet contra temperantiam aut iustitiam, animo contemnendi Deum, vt asserunt DD. communiter.

154 Qui etiam dicunt, circumstantiam *quomodo* denotare intentionem, durationem temporis in peccato, & peccati cōsuetudinem.

155 Non est necessarium exprimere in confessione intentionem peccati; quia hæc peccati speciem non mutat. Nec tenetur durationē temporis in peccato aperire in confessione, vt contra Nuñum q. 9. art. 2. dub. 2. tenent DD. communiter; quia duratio hæc speciem non mutat. Et ita, qui per totam noctem rem habuit cum meretrice, sufficit, quod confiteatur numerū fornicationum, nec obligatus est confiteri durationem temporis, vt dicunt Vazquez, Hurtado, Zerola, Diana, & alij citati à Leandro §. 7. de circumst. q. 4.

Consuetudo reincidenti in peccato non debet necessario in confessione explicari; quia peccata praeerita non addunt nouo peccato aliquam circumstantiam, quae speciem mutet, ut ait Bonacina de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. num. 22. ubi citat Suarez, Reginaldum, & Zerolam, ut ait Diana 1. p. tract. 7. ref. 15. asserens idem cum Bonacina, contra Enriquez, Tabienam, Syluestrum, & alios.

156 Secundum Dianam, Vazquez, Candidum, & Syluestrum tenetur poenitens confiteri circumstantiam reincidentiae interrogatus de illa à confessario. Sed alij negant hanc obligationem; quamuis confessarius interroget; eo, quòd confessarius non habeat ius interrogandi circa hoc. Sic Sanchez in select. disp. 9. n. 6. quem sequitur Leander disp. 28. q. 21.

157 In septima circumstantia *quando*, quae denotat tempus in quo fit peccatum, & quando occurrunt multa praecepta diuersae speciei potest inueniri specifica mutatio, v. g. Si quis ex voto, & ex praecepto Ecclesiae teneatur ieiunare Feria 6. v. g. fractio ieiunij, ut sub est illi voto est explicanda; eo, quòd fractio ieiunij sit sacrilega, ut pote contra votum de ieiunando illa die.

158 Non est necessarium explicare in confessione, si peccatum commissum fuit in die Fe-

sto, quia praeceptum de illius sanctificatione non obligat ad non peccandum D. D. communiter. Peccantem in die Iouis Sancti, aut veneris Sancto (specialiter peccato carni) dicit Medina in sum. lib. 1. cap. 9. §. 1. (& sequuntur Rodriguez, & Llamas) teneri confiteri, commississe peccatum illa die. Sed alij dicunt, non teneri hoc explicare, nisi peccatum commissum esset in contemptum diei illius. Enriquez, Filiucius, Suarez, Fagundez, & Diana 1. p. tract. 7. ref. 32. eo, quòd solum sit aggrauans circumstantia. Nec qui peccat die, quo Eucharistiam suscepit, tenetur in confessione explicare Trullèch lib. 6. in Decal. cap. 1. dub. 7. numer. 11. Homo bonus, quem citat, & sequitur Diana 1. p. tract. 7. ref. 32. contra Medinam, & alios.

159 Circa circumstantias peccatorum notabiliter aggrauantes sunt duae celebres sententiae. Vna est affirmatiua, asserens, esse obligationem confitendi illas. Quam tenent Altiisiodorensis, Alensis, Marsilius, Sotus, Victoria, Caletanus, Suarez, Nuñus, Coninch, Sanchez, & alij relati à Diana 1. p. tract. 7. ref. 1. Altera affirmat non esse obligationem confitendi illas, & est satis plausibilis his temporibus. Quam cū D. Thoma in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. quaest. 5. tenent Durandus, Scotus, Almainus, Adrianus, Couarrubias, Syluester, Vazquez,

Lesius, Ochagania, Hurtado, Puteanus, Pesantius, & alij, quos refert, & sequitur Diana loc. cit. Et probat, 1. Ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 5. vbi agens de circumstantijs, ait, *esse præceptum confitendi illas, quæ speciem mutant*; ergo, cum de aggrauantibus taceat, virtute negat tale præceptum, 2. Quia iure diuino non tenetur quis confiteri, nisi omnia peccata mortalia; sed reticendo circumstantias, quæ nō prohibentur peculiari præcepto confitetur quis omnia mortalia; ergo, &c. Probatur minor; quia peccatum est *dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei*; ergo, si aliqua circumstantia non prohibetur peculiari præcepto non est speciale peccatum, vt, v.g. eodem præcepto prohibetur furtum mediocris quantitatis, & magnæ quantitatis; ergo quamuis non exprimat quantitas rei ablatæ, sufficit sic confiteri: *Fateor, me commississe furtum*, quod attingit peccatum mortale. Hæc Diana loc. cit.

160 Sed pro prima sententia arguitur, 1. Si circumstantiæ aggrauantes notabiliter nō explicentur in confessione, non potest confessorius recte iudicare de grauitate peccatorū, nec pœnitentiam imponere, sicut oportet; ergo, &c. Qua ratione vtitur Tridentinum sess. 14. c. 3. ad probandum necessarium esse confiteri omnia mortalia cuius

cumque speciei sint.

161 Respondetur. Quod etiam si non explicatis dictis circumstantijs aggrauantibus notabiliter, nequeat confessorius iudicat de grauitate accidentalium peccatorum ipsis superaddita ex circumstantijs aggrauantibus notabiliter, & pœnitentiam correspondentem eis imponere, si tamen explicentur species, & numerus peccatorum mortaliū potest recte iudicare de grauitate specifica, & numerica & de accidentali ratione cuius peccata aliquando sunt mortalia; quod sufficit, vt satis fiat institutioni, & præcepto Christi confessionis, qui noluit amplius exigere, vt suauiter, & non rigide procederet, vt ait Hurtado disp. 9. diffic. 3. & DD. communiter. Et hoc est, quod voluit Tridentinum loc. cit.

162 2. Arguitur; Gradus consanguinitatis, & affinitatis non differunt specie inter se, ex D. Thoma 22. q. 154. & tamē qui fornicatus est, tenetur declarare, an peccauerit cum consanguinea, vel cum affine. Itē gradus non differunt inter se essentialiter, & tamen certum est, teneri fornicantem, exprimere, an peccauerit cum matre, vel sorore, cum consanguinea in 2. & 3. gradu, & solū in sunt circumstantiæ aggrauantes; ergo &c. Resp. Admittendo doctrinā D. Thomæ, loc. cit. de gradibus consanguinitatis, & affinitatis, quæ es-

sententialiter non distinguntur in genere moris; & idē in confessione non erit necesse explicare, an peccauerit cum consanguinea, vel affini; sed sat est, dicere: *Commisi in cęstam*. Et idē est, in gradibus consanguinitatis, in quibus sufficienter confitetur, etiam si copula fueri habita cę matris sorore, &c. sine eo quod explicetur mater, aut soror, &c. Vide Dianam 1. p. tract. 7. resol. 31. & 5. p. tract. 14. res. 56.

163 Circumstantias communes omnibus peccatis, vt est cōtempus legis diuinę esse contra rationem, & occissio animę, non est obligatio confitendi. Sicuti nec est obligatio confitendi circumstantias, quę peccatū minuunt intra eandem speciem DD. communiter. Debet confiteri circumstantia scandali; eo, quod sit contra charitatem; & ita pater, qui viuit luxuriose coram filijs, & qui valde sollicitauit mulierem ad in honesta debet in confessione id declarare, vt asserunt DD. communiter. Sed si non multum sollicitauit, & illa est facilis in consentiendo, non tenetur id in confessione aperire; quia hic est communis modus peccandi, & facile percipit, & intelligit confessarius, vt ait Villalobos

diffic. 36. nu-

mer. 17.

INTERROG. XXVII.

An possit pœnitens iusta de causa reticere aliqua peccata, aut illorum circumstantias, in confessione?

164 Resp. Integritas materialis confessionis omnium peccatorum non est necessaria ad Sacramentum Pœnitentię ita vt sine illa subsistere nequeat, alias confessio esset impossibilis, moraliter loquendo, vt asserit Villalobos diff. 37. & DD. communiter.

164 Homo non est obligatus confiteri peccatum, aut illius circumstantiam cum grauidamno suo, vel alieno. Sic Diu. Thomas in 4. dist. 17. q. 2. art. 3. Alensis 3. p. q. 77. Sorus in 4. dist. 13. q. 2. art. 4. ad 5. Nauarrus in Man. cap. 7. num. 3. & 4. Suarez tom. 4. disp. 23. sect. 2. Enriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 12. num. 5. Villalobos, Trullench, & DD. communiter; quia pœcepta positiva, vt pote moralia obligant modo morali, & non cum tãto periculo.

165 Et ita, quando aliquis timet propriam vel alienam mortem, aut grauem in famiam, aut quod confessarius sit reuelaturus confessionem, vel futurum esset scandalum respectu confessarij, v. g. si foemina pœnitens ipsum turpiter amauit, ex quo peccato in confessione propa-

jato conijciat, ipsam confessarium postea illam sollicitaturus; potest peccatum reticere. Et idem est respectu circumstantiæ, v. g. si rem habuit cum sorore confessarij. Et in his casibus necessarius est timor probabilis, & cadens in constantem virum. Item in his casibus non est dimidiata formaliter confessio; nam respectu huius peccati, aut circumstantiæ caret copia confessarij.

166 Et est etiam necessarium, 1. Quod alio modo nequeat confiteri; nã si alium confessarium quærere potest, id debet facere: vel si pœnitens est fœmina, & potest velata accedere, ita vt non cognoscatur à confessario; non excusatur, peccata omnia confiteri, & circumstantias, 2. Requiritur, quòd sit grauis necessitas confitendi; nam hac deficienti, poterit confessionem differre in meliorem oportunitatem, Necessitas ad hoc sufficiens est articulus mortis, aut necessitas ad implendi preceptum annuæ confessionis, aut evitare infamiam propriam, aut aliud damnum simile, aut necessitas recipiendi Eucharistiam, aut celebrandi, & nequit omittere absque scandalo, aut graui incommoditate, vt auerunt DD. communiter. Qui etiã dicunt, quòd in hoc casu, si pœnitens habeat alia peccata mortalia, debet illa confiteri. Item, & quòd peccata, quæ tacuit, tunc & circum-

stantias, debeat postea confiteri alteri confessario. Et non est necessarium, quòd statim cõfiteatur. Potest differre confessionem in sequentem annum; cum per hanc confessionem ad impleuerit præceptum confessionis annuæ; nisi velit communicare; aut sit in periculo, seu articulo mortis.

167 In mortis articulo, si sit timor, quòd pœnitens nequeat confessionem finire, aut quòd morietur Sacerdos cui confiteatur, & non est alius confessarius, aut timet, quòd Sacerdos inficietur peste, si detineatur in confessione; in his casibus sufficit, quòd pœnitens det materiam sufficientem absolutioni, et si nõ confiteatur omnia peccata. Suarez ubi sup: a, & DD. cõmuniter. Sed si Sacerdos absoluit pœnitentem, ob timorem mortis, & non statim moritur, debet continuare confessionem vsque ad finem, si fuerit tẽpus ad id, DD. communiter.

INTERROG. XXVIII.

An circumstantia, seu persona simplicis possit, & debeat manifestari in confessione, ut integrat sit confessio?

168 Casus est; Maria rem habuit in honeste cū patre suo, nequit confiteri nisi Parocho oppidi, apud quem est cognitus Mariæ pater; quod quæratur est,

an. sit obligata circumstantiana paternitatis cōfiteri, aut debeat illam tacere? Et idem est quando nequit reuelari peccatum absque eo, quod reueletur persona.

169 Et sunt duæ celebres sententiæ circa hoc, vna est affirmatiua. Quam tenent D. Thomas opusc. 12. q. 6. D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 1. Caietanus, v. confessio condit. 1. Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 10. Suarez disp. 34. sect. 2. adducens pro illa viginti Authores. Et fundamentum huius sententiæ est, integritas iudicii, in quo necesse est omnia declarare peccata, licet inde aliquod damnum proximo proueniat; hoc enim est *præter intentionem*. Altera est negatiua, quæ asserit non esse licitum in casu supradicto manifestare personam cōplicitis, & consequenter ad id non teneri. Est communis apud Thomistas Medina, in sum. lib. 2. c. 5. §. 1. Bañez 2. q. 33. an. 8. Aragon de iust. q. 73. art. Nauarrus, Hostiensis, Angelus, Ledesma 1. tom. sum. d. Pœnit. & alij, quos refert, & sequitur Villalobos tom. 1. sum. tract. 9. diffic. 28. Et fundamentum huius sententiæ est, quia præceptum confessionis est diuinum, & præceptum de non infamando proximum est diuinum, & naturale, quod debet præponderare diuino solum.

170 Et est aduertendum, quod in vtraque opinione, semper pœ-

nitens debet facere, quantum est in se, ne reueletur persona cōplicitis in re graui, v. g. quarendo confessarium, cui sit ignota cōplicitis persona, aut openēdo se, aut quid simile; ne cognoscatur à confessario; & ad hoc (absque dubio) tenetur iure naturali: nisi peccatum talis qualitatis esset (vt moraliter loquendo) non verteretur in infamiam cōplicitis, vt si esset necessarium declarare iuuenem in peccato, de quo ipse in publico se iactare solet, vt ait Villalobos loc. cit. num. 4. Qui addit num. 8. peccare grauius Sacerdotem, qui exigit à pœnitente, vt cōplicem reuellet in confessione, etiam ad corrigendum fraternaliter. Vide Trullench de Sacram. lib. 4. cap. 7. dub. 7. Si confessio fiat Sacerdoti cōplici peccati, valida est, & fructuosa, si fiat absq; scandalo, & periculo incitandi se ad peccandum, vt asserit Sotus in 4. dist. 18. q. 4. artic. 3. & cum eo Villalobos 39. Quod melius est, non facere absque vrgenti necessitate.

INTERROG. XXIX.

In quibus casibus debeat iterari confessio?

171 Resp. In multis casibus est iteranda, tam ex parte confessarii, quàm ex parte pœnitentis. Iteranda est ex parte confessarii, 1. Quando confessarius ca-


rebat iurisdictione necessaria ad absolvendum, quamvis pœnitens id ignoret ignorantia inincumbibili; quia cōfessio fuit nulla, 2. Quando confessarius non erat notorie excommunicatus aut publicus Clerici percussor, 4. Secundum Medina in sum. fol. 56. est etiam iteranda, quando confessarius adeo est idiota, ut nequeat intelligere conscientiam pœnitentis, & admittit Navarrus c. 9. n. 9. Idem ait, & Sylvester v. *Confessio* 1. *rum*. 6. de confessario, qui nequit discernere inter mortale, & veniale peccatum, & tenent DD. communiter, si confessio illi fuit scienter facta; vel si confessarius erat ignarus ignoti idiomatis, vel dormiebat, aut erat omnino surdus, aut non advertebat. De quo vide Trullench dub. 9. loc. cit.

172 Ex parte pœnitentis debet iterari, 1. Quando confitendi peccata sua non habuit intentionem, 2. Quando integre non est confessus, exceptis casibus supra innumeratis, 3. Si mentitus fuit fatendo aliquod mortale, quod reuera non commisit, 4. Si confessus est sine dolore, qui sit contritio, vel attritio quæ est pars essentialis huius Sacramenti, 5. Iteranda est confessio, quando pœnitens advertens se esse excommunicatum accessit ad Sacramentum Pœnitentiæ DD. communiter. Si vero cum inadvertentia accessit, vali-

dum est Sacramentum, ut aiunt Suarez. dicens disp. 10. lect. 3. & Coninch disp. 10. dub. 5. & consequenter confessio non est iteranda, 6. Quando confessio fit ex malo fine mortali, peccando mortaliter; secus est, si fiat ex malo fine veniali peccando venialiter, quando fit confessio principaliter ex fine remissionis, seu veniæ peccatorum, etiam si minus principaliter fiat ex fine veniali, scilicet vanæ gloriæ, ut asserunt Doctores communiter.

173 Aduertit bene Hurtado disp. 8. diffic. 7. quodd, quando necessarium est, repetere confessionem, quæ fuit nulla, non est necessarium repetere confessiones medias quæ sunt factæ bona fide; quia ex eo præcisè quod fiant post confessionem illam inualidam, non sunt inualidæ; sed inualida, & aliæ confessiones, quæ post illam mala fide factæ sunt, repeti debent

(. . .)



De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

INTERROG. XXX.

An solus Sacerdos sit Minister Sacramenti Pœnitentiæ?

174 Resp. Affirmatiuè. Quod est de fide definitum in Concilio Constant. sess. 8. & 9. in Florentino in lite vnion. & in Tridentino sess. 14. Vnde est, laicum nō esse ministrum huius Sacramēti. Nec potest esse, etiam ex Pape commissione; quia potestas absoluendi solis est relicta Sacerdotibus. Nec in mortis articulo (deficiente Sacerdote) confessio facienda est laico; cum nequeat à peccatis absoluere. Quid quid dixerit Magister in 4. dist. 17. art. 3.

175 Non omnis Sacerdos est minister huius Sacramenti; sed solus qui habet authoritatem ordinariam, vel delegatam. Quod de fide est definitum in Florentino vbi supra, & in Tridentino sess. 14. cap. 7. per hæc verba: *Per sua sua sum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse: Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse, debere, quam Sacerdos. in eum profert, in quem ordinariam, aut sub delegatam non habet iurisdictionem.*

Et asserunt Doctores communiter.

176 In mortis articulo quis Sacerdos est sufficiens minister huius Sacramēti, vt ait Tridentinum loc. cit. per hæc verba: *Piè ad modum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, et nulla sit reseruatio in articulo mortis; atque ad eò omnes Sacerdotes quos libet pœnitentes à quibus suis peccatis, & censuris absoluerè possint.* Et ita, etiam si Sacerdos esset ex communicatus, suspensus, aut degradatus, potest absoluere in articulo mortis. Quod etiam extendendum est ad periculum mortis, quando qui est in illo timet se moriturum, v. g. quando ingrederetur bellum, longa nauigatio, mulieris partus difficilis, &c. vt asserunt Suarez disp. 26. sect. 4. Vazquez q. 94 art. 1. dub. 5. Coninch disp. 8. num. 16. Hurtado, Villalobos, & DD. communiter, contra Canonum de Pœnit. p. 5. Sotum in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. Valentiam disputat. 7. q. 8. punt. 2. Et est ratio; quia in periculo mortis militat eadem ratio, ac in articulo illius, nempe necessitas confessionis ne fortè ex defectu illius damnetur, qui est in mortis periculo. Et in iure Canonico quoad facultatem absoluendi à reseruatō, pro eodem vsurpatur articulus, & periculum mortis, vt constat ex cap. eos qui de sent. ex comman. in 6. Vt bene obserua-

uit Hurtado disputat. 11. diffic. 9.

177 Qui sic absolutus si cõualefeat sub excommunicationis pœna, tenetur comparare coram Superiori, vt pro excommunicatione casui, seu casibus referuatis annexa, imponatur à superiori debita satisfactio, vt constat ex cap. *eos qui* de sent. excommunicat. in 6. Quæ excommunicatio est eadem, à qua fuit absolutus, vt determinauit Bonifacius VIII. dicto cap. *eos qui*. Sed si casus referuatus excommunicationem non habeat, nõ est obligatus comparare, vt asserunt Villalobos 1. tom. sum. diffic. 44. num. 7. Ochagauia de Pœnit. tract. 2. q. 23. & DD. communiter.

178 Et posse simplicem Sacerdotem absoluere in articulo mortis præsentè Parocho, aut alio confessore approbato, qui possit, & velit Sacramentũ hoc administrare, asserunt Nauarrus, Rodriguez, & Ledesma apud Villalobos num. 9. idem sentientem; eo quod Concilium absolute loquatur. Sed mihi placet contraria sententia, quæ id negat; eo quod præsentè Parocho, & approbato cessat necessitas, vt asserunt Sanchez lib. 2. sum. cap. 13. num. 7. Suarez tom. 4. disp. 26. sect. 4. Syluester v. *confessio* q. 6. Granada tract. 10. sect. 2. num. 11. Zambranus, Trullench, & Doctores communiter.

179 Omnes Sacerdotes (etiã si non sint approbati) possunt absoluere appeccatis venialibus, vt asserit D. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 3. & DD. communiter. Qui idem asserunt de mortalibus iam bene confessis, quæ iam sunt materia libera cõfessionis. Quam iurisdictionem absoluendi ab his, & à venialibus habet Sacerdos simplex ab Ecclesia. Sicuti & illam similiter ab Ecclesia suscipit simplex Sacerdos, qui absoluit in articulo mortis, vt asserunt Suarez, Vazquez, Coninch, & alij apud Hurtado diffic. 9.

INTERROG. XXXI.

Quid sit iurisdictio, & quotaplex?

180 Resp. Iurisdictio est potestas, quam habet Superior ad præcipiendum, & corrigendum inferiorem. Quæ sic communiter à Iuristis definitur: *Episcopatus de publico introducta, cum necessitate iurisdicendi, vel æquitatis statuende.* Quæ est duplex, ordinaria, & delegata. Ordinaria est, quæ alicui in hæc nomine proprio exercetur; & ita qui illam habent dicuntur Ordinarij, vt Episcopus, Prætor, & c. Delegata est, quam quis accipit ab Ordinario habente facultatem delegandi.

181 Iurisdictio delegata acquiratur vel iure, vel commissio

ne expressa illius, qui habet ordinariam, vel tacita; quia videt, & consentit, aut consuetudine, vt dicunt Doctores communiter.

182 Duplex est etiam iurisdic-tio. Vna est voluntaria, alia est contentiosa. Contentiosa, est, quæ habet contradictorem, & exercetur inter partes, scilicet actorem, & reum; quam nequit exercere Iudex nisi *pro tribunali sedendo*, & non in die festo, nec in nocte, vt constat cap *spatium* 3. q. 3. Voluntaria est, quæ exercetur in subditos, quando ipsi volunt, absque contradictione, & hæc potest exerceri omni tempore, & loco, vt asserunt DD. communiter.

183 Iurisdic-tio requisita ad Sacramentum Pœnitentiæ est voluntaria, quæ in omni loco exerceri potest. Quidquid facit Iudex, aut Parochus, sine iurisdic-tione (si ad sit communis error) est validum, tam in foro exteriori, quam in foro Pœnitentiæ DD. cõmuniter, ex l. Barbarius ff. de Officio Prætoris, & ex can. *infamis* 3. q. 3.

184 Ad id autem duo exiguntur, & titulus ex parte iudicis putatiui, & ex parte populi cõmunis error, quo censeatur legitimus iudex. Addunt Sancius, Enriquez, & Lesius, non tantum cõmunem errorem populi, sed etiam opinionem probabilem aliquorum, aut alicuius ad id sufficere loco erroris cõmu-

nis; vt quando quis iuxta probabilem opinionem absiuit à reseruatis, aut, quando approbatus in alio Episcopatu eligitur in confessarium.

185 Et idem dicendum est de eo, qui habet iurisdic-tionem delegatam. DD. communiter. Et cõmuni errore facta sunt; respectu omnium, valida; licet enim duo, aut vnus sciant defectum, valet quod fecerit Iudex circa illos; quia iudat iurisdic-tionem, & non respicit casus particulares, vt dicunt Abbas, Alexander de Neuo, Castro, & alij apud Villalobos diffi. 46. Qui bene addit, hæc doctrinam non habere locum, si ad sit impedimentum in iudice iuris diuini, & naturalis, v. g. si fœmina, vel laicus se introduceret in officium Parochi; sine dubio nihil valet id, quod facerent; quia ius potest supplere iurisdic-tionem, quam potest dare, non autem defectum ministri, quod est iuris diuini, vt asserunt DD. cõmuniter.

INTERROG. XXXII.

Quis est minister huius Sacramenti potestate ordinaria?

186 Resp. i. Papa est Ordinarius supremus in tota Ecclesia, quam iurisdic-tionem habet immediate a Deo, quamuis eligatur ab hominibus, ex verbis Christi Ioan. 21. *Pasce oues meas.*

& de hoc nullis Catholicus dubitavit. Et Papa potest confiteri sui peccata alteri Sacerdoti, quem ipse elegerit; & subijcere se illi in hoc foro, ut afferunt DD. communiter. 2. Familia Summi Pontificis subiecta est illi, & suo Pœnitentia-rio, ut asserit Suarez disput. 35. sect. 1. dummodo, qui sunt de familia, sint Romæ, ut ait idem Suarez, & cum eo Villalobos, diffie. 47. num. 1. 3. Episcopi habent Ordinarium solum Summum Pontificem; sed possunt eligere confessarium quemlibet Sacerdotem, quem voluerint. Et si utitur hoc privilegio Episcopus confirmatus, & consecratus, etiam si sit titularis solum, *Obispo de anillo*. 4. Archiepiscopus, quando visitat, est Ordinarius, ut aiunt DD. communiter, ex cap. *ult. dicens in 6.* Sed extra visitationem non habet illam extra suum Episcopatum. DD. communiter. 5. Etiam habet iurisdictionem ordinariam Prælati Religionum, ut sunt Generales, Prouinciales, qui habent iurisdictionem, quasi Episcopalem, & Prælati immediati domuum, ut Prior, Guardianus, Corrector, &c. qui præsentunt toti communitati; qui omnes sunt Ordinarij respectiue, & habent facultatem eligendi confessarium, ex concessione Gregorij IX. quia omnes comprehenduntur sub nomine Prælati, & ita est in usu in Religionibus, ut ait

Sotus in 4. distin. 8. q. 4. art. 2. 6. Cardinalis non habet iurisdictionem, nisi ille, qui sit Legatus; sed ex consuetudine in foro huius Sacramenti sunt subiecti immediatè Summo Pontifici, ut asserunt Caietanus, verb. *Confessio*, Syluester eodem verbo, & Sotus ubi supra, & familia Cardinalis, in hoc est immediatè illi subiecta, ut ait Villalobos num. 5. In Ecclesijs sui tituli habet Cardinalis iurisdictionem quasi Episcopalem, quam delegare possunt, etiam, si non sint Sacerdotes.

187 Parochi, quoad suas oues, in hoc foro sunt indices ordinarij, ex cap. *annis utriusq; sexus, de pœnit.* & *remis.* similiter Vicarius perpetuus, & Archipresbyter circa suos subditos. Subijciuntur autem Parochis omnes Parochiani. Excipe Sacerdotes, qui possunt sibi eligere confessarium, ut constat ex consuetudine, & tenent Suarez disput. 27. sect. 3. & alij. Parochorum vero iurisdictionis est subordinata Episcopo, Villalobos, Trullench, & DD. communiter.

188 Vicarius Generalis Episcopi est etiam Ordinarius ad audiendas confessiones, & ad concedendam licentiam alijs, ut eas possint audire, secundum probabiliorem opinionem Syluester, v. *Confessio*, 1. *quæst.* 1. *Da uarrus*, cap. *placuit*, dist. 6. n. 62. Enriquez, Sanchez, Hostiensis,

Abbas, Villalobos, Trullench, & alij eo, quod tribunal ipsius est idem, repræsentatque personam Episcopi. Contrarium tenent Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. Ledesma tom. 1. summ. de Poenit. cap. 18. & alij citati a Villalobos n. 7.

189 Sede Episcopali vacante Capitulum succedit Episcopo, cap. *bis que de maiorit. & obedient.* Ideo potest concedere licentiam audiendi confessiones, &c. Vicarius, seu Vicarij Capituli sedevacante succedunt Vicarijs Episcopi Generalibus, & ita possunt facere, quod Vicarij Generales Episcopi. Vide Trullench de Sacram. lib. 4. c. 9. dub. 3. n. 8.

190 Jurisdictio ordinaria ad audiendas confessiones ad personas extenditur non ad loca; est enim voluntaria, non contentiosa. Et ita Episcopus extra suam Diocesim, & Parochus extra suam Parochiam (imò, & in alia Diocesi) possunt suos subditos absolvere, vel dare licentiam eligendi confessarium, vt docent Suarez disput. 25. sect. 1. Enriquez lib. 3. de Poenit. cap. 7. Coninch. disp. 8. dub. 3. n. 22. Filiucius, Bonacina, & Doctores communiter. Qui id etiam dicunt de jurisdictione delegata.

INTERROG. XXXII.

Quomodo cognoscendum sit, ex qua Parochia sit unusquisque?

191 1. Parochia sumitur ex domicilio Parochiani, vt asserunt DD. communiter, etiam si habeat animum migrandi in aliam. Et ita debet confiteri Parocho illius Parochiæ, vbi habet domicilium. Et qui habet duo domicilia, in quibus æque habitat pro diuersa parte anni, potest, cui ex duobus voluerit, Parocho confiteri; quia vterque est illius Parochus proprius. DD. communiter. Qui benè aduertunt expedire, vt sacram Eucharistiã recipiat in Parochia, in qua tunc habitat. 2. Qui in vno loco habet domicilium, in alio non fixum, vt sunt scholastici, milites, litigantes, & mercatores subiiciuntur Parocho loci vbi commorantur, ab illoque possunt, & debent suscipere Sacramenta; nam per illud quasi domicilium, fiunt illius subditi; hoc enim consuetudine introductum est, vt asserunt DD. communiter. 3. Vagi, qui nullum habent domicilium habent Sacerdotem proprium, & ordinarium Parochum loci, ad quæ perueniunt, & in quo reperiuntur. DD. communiter. Et sic tenet consuetudo; & ita Parochus tenetur eis Sacramenta ministrare, si egeant, & curare, vt impleant

pleant præceptum annuæ confessionis, & communionis. DD. communiter. Et dicuntur vagi, qui in aliqua parte domicilium non habent, 4. Peregrini, & iter agentes (quamuis habeant domicilium) ex tacita suorum Parochorum licentia possunt confiteri Parocho oppidi, ad quod perueniunt, vel Sacerdoti ibi habenti iurisdictionem delegatam, vt asserunt Syluester, v. *confessio* 1. q. 11. Ledesma, Sotus, & Suarez citati à Villalobos difficult. 48. numer. 5. & est commune apud DD.

INTERROG. XXXIV.

Quis sit Minister huius Sacramenti ex potestate delegata, & quis possit eam delegare?

192 Resp. In articulo mortis (etiam si sit præsumptus) & periculo illius, omnes Sacerdotes habent potestatem delegatam absoluendi, vt iam supradictum manet. 2. Quicumque habens iurisdictionem ordinariam potest eam delegare, nisi Ordinarius sit à iure impeditus, v.g. excommunicatus, vel suspensus. Et ita potest Papa hanc iurisdictionem delegare pro tota Ecclesia, & pro quibuscuq; peccatis; etiam contra voluntatem Episcoporum. Item Episcopi in sua Diœcesi; modo Papa non reseruet peccata, aut resistat. Item, & Parochus respectu suo-

rum subditorum, seruata proportione (modo non sit à iure, vel superiore impeditus. Sub Parocho intelligitur Vicarius perpetuus; quia est vere Parochus, & habet Beneficium Parochiale. Comprehenditur etiam quicumque, qui ab Episcopo ponitur loco Curati, Vicarius autem, quem ponit Parochus sua voluntate, est mere delegatus; & ita nequit hanc iurisdictionem committere, 3. Nullus (præter Pontificem, Episcopum, aut Parochum) potest hanc facultatem absoluendi delegare; quia omnes (præter ipsos) sunt delegati; delegatus autem nequit subdelegare, nisi specialiter sit illi concessum, cap. *vt. de Offic. delegati*, Prælati Regulares, quoad forum pœnitentiæ sunt quasi Episcopi, v.g. Prouincialis, & Generalis, & quasi Parochus Prælatus immediatus domus, v.g. Prior, Guardianus, & c. idem facere possunt. 4. Potest Summus Pontifex concedere alicui, seu cuicumque fidei facultatem confitendi, sine licentia Episcopi, vel Parochi. Quod esse de fide, probat Suarez disp. 26. sect. 1. Vnde si Papa absolute, & expresse det facultatem alicui ad audiendas confessiones; hoc sufficit ad iurisdictionem delegatam; nec requiritur consensus Episcopi, aut Parochi; modo non apponatur conditio, *si consentiat Episcopus, aut Parochus*. Et idem dicendum est de Episcopo res-

pectu Parochi; Episcopus enim potest suam iurisdictionem delegare absque consensu Parochi; sique delegatus poterit audire confessiones absque Parochi consensu modo delegatio non sit facta; modo requiratur consensus Parochi, ut ait Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 8. num. 202. & DD. communiter. 5. Vicarius Episcopi, qui non est Sacerdos potest hanc facultatem delegare. Et idem est de Episcopo confirmato, & nondum consecrato; nam habent potestatem ordinariam. DD. communiter.

193 Nequit Parochus delegare suam iurisdictionem simplici Sacerdoti, ut audiat confessiones suorum subditorum, ut asserunt DD. communiter; quia hoc facere, est contra Tridentinum exigens, ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, vel Beneficium Parochiale, vel approbationem ab Episcopo factam, 7. Prælati verò Regulares illam possunt concedere simplici Sacerdoti respectu suorum subditorum; quia Tridentin. sess. 13. cap. 15. solum loquitur de confessionibus sæculariū, non autē loquitur de confessionibus Regularium, ut asserunt DD. communiter. Et ita Religiosi, possunt confiteri simplici Sacerdoti de licentia Ordinarij Religionis. DD. communiter.

194 Iurisdictione non sufficit, quod delegetur mentaliter. Nec sufficit ad illius delegationem

rari habitio de futuro; hoc est, quod Sacerdos cogitet, non fore, ut Episcopo displiceat, quod audiat confessiones. DD. communiter. Sufficit rari habitio de presenti, v. g. si Episcopus videat, quod aliquis suarum vicinarum confessiones audiat, & consentiat; quia tunc potius est consensus tacitus, aut interpretatiuus, quā rari habitio, ut ait Suarez disp. 26. lect. 4.

195 Iurisdictione delegata pro tempore limitato, elapso hoc, finitur; sed poterunt finire confessiones inceptæ, ut asserunt Rodriguez in addit. ad summ. cap. 61. num. 6. Ledesma in sum. 1. p. de Pœnit. cap. 12. Cruz, Villalobos, & alij. Si Episcopus dedit iurisdictionem absolute, durat, dum superior non reuocauerit. Si Episcopus moriatur, dicunt Syluester, v. confessio 1. q. 9. Paludanus in 4. dist. 17. q. 4. art. vlt. & D. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 9. quod expirat iurisdictione delegata. Sed alij, id melius, negant, asseruntque, non expirare ipsius morte; sed durare quoad vicum, vel Capitulum sede vacante, vel successor reuocauerit: Enriquez, Suarez, Sayrus, Sanchez 2. tom. de Matrim. lib. 8. disp. 28. num. 72. Et etiam potest dici, durare dictam iurisdictionem ex consensu tacito successorum; nam quando aliud volunt, ipsi curant, hoc publicari. Iurisdictione data ab Episcopo ad suum beneplacitum morte ipsius

fus cessat nam finita vita, beneplacitum cessat, ut ait Rodrig. vbi supra, & cuneo Villalobos diffi. 52. num. 3.

INTERROG. XXXV:

An Episcopus possit coarctare licentiam Religiosis ad audiendas confessiones? Et an illorum approbatio sit perpetua?

196 Resp. 1. Episcopus, absque iuxta causa, nequit approbare Religiosos pro tempore limitato. Rodriguez tom. 1. quæstion. Regular. q. 59. art. 8. Enriquez de poenit. lib. 3. cap. 6. numer. 8. Villalobos diffi. 53. numer. 1. & DD. communiter. Et est ratio; quia iurisdictio, quam habent Regulares ad audiendas confessiones est a summo Pontifice, ut patet ex Clem. *Dadum de sepulturis*. Quæ dat Episcopis examen, & nequit Episcopus sine causa limitare iurisdictionem, quam summus Pontifex dat facto sufficienti examine, 2. Stande iuxta causa potest Episcopus limitare, & coarctare illis approbationem, non solum quantum ad tempus, sed etiam quantum ad personas, ut si defectu scientiæ limitet, quod Religiosus non audiat confessiones mercatorum, aut habentium negotia difficilia, aut quod solum audiat confessiones per sex menses aut per unum annum, ut alle-

rant Rodriguez vbi sup. Suarez 28. sect. 7. num. 19. Gutierrez in quæstion. Canonic. cap. 27. numer. 18. & DD. communiter. Qui etiam dicunt, idem posse facere Episcopum, scilicet quod Regularis non audiat confessiones feminarum vsque ad quadragesimum annum. Sed contrarium a se probabile (quoad limitationem defectu ætatis Regularium) censet probabile noster Vega in tom. sum. capit. 162. can. 7. quia ita, ait, sensisse homines doctissimos & Societate Iesu circa hoc consulti, & in id etiam inclinatur Villalobos loc. cit. nu. 2. 3. Episcopus qui semel approbavit Regulares ad confessiones audiendas non potest priuare eos dicta licentia, nec Capitulum sede vacante; quia Episcopus illis non dat iurisditionem, sed Papa, & approbatio Episcopi est veluti conditio sine qua non, ad iurisditionem ad audiendas confessiones seculariam, ut bene Trullench lib. 4. de sacram. capit. 9. dub. 8. num. 6. Unde est, quod Episcopus postquam approbavit Regulares semel non possit, villo modo iterum eos examinare. Nec Capitulum sede vacante, quod quidem succedit in iurisditionem emortui Episcopi, 3. An id possit facere Episcopus successor? Affirmant plures, scilicet, posse iterum Regulares approbatos examinare, *pro maiori quiete summo scientia*, ex Bulla Pi V. quæ incipit; *Romani Pont-*

Pontificis anno 1571. Et est declaratio Cardinalium circa hoc tempore Sixti V. quam refert Trullench in expositione Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. dub. 8. Sed alij id negant, scilicet posse novum Episcopum iterum Regulares approbatos iterum examinare, & suspendere licentias. Sic Vivaldus 1. p. de absolut. fol. 122 citans pro hac parte nostrum Vega tom. 1. sum. cap. 62. cas. 8. & Nauarrum capit. 27. num. 226. Enriquez lib. 6. cap. 6. Ludovicus, Lopez 2. p. instruct. capit. 8. de Bull. fol. 805. Rodriguez in explicat Bullæ §. 9. & alij. Et videndus noster Vega loc. cit. id bene per tractans, 4. Si Episcopus sine iuxta causa non admittat Regulares ad audiendas confessiones secularium non posse illas audire, tenent Suarez, Vazquez, Coninch, & alij apud Dianam 3. p. tract. 2. ref. 24. Sed apud ipsum, contrarium tenent Coninch, Layman, Villalobos, Mirands, nostri Peirynes, & Vega, Cruz, & alij ex Clementina: *Dudum de sepulturis*. Quæ opinio, iam nequit ad praxim reduci, iussu Alexandri VII. in Bulla: *Santissimus audiuit*. Quod quidem mihi videor, præcepisse summum Pontificem; quia difficile est agnoscere, an iniuste Episcopus non approbaverit Religiosum ad audiendas confessiones secularium.

197 Confessarius Regularis stando iure communi nequit au

dire confessiones secularium in Diocesi in qua non est approbatus; habet se enim (quantum ad hoc) sicut confessarius secularis.

198 Sed Minores de observantia habent concessionem à Nicolao V. & à Leone X. *Ut in Episcopatu, ubi sunt approbati possint audire confessiones omnium Christianorum*, ut refert Villalobos tom. 1. sum. diffic. 5. num. 2. Qui etiam ibi refert aliud privilegium Pauli III. concessum PP. Societatis Iesu approbatis ab Ordinario iuxta formam Concilij Tridentini, *ut possint abolere omnes fideles ex quo cumque loco ad se venientes à quibuscumque casibus, etiam Papæ reservatis, dummodo non sint contra Bullam Cæne*. Sed excluduntur Regulares, qui absolvi nequeunt ratione horum privilegiorum, ut notat hic Villalobos, & bene notavit etiam Ioannes à Cruce in epitome lib. 2. cap. 6. dub. 5. eo quod Religiosi ratione suorum statutorum, & privilegiorum nequeunt absolvi, nisi cum licentia suorum superiorum. Et addit Villalobos loc. cit. Religiosos posse uti, his privilegij extra sua Monasteria, quæ quidem concessa non sunt ratione loci, sed ratione personarum. Et addit Pium V. in Bulla concessisse Regularibus expositis, ut possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, etiam extra Monasterium.

INTERROG. XXXVI.

Quis sit Minister Sacramenti Pœnitentiæ?

199 Resp. Vt aliquis sit Minister ad audiendas confessiones sæcularium, requiritur necessario, quòd vel habeat Beneficium Parochiale, vel sit approbatus ab Ordinario, vt constat ex Tridentino sess. 23. cap. 15. per hæc verba: *Decernit tamen Sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdoti audire, nec ad id idonei reputari, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis per examē, si illis videbitur necessarium, idoneus iudicetur, & approbationē, qua gratis datur, obtineat; priuilegijs, aut consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus.* Hæc sunt Tridentini verba.

200 Ex quibus colligitur. 1. Sacerdotem non Parochum, aut non approbatum ab Ordinario audientem confessiones sæcularium, non solum peccare mortaliter, vsurpatione iudicij; sed etiam ipsum Sacramentum esse irritum, & nullum, vt expressè indicant illa verba: *Non posse sæcularium confessiones audire;* & habent DD. communiter. 2. Colligitur hoc decretum Concilij non habere locum in Regularibus, nisi respectu confessionum, sæcularium; hoc est,

non posse audire confessiones sæcularium, nisi sunt approbati ab Ordinario: bene verò Regularium, modo sint approbati à suis Superioribus Regularibus. DD. communiter. 3. Colligitur, obtinentem Beneficium, cui est annexa cura animarum, esse idoneum ministrum Sacramenti Pœnitentiæ, nec indigere alia approbatione. DD. communiter. Quem Parochum (si dimittat Beneficium) amittere idoneitatem, & approbationē, asserunt Suarez disp. 26. sect. 4. Filiucius tom. 1. tract. 7. cap. 7. num. 256. Coninch disp. 8. dub. 7. & alij. Sed in contrarium stat Rodriguez in addit. ad Bullam, §. 9. num. 4. & alij. 4. Colligitur, non sufficere, aliquem esse Doctorem in Theologia, aut in iure Canonico, aut quod per multum tempus Theologiam docuerit cum approbatione, & hoc sit notorium, vt iudicetur idoneus pro hoc ministerio audiendi confessiones; nam Concilium expressè requirit approbationem Episcopi in eo, qui non habet Beneficium Parochiale. Doctores communiter. 5. Prælati Regulares nequeunt confessiones sæcularium audire, absque approbatione Episcopi. DD. communiter; quia Prælati illorum proprie non est Beneficium Parochiale. Quidquid in contrarium dicat Valerus indifferenter vtriusque fori, v. *Nullitas*, diffi. 5. Et ante illum Mancius, Gal.

lo, Medina, Bañez, relati ab Enriquez lib. 6. cap. 6 n. 2.

201 Nomine Episcopi approbantis intelligitur quilibet habens iurisdictionem Episcopalem, vt Vicarius Generalis Episcopi, qui eius personam gerit, Capitulum sedevacante, quod succedit in iurisdictione Episcopi. Item alius habens Episcopalem iurisdictionem in populum exemptum à iurisdictione Episcopi; non vero Episcopus titularis tantum, qui nullum populum habet sibi subditum; nec Episcopus electus, sed non confirmatus; nec Generales, nec Prouinciales Religionum; nam etsi ij habeant iurisdictionem, quasi Episcopalem in suos, non vero in seculares, vt asserunt DiD. communiter.

202 Episcopus approbat Religiosos cum cōsensu (ad minus interpretatio) sui Superioris. Si autem absque illius licentia, & cōsensu Regulares approbaret, valent confessiones ex natura rei, vt asserit Villalobos, diff. 50. eo, quod habeat iurisdictionem delegatam ab Episcopo; sicuti, ob eandem rationem, sunt validæ confessiones, quas audit Religiosus approbatus ab Episcopo; sed suspensus à suo Superiore, ne confessiones audiat; siue per sententiam, siue per simplex mandatum. Et ita est eligibilis per Bullam Cruciatæ, vt docet Ledesma in sum. cap. 13. de Pœnit. dub. 12. Aco-

sta in exposit. Bull. q. 41. p. 1. tract. Diana 1. part. tract. 11. res. 10. Ludouicus à Cruce in exposit. Bullæ, disp. 1. cap. 2. dub. num. 5. & alij apud Trullench in exposit. Bullæ, lib. 1. §. 7. c. p. 1. dub. 8. Sicuti etiam est probabile, eligibilem esse per Bullam Cruciatæ Regularem, qui est approbatus pro solis viris, vsque ad Quadragesimum annum non pro mulieribus; nam hic est absolute approbatus, & limitatio non est ex defectu scientiæ, sed solum defectu ætatis, vt asserunt Enriquez lib. 3. cap. 6. Nuuus in 3. d. q. 8. ar. 5. in addit. 9. Fay, & alij apud Dianam 1. p. tract. 11. res. 9. contra Cruz, Rodriguez, & alios. Approbatus pro tempore limitato, transacto hoc non potest eligi; quia iam non est approbatus. Quidquid dicat Aco- sta in exposit. Bullæ, q. 39. Denique qui est approbatus in vno Episcopatu potest in alijs eligi virtute Bullæ, secundum probabilem opinionem; quia hæc non requirit aliud, nisi, quod confessorius sit approbatus ab Ordinario, & qui in aliquo Episcopatu est approbatus ab Ordinario est approbatus; ergo per Bullam est eligibilis. Sic Enriq. Valerus, Fay, Llamas, Portel, Ledesma, Coninch, & alij quos refert, & sequitur Diana 1. p. tract. 11. res. 7. contra Layman in Theolog. Mor. lib. 5. tract. 6. cap. 11. nu. 8. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 13. Vazquez q. 93. art. 3. dub.

dub. 4 & alios per Bullam Cruciatam est eligibilis in confessarium Parochus, qui (absque dubio) est approbatus ab Ordinario accipiens ab illo Beneficium Parochiale, vt asserunt DD. communiter contra Numerum in addit. ad 3. part. D. Thomae tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 9. & Gutierrez in qq. Canonic. lib. 3. cap. 27. num. 21. Et de hoc, & de precedentibus casibus dixi iam in mea Theologia morali de Bulla.

INTERROG. XXXVII.

An approbatus ab vno Episcopo pro sua Diocesi etiam sit approbatus pro qualibet alia?

203 Resp. Qui habet Beneficium Parochiale in vna Diocesi, quamuis tantum fuerit approbatus vt idoneus ad officium Parochi ab Episcopo a quo accepit Beneficium potest absque alia approbatione vbique terrarum confessiones audire; si alias iurisdictionem accipiat à proprio Sacerdote, quamuis tantum à Parocho, vt asserunt DD. communiter, ex Tridentino sess. 23. cap. 15. in illis verbis: *Nisi aut Parochiale Beneficium habeat.*

204 Difficultas est de confessione non Parocho exposito, seu approbato in vna Diocesi ad audiendas confessiones, an scilicet hic possit audire in alia Diocesi?

205 Et tenent affirmatiua partem Enriquez lib. 7. cap. 12.

Coninch disp. 8. dub. 8. & alij graues DD. quos refert Villalobos diff. 56. n. 2. asserentes, virtute Bullae Cruciatæ posse eligi confessarium approbatum in alia Diocesi, seu Episcopatu. Et idem asserit Suarez to. 4. disp. 28. sec. 9. Et ratio illorum est, quia Concilium Tridentinum solum expostit ad valorem confessionum, quod confessarius sit approbatus ab Ordinario; sed iste qui fuit approbatus in vna Diocesi absolute est approbatus ab Ordinario; ergo, &c.

206 Vazquez verò q. 93. ad 3. dnb. 4. Gutierrez lib. 3. qq. Canonic. cap. 27. Ochagaula q. 40. Hurtado disput. 10. diff. 17. & alij plures merito dicunt, approbationem factam in vna Diocesi non sufficere in alijs Diocesibus ad audiendas confessiones. Quod constat ex communi praxi Ecclesiae. Et deducitur ex Tridentino, vbi dicitur nullum posse audire, confessiones secularium, nisi ab Episcopis idoneus iudicetur, & non dicit Concilium ab Episcopo, seu vno Episcopo, vt bene notauit Hurtado loc. cit. Item, quia sic expedit bono regimini Ecclesiae, vt nullus audiat confessiones illorum, quorum cura incumbit Episcopo, nisi sit ab illo approbatus.

207 Sed quis Episcopus debeat facere approbationem? Enriq. lib. 7. c. 12. ait, sufficere approbationem iteri a quo cūq; Episcopo

sive poenitentis, sive confessarij, sive loci, in quo fit confessio.

207 Vazquez, Gutierrez, & Ochagavia loc. cit. dicunt, approbationem debere fieri ab Episcopo loci, in quo fit confessio.

208 Suarez disp. 28. sect. 6. Coninch disp. 8. dub. 7. Reginaldus lib. 1. c. 16 & Filiucius tra. c. 7. cap. 9. q. 10. tenent approbationem debere fieri ab Episcopo confessarij.

209 Rodriguez verò in exposit. Bull. §. 5. Hurtado diffic. 18. & communiter Theologi, & Canonistæ docent, approbationem debere fieri ab Episcopo poenitentis. Quæ sententia cõmunior est probabilior; eo quod approbatio confessarij fit in fauorem poenitentis ei prospiciendo, ut ei dignus, & conueniens confessarius tribuatur: prospicere autem poenitentibus, & ipsis de ministro seu confessario providere ad eorum Episcopum atinet iuxta rectam, & prudentem gubernationem. Ex quo patet ad rationem Enriquez.

INTERROG. XXXVIII.

An approbatio semel facta possit reuocari?

210 Resp. Conueniunt DD. quod facultas, quam habet Parochus ad audiendas confessiones nequeat reuocari ab Episcopo, quandiu ille obtinet Be-

neficium Parochiale; esset enim implicatorium, quod sit Parochus, & quod non possit confessiones audire; cum illi expressè id concedat Tridentinum sess. 23. cap. 15. ut manet dictum.

211 Circa alios Sacerdotes non Parochos est difficultas, an semel facta approbatio, valeat ab Episcopo reuocari? Et dixerunt aliqui reuocari nõ posse; eo quod approbatio semel concessa non sit mera gratia dependens à voluntate Episcopi, sed quædam quasi sententia declaratiua sufficientiæ, quæ transit in rem iudicatam.

212 Suarez vero disp. 28. sect. 8. Vazquez q. 97. art. 3. dub. 5. Enriquez lib. 6. cap. 6. Hurtado diffic. 19. & DD. communiter asserunt, dictam approbationem reuocari posse ab Episcopo, existente causa rationabili; etiam si ipse illam fecerit. Quod extendunt, etiam si desit rationabilis causa; quia approbatio dicta facta ab Episcopo natura sua est reuocabilis, & nullo iure ipsa reuocatio irritatur.

213 Quod etiam extendit Vazquez ad approbationem Religiosorum; & sequitur Hurtado diffic. 19. Sed non bene; nam approbatio Religiosorū est perpetua, ut iam dictum est.

214 Et aduertendum in fine, Sacerdotes in sui ordinatione à Christo, seu ex institutione Christi accipere potestatem

ad absoluendum Sacramentaliter à peccatis, vt patet ex verbis ipsius, quibus ordinantur: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, &c.* Quæ quidem non est sufficiens ad absoluendum à peccatis valide, (vt maledixit Armachanus); cū sit incompleta, & inchoata, seu radicalis: completur autem, & perficitur ab Ecclesia, quando Sacerdotibus designat subditos pœnitentes, siue designatione ordinaria, siue delegata. Vide Hurtado de pœnit. disp. 30. diffic. 5,

De casibus reseruatis.

INTERROG. XXXIX.

Quis potest in Ecclesia casus reseruare?

215 Resp. Esse in Ecclesia potestatem reseruandi casus, est de fide definitum in Tridentino sess. 14. cap. 7. *Quod faciunt Superiores limitando iurisdictionem inferioribus ad absoluendum pœnitentes à reseruatis;* quia sic expedit bono gubernio Ecclesie, nec non & fidelium animabus, vt hac ratione arceatur homines à peccatis, difficultate absolutionis.

216 Omnes, qui habent iurisdictionem ordinariam possunt reseruare casus respectu illorum, pro quibus absoluendis

possunt eam delegare. Doctores communiter. Et ita Parochus potest reseruare casum, vel casus, quando delegat suam iurisdictionem, vt bene Suarez disp. 18. sect. 1. Licet hoc non sit in usu; vel quia Parochi non audent casus reseruare sibi, vel quia illorum reseruatio non est conueniens.

217 Potest Superior reseruare casus respectu inferioris habentis iurisdictionem ordinariam, v.g. Episcopus respectu Parochi, Prouincialis respectu Prioris, Guardiani, aut Correctoris, &c. vt constat ex consuetudine Ecclesie, & quia sunt Superiores respectu iurisdictionis ordinariæ inferiorum, vt asserunt DD. communiter Qui etiam communiter asserunt, posse reseruare culpas, & censuras illis ad iunctas ab imponente Superiore, vel reseruare solos casus absque censura aliqua. Quod ordinariò fit in reseruatione casuum Religiosorum, vt ait Villalobos diffic. 57.

218 Vnde est. 1. Quod possit Summus Pontifex reseruare casus pro tota Ecclesia, cuius casus sunt reseruati cum excommunicatione; excepto vno, vel altero, vt dicunt aliqui. 2. Episcopus potest in suo Episcopatu casus reseruare, vel excommunicatione, vel sine illa. 3. Item possunt facere Abbates exempti, qui gaudent iurisdictione, quasi Episcopali. 4. Possunt re-

seruare casus Superiores Religionum, vt Generales, Prouinciales; quamuis cum limitatione ad vndecim casus contentos, & permisos in constitutione Clementis Octaui edita anno 1594. qui sunt hi: 1. *Veneficia, sortilegia incantationes.* 2. *Apostasia a Religione, siue habitu dimisso, siue detento.* 3. *Nocturna, & furtiuus egressio e Monasterio.* 4. *Proprietas contra votum paupertatis, qua sit peccatum mortale.* 5. *Iuramentum falsum in iudicio* 6. *Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum factum, etiam effectu non sequuto.* 7. *Falsificatio manus, seu sigilli officialium Monasterij, seu Conuentus.* 8. *Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in quantitate peccati mortalis.* 9. *Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.* 10. *Ocussio, aut vulneratio, aut percussio cuiuscumque personae.* 11. *Militiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum a Superioribus ad inferiores, vel ab his ad illos.* Quos casus dictos refert Villalobos diffi. 58. n. 4. Et praeter hoc casus, alios nequeunt referre Superiores Regulares, nisi sit de licentia Capituli Prouincialis pro Prouincia; na tunc poterunt Praelati referre omnes casus, quos referre iudicauerint, continere pro bono disciplinae Religiose, & bono ipsorum Religiosorum.

INTERROG. XXX.

Quae peccata possint referuari?

217 Resp. Omnia peccata mortalia etiam interiora possunt referuari, vt asserunt Doctores communiter, loquendo de potestate absoluta Ecclesiae. Et (vt aduertit Villalobos difficult. 57. num. 8.) non est in vii referuare interiora peccata; quia id non expedit; cum Ecclesia, potius de actibus exterioribus, quam de interioribus cognoscat.

218. Possent referuari peccata venialia sentiunt Bonacina, Suarez, Nuñez, & alij, & Villalobos loc. citat. num. 9. Sed alij id melius negant; ob facilitatem, qua haec leuia peccata committuntur. Sic Vazquez de poenit. quest. 91. art. 3. dub. 2. Ochagauia de poenitent. tract. 2. q. 21. & alij. Et ita dicunt sola mortalia esse referuabilia, & haec non vt cumque sumpta, sed quae in actione fuerint completa referuantur, & sic non sufficit, actionem intentasse, aut incepisse; sed necesse est, quod opus peccaminosum sit completum, vt teneat referuatio. DD. communiter.

219. Si Superior absque causa referuet, malefacit; sed tenet referuatio, vt aiunt Syluester, v. *Confessio*, 1. quest. 3. Villalobos num. 10. & Doctores communiter. In dubio an casus sit refer-

natus nec ne, tenent plures, non
presumi referuatum, apud Dia-
nam 4. p. tract. 3. ref. 4.

INTERROG. XXXI.

Qui nam sint casus referuati?

220 Casus referuati summo
Pontifici annexam habent ex-
communicationem. De quibus
iam egi in mea Thologia Morali
de Cens. Sec. de Excommunic.

221 De casibus referuatis Epif-
copis, qui nam sint est dissidium
inter DD. vt videre est apud Vi-
llalobos diffic. 58. De qua
dissentione non curo; quia
sentio Episcopo solo iure com-
muni, & seclusa consuetudine,
nullum peccatum esse referua-
tum: nam licet in Extrauag. *Super
Cathedram*, quinque, vel sex
casus referuati numerentur: hoc
tamen decretum reuocatum est in
Clementina *Dudum*, de *sepulta-
ris*, vt dixit Suarez disp. 29. sec. 3.
& sequitur Ochagauia trac. 2,
q. 20. & Trullench de Sac. lib.
4. cap. 10. dub. 2. Vnde solum
inquolibet Episcopatu, ea erunt
referuata peccata, que referua-
ta fuerint iure peculiari illius,
iuxta vniuscuiusque Episcopa-
tus constitutiones, & statuta.

221 In nostro Archiepisco-
patu Toletano sunt hi casus
referuati, quos in lingua vulga-
ri do, prout continentur in Sy-
nodalibus Eminentissimi Do-
mini D. Balthasaris de Mos-

coso & Sandoual Cardinalis S.
Romane Ecclesie titulo S. Cru-
cis in Hierusalem, & dignissimi
Achiepiscopi Toletani, &c. Qui
casus sunt hi. 1. *Contra los Cu-
ras, o Beneficiados, que induxe ven
parroquianos de otra Parrochia a
la suya.* 2. *Contra los que a sabien-
das ocupan los bienes de las Igle-
sias, y los retienen.* 3. *Contra los q̄
impiden la cobranca de las rentas
Eclesiasticas, y sacan frutos.* 4. *Cō-
tra los que no cumplen con la Igle-
sia en el tiempo que lo manda, y
nuestras Constituciones Synodales.*

5. *Copula carnal con parienta en
primero, o segundo grado, o con hija
de confession.* 6. *Pecado nefando,
bestialidad, juramento falso en per-
juizio y daño de tercero. Blasfemia
publica, encantamientos, conju-
ros, supersticiones, y hechicerias.*

223 Quoad casus referua-
tos in Religionibus certa regula
tradi non potest; standum est re-
feruationibus peccularibus cu-
iusvis Ordinis, seu Religionis.
In nostra Minimorum sunt refer-
uata peccata contra quatuor
vota, *obedientie, castitatis, pauper-
tatis, & quadragesimalis vite*, vt
patet ex Regula in Correct. Et
tractat bene noster Isnardus in
Codice Minimo, v. *absolutio cō-
tra R. P. nostrum Peyrinis*

super constit. 1. Vr-
bani VIII,

(S)

INTERROG. XXXII.

*Quis possit absolvere à casibus
reservatis?*

224 Resp. Potest ab illis absolvere, qui casus reservavit. DD. communiter. Potest etiam Superior respectu illius, qui casum reservavit. Et uterque potest dare iurisdictionem ad absolvendum ab illis; cum habeat iurisdictionem ordinariam; & consequenter possunt facultatē concedere subdito, ut à reservatis absolvatur, ut asserunt DD. communiter.

225 Indirectē potest inferior confessarius à reservatis absolvere, quando scilicet non esset recurtus ad Superiorem, & alias instaret necessitas celebrandi, vel communicandi; quia tūc potest inferior confessarius in hoc casu, audire peccata non reservata: & cum tunc Sacramentum det gratiam, quæ non compatitur cum peccato mortali, indirectē absolvuntur mortale, siue mortalia reservata, ut ait Villalobos diffic. 59. nu. 1. Iurisdictione ad absolvendum à reservatis datur, quibuscumque verbis illam significantibus. DD. cōmuniter.

226 Qui confessus est habitenti auctoritatē absolvendi à reservatis, si inculpabiliter omisit confiteri aliquod peccatū reservatum, non manet iam re-

servatum, ut asserunt Adrianus in 4. dist. 4. de confessione. Couarubias in cap. *Alma mater*. 1. par. § 11. num. 12. Canus relect. de poenit. p. 5. Filiucius, & alij cōtra Suarez disp. 31. sect. 4. & Vazquez q. 91. art. 3. dub. 5. quos sequitur Hurtado disp. 11. diff. 8. Et idem dicendum est de casibus oblitis inculpabiliter tempore Iubilæi, qui iam non manent reservati; quia Prælati, quantum est ex parte sua abstulit reservationem, si poenitens utatur privilegio intra tempus illud, & poenitens fecit ex parte sua, quod debebat ad fruendum privilegio, ut ait Villalobos, diffic. 67. Qui addit, quod si post confessionem poenitens non fecit requisita ad lucrandum Iubilæum, v. g. non ieiunavit, &c. non ablata est reservatio. Sed cōtrarium est probabilius, ut asserunt Suarez disp. 31. sect. 4. nu. 5. Vazquez q. 91. art. 3. dub. 6. Hurtado disp. 11. diff. 9. eo quod dictum privilegium absolvendi à reservatis absolutē concedatur, & non subonere ad implendi necessaria ad obtinendum Iubilæum.

INTERROG. XXXIII.

An aliquis possit absolvere à casibus reservatis Papa?

227 Resp. Potest ab illis Episcopus absolvere, ex concessione Tridentini sed. 24. cap.

6. de reformat. per hæc verba: *Liceat Episcopis in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diocesi sua, per se ipsos, aut per Vicarium specialiter deputandum in foro conscientia gratis absolvere, Impænitentia salutari; idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientia eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum.*

228 Et in hac concessione, nomine, *peccati occulti* intelligitur, quod non est publicum, illud scilicet, quod nō scitur in oppido, vicinia, aut cōmunitate: & tunc erit publicum, quando haberetur notitia illius in maiori parte Collegij, aut Vicinix, etiam si solum sint decem in illa, vt asserit Villalobos tom. 1. tract. 21. diffic. 9. n. 10. & tenent DD. communiter.

229 Nomine Episcopi, intelligitur Episcopus confirmatus, nec non Capitulum sedevacante, quod succedit in iurisdictionem Episcopi, & secundum probabilem sententiam extenditur hæc concessio ad eos, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt Abbates exempti Generales, & Prouinciales Religionum; quia in illis militat in eadem ratio, ac in Episcopis, vt ait Delgadillo tract. de pœnit. cap. 21. dub. 20. Præterquam quod Generales, & Prouinciales possunt vti hac facultate Concilij ex priuilegio

Pij V. concesso Ordini Prædicatorum, quod refert Villalobos diffic. 60 ex nostro Reuerendissimo Passarello Generali nostri Ordinis, & Rodriguez. Et videtur, posse extendi ad Prælatos immediatos domuum, scilicet, Priores, Guardianos, Ministros, Correctores, &c. vt notat ibi Delgadillo, & Cruz in epitome, lib. 1. cap. 6. dub. 13.

230 Ad casus Bullæ Cœnæ non extendi priuilegium Concilij Tridentini sentiunt Gutierrez lib. 1. qq. Canonic. cap. 13. Suarez tom. 4. disp. 30. sec. 2. numero. Azor tom. 1. lib. 3. cap. 10. Viualdus, Simancas de Catholici instit. tit. 13. num. 6. Maiolus de irregular. lib. 3. cap. 6. Peña in direct. Inquis. 3. p. q. 98. com. 141.

231 Sed alij contrarium tenent. Sic Nauarrus conf. 10. de priuileg. lib. 5. Bañez 2. 2. q. 11. art. 4. q. 2. Enriquez lib. 3. capit. 16. num. 14. Aragon 2. 2. q. 11. art. 3. Angles in 4. q. de confess. art. 5. diffic. 6. Cordoua, Rodriguez, Ledesma, & alij penes Villalobos tom. 1. tract. 9. diff. 61. num. 2. Et est ratio; quia in Bulla Cœnæ ponitur clausula generalis, in verbis illis: *Ac cuiusvis Concilij decreta*, nec specificat clausulam Concilij Tridentini, quod necessarium videtur; quia lex specialis non videtur abrogari per generalem legem, siue illam antecedar, siue illam subsequatur, iuxta gloss. in autent. cap. de litis cont. st. & tenet

nec Decius in reg. v. ff. de reg. iuris. Item, quia cum hæc facultas Concilij Tridentini concessa Episcopis, sit recens & concessa ob grauissimas causas, non videtur vero simile, quod Papa in Bulla Coenæ velit illam derogare, absque eo, quod de illa mentionem faciat.

232. Et secundum hanc sententiam possunt Episcopi absoluerè à crimine hæresis si sit occulta prout illi conceditur in Tridentino sess. 24. cap. 6. & à reliquis casibus Bullæ Coenæ occultis. Quod iam sustineri nequit post Bullam Alex. VII. SS. *auduit*.

233. Quantum ad absoluedos subditos, est aduertendum, quod non solum possunt absolui subditi Episcopi, qui in Episcopatu habent domicilium, sed etiam possunt absolui peregrini, scholastici academiæ, vagi, qui carent domicilio, & etiã Regulares exempti subijciantes se Episcopo in hoc foro cõlicentia sui Prælati, vt ait Suarez disp. 20. sect. 2. & alij, quos refert Diana 7. part. tract. 20. res. 6.

234. Dicunt aliqui, posse Regulares Prælatos absoluerè suos subditos à casibus Bullæ Coenæ, excepto crimine hæresis sic. Suarez de Religione, tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 21. noster Peirinis, tom. 1. priuileg. const. 4. Sixti V. §. 5. num. 6. Villalobos 1. part. tract. 9. diff. 61. n. 5. referens ibi pro hac concessione Grego-

rij XIII. nec non, & priuilegium Iulij II. concessum PP. Prædicatoribus. Tenet etiam Porrel in dub. Regularib. tom. 1. v. *Abbas*, num. 10. Et dicit esse probabile noster Vega 1. part. sum. cap. 49. cas. 1. & alij, qui asserunt posse Prælatos absoluerè suos subditos Regulares in foro conscientie à casibus Bullæ Coenæ, nec priuilegia ad hoc concessa derogari per Bullam Coenæ.

235. Hæresis excipitur, etiã occulta; nam vt ait Porrel citatus, Tribunal Sancti Officij habet multa priuilegia specialia, per quæ reuocantur alia priuilegia in communi concedentia absolutionem ab hæresi. Et addit Sanchez lib. 2. Decalogi, cap. 12. num. 10. Extare priuilegium, seu motum proprium Gregorij XIII. specialiter id prohibentem, qui motus proprius refertur ad litteram à Rodriguez in addit. ad Bullam Cruciatæ ad §. 9. fol. 492. Contrariã sententiam, quæ asserit non posse Regulares virtute suorum priuilegiorum absolui à casibus Bullæ Coenæ, tenent Peregrinus in schol. ad priuileg. Clericor. Regular. p. 2. titul. *Bull. Coenæ*. Bordonin^o et mor. res. 3. id multis rationibus probans, & alij; eo, quod cõsent, dicta priuilegia reuocari per Bullam Coenæ. Et hæc opinio secura est, & qua tenenda est post Bul. cit. Alex. VII.

236 Regulares iam vi suorum privilegiorum nequeunt absoluerè à casibus reseruatìs Episcopo, seu ab illis quos ipse Episcopus reseruauerit sibi, ex decreto Urbano VIII. die 18. Nouembris anno 1628. etiam si sint extra Italiam, vt refert Diana 2. par. tract. 17. res. 30. Et contraria sententia iam nequit praticari post Bullam Alexandri VII. *Sanctissimus audiuit*, &c. Possunt tamen ab illis absoluerè virtute Bullæ Cruciatæ, sicut possunt alij Sacerdotes secularis.

INTERROG. XXXIV.

An teneatur Superior concedere subdito petenti, facultatem, vt absoluatür à casibus reseruatìs?

237 Resp. Non semper est obligatus Prælatus illam concedere; aliàs nullius momenti esset reseruatìo. Sed illam debet denegare, quando confessio fuerit in damnum pœnitentis, seu aliorum, vt notauit Arrailla, v. *Confessio*, num. 35.

238 Sed his inconuenientibus deficientibus, tenetur Prælatus facile hanc facultatem concedere, & contrarium faciès peccabit, vt ait D. Thom. in 4. dist. 7. q. 4. ar. 3. Et cum D. Thoma tenent Siluester, Sotus, Nauarrus, & DD. communiter.

239 Qui aduertunt, hanc fa-

cultatem concedendam non esse cuius confessario, sed homini docto, & Religioso, vt melius delicta corrigantur.

240 Et potest Superior concedere hanc facultatem absoluedi, cum aliquo onere, v. g. vt faciat talem pœnitentiam, aut quid simile, vt ait Suarez disp. 30 sect. 5. & DD. communiter. Qui etiam dicunt, posse delegari etiam cum onere comparendi eoram Superiore, sicuti, qui in articulo mortis absolutus fuit ab inferiori Sacerdote à casu habente excommunicationem, si conualeat, debet comparere eoram Prælato, vt satisfaciat, sicuti debet; etsi nō compareat, in eandem incidit excommunicationem, cap. eos qui, de sent. excom. in 6. Non tamen comparere tenetur, si casus à quo fuit absolutus non habuit excommunicationem. V. lalobos diffie. 44. n. 4. & DD. communiter.

INTERROG. XXXV.

An peccata reseruata oblita maneant reseruata?

241 Resp. Quando pœnitens confessus est Superiori, & oblitus est alicuius reseruati peccati, hoc amplius reseruatum non manet. Siluester, v. *Confessio*, q. 4. Nauarrus in c. *consideret*, §. cautus, nu. 32. de pœnit. d. 5. & DD. communiter. Quod intelligendum est, quando pœnitens confessus est Superiori, ad obtinendam ab-

absolutionem à reſeruatís, vt bene Suarez diſput. 31. ſect. 4. num. 15.

246 Si quis habēs authoritatē, abſoluit à cenſuris, quāuis pœnitens illarum oblitus fuerit, manet abſolutus ab illis. Eſi peccatum erat reſeruatū ratione cenſuræ reſeruatū nō manet, vt ait Suarez num. 16. & cum eo Villalobos difficul. 66. num. 4.

247 Peccata reſeruata ſemel legitimè abſoluta, amplius reſeruata non manent ſecundum probabiliorem opinionem Sylueſtri, Caietani, Villalobos, & Suarez diſput. 31. ſect. 4. eo, quod iam non ſunt materia neceſſaria, ſed libera, ad confeſſionem. Item nec reſeruata manent peccata, quæ confeſſus fuit pœnitens Superiori, ſed inualdè, ob defectum doloris, vel aliã de cauſa, vt aiunt Sylueſter, ver. *Confefſio* 1. q. 29. D. Antoninus 3. p. tit. 14. §. 6. & dicit Suarez, eſſe ſententiã ſecuram in praxi. Et eam tenet Villalobos loc. cit. n. 2. Et eſt ratio; quia in hoc iudicio, iam ſatis factum eſt

Superiori, ad quod ordinatur reſeruatio.



INTERROG. XXXVII

An Superior poſſit audire peccata reſeruata ſolam, & abſoluere pœnitentem ab illis, remittendo ad inferiorem confeſſarium, pro non reſeruatís?

248 Reſp. Caietanus, Nauarrus, & Sorus citati à Suarez diſp. 23. ſect. 5. dicunt, poſſe; ob ordinarias occupationes Superiorū. Sed ſententiã negatiuã eſt communior; eo, quod integritas confeſſionis ſit de iure diuino. Vazquez q. 91. art. 3. dubio 10. Suarez diſp. ſec. Hurtado diſp. 12. diffic. 15. Canus, Viguierius, Ochagauia, & alij.

249 Nec ob eſt, Prælatum (vt in plurimum) detineri occupationibus. Quia reſpondetur, quòd tunc poteſt dare facile ſuam authoritatē, vt inferior confeſſarius abſoluat, & ſic fiat integra confeſſio.

250 Extra mortis articulum (quando inſtat grauis cauſa, aut neceſſitas celebrandi, aut communicandi) poteſt inferior confeſſarius abſoluere pœnitentem conſitentem reſeruata cū obligatione, quòd poſtea illa confeſſetur Superiori; dummodo pœnitens confeſſetur nō reſeruata, à quib⁹ abſoluatur directè ab inferiori, & indirectè à reſeruatís, vt iam dictum eſt. D. Thomas in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. Suarez diſp. 31. ſect. 3. Lugus diſput,

put. 14. de Eucharist. sect. 5. Sotus, Eniquez, Ledesma, & alij apud Leandrum disp. 12. q. 32. Et sunt, qui dicant, non esse necessarium manifestare peccata reservata, quando pœnitens cōfiteretur inferiori confessario, causa celebrandi, aut comunicandi in necessitate. Videatur Lugo dict. disp. 14. de Euchar. sect. 5. num. 86. & Diana 2. part. tractat. 4. ref. 104. & Leander disp. 12. q. 33.

De Conditionibus; & obligatione Confessarii.

INTERROG. XXXVII.

Quas conditiones debeat confessarius habere?

251 Resp. 1. Confessarius debet habere *potestatem, scientiam, bonitatem, fortitudinem, & secretum.* DD. communiter. 2. Potestas est Ordinis, & iurisdictionis, nam si Sacerdos non sit, nec iurisdictionem habeat, confessio est nulla, ut iam dictum est, nec sine his duobus sit Sacramentum, ut asserunt DD. communiter. 3. Debet habere bonitatem; sed non exigitur ad valorem Sacramenti, sicut dictum est in Sec. de Sac. in genere. Explicatur bonitas, quod sit in gratia, ut digne & licite hoc ad

ministret Sacramentum, DD. communiter. 4. Quântum ad scientiam, conveniunt DD. debere scire, facere distinctionem inter peccatum mortale, & veniale, modo communi, & ordinario; siquidem est iudex, qui causam debet cognoscere. 5. Est etiã necessarium, ut sciat id quod requiritur ad administrandum hoc Sacramentum; tam ex parte sui, quam ex parte pœnitentis; & si ex peccato oriatur obligatio restituendi & habere sufficientem notitiam casuum reservatorum, & excommunicationum, impedimentorum Matrimonij, & irregularitatum, si audiat confessiones habentium Ordines, aut eorum, qui Ordines suscipere volunt, ut asserunt DD. communiter. Et in reliquis sciat dubitare prudenter, consulere viros doctos, libros evolvere studendo, ut in obligationi, & muneri audiendi confessiones satisfaciatur; quia omnia nequit scire; cum latissimus sit Theologiæ moralis ager, ad quem percurrendum nec vita sufficit, nec labor indefessus est satis. In casu necessitatis sufficit scire materiam, & formam Pœnitentiæ, Sacramenti, nec non & dispositionem pœnitentis. 6. Peccat mortaliter confessarius, qui audit confessiones sine scientiâ sufficienti; sicut etiam mortaliter peccat, qui illum approbat ad audiendas confessiones cognitâ insufficientiâ; & qui hæc cog

cognita, scienter illi confiteretur, vt asserit Villalobos diffic. 68. Sed valet confessio facta Sacerdoti ignorantem habenti potestatem Ordinis, & iurisdictionis; nam hic est vera forma, & materia, & minister cum intentione debita. Suarez DD. communiter. 7. Confessarius, qui est causa, ne restituat poenitens; quia illum non monet, vt restituat, si id omittat ex culpa lata, tenetur restituere; quia confessarius est causa huius damni. DD. communiter. Non tamē de sunt aliqui negantes hanc obligationem. Videatur Diana 2. p. trac. 16. res. 1.

INTERROG. XXXXVIII.

An confessarius sit obligatus interrogare poenitentem?

252 Resp. Est obligatum ad id, quando scit, poenitentem non confiteri id, quod confiteri tenetur, aut dubitat rationally de illo, vt ait Caietanus in sum. v. *Interrogatio*, & est commune apud DD. eo, quod Confessarius sit iudex, cui ex officio conuenit scire omnia, ante quam sententiam proferat. Sed debet esse prudens interrogando, specialiter in peccatis carnis; tum, vt euitetur periculum in se ipso, & in poenitente; tum, ne doceat peccare, in confessione. 2. Quando confessarius scit certo poenitentem con-

mississe peccatum mortale, & credit probabiliter, non illud confessum fuisse, habet obligationem interrogandi illum de illo; & si negat, & confessarius habet notitiam illius extra confessionem, potest vti hac scientia ad conuincendum illum; etsi adhuc neget, cognoscatque confessarius euidenter poenitentem mentiri, non potest illum absolueri, alias absoluet indispositum, vt ait Trullench de Sacram. lib. 4. cap. 11. dub. 3. 3. Quando confessarius cogitat bona fide, non esse necessitatem interrogandi, non est obligatus interrogare, vt ait Villalobos diffic. 59. cū Ledesma, & Caietano; si quidem præceptum affirmatum interrogandi intelligitur, secundum tempus, locum, & circumstantias prudentia; non enim interrogandus est doctus poenitens; & interrogandus est ignarus.

253 Quando confitetur poenitens, qui interrogandus est; sunt aliquæ interrogationes, quæ fiunt ante confessionem, & post illam. Ante confessionem fit interrogatio. 1. *A quo tempore non sit confessus?* 2. *An poenitentiam impositam adimplerit?* 3. *An conscientiam examinauerit bene?* 4. *Cuius status sit? an solutus? an coniugatus?* 5. *An sit subiectus sue iurisdictioni, an habeat licentiam a Parocho suo, vel Bullam Cruciatæ?* Et statim dicta confessione generali, audiat peccata poenitentis.

254 Post Confessionem interroget confessarius pœnitentem. *Si le pesa de auer ofendido a Dios de todo corazon, & ex todo corde, propone de enmendarse, vt si fortassis pœnitens non fecerit actum contritionis, aut attritionis, le haga entonces. Quod est maxime curandum, quando se confessa gente vulgar, que suele confessar sus pecados sin arrepenimiento dellos.*

INTERROG. XXXIX.

An confessarius teneatur monere pœnitentem, quem scit, laborare ignorantia inuincibilis

255 Resp. 1. Quando ignorantia est vincibilis, & culpabilis, tenetur confessarius monere pœnitentem, licet monitio pro futura non sit, vt aiunt Sotus, Aragon, & Sanchez de Matrimo. lib. 2. disp. 28. num. 2. Villalobos 1. part. tract. 9. diffi. 70. num. 7. & DD. communiter, v.g. quia pœnitens est in malo statu ex ignorantia vincibili, vel quia Matrimonium inualide contraxit, aut retinet alienum, aut putat contractam illicitum licitum esse. Et probatur, quia confessarius est proprius pastor, vel gerit vices pastoris proprii; officium autem

pastoris est, monere & instruere subditum.

256 Quando pœnitens est in malo statu, idque inuincibiliter ignorat; si confessarius sibi persuadeat, fore vtilem suam ad monitionem, & absque graui in commodo, & damno id potest facere, tenetur pœnitentem monere, & veritatem aperire. Nauarrus cap. *Si quis* distinc. 3. num. 68. Suarez tomo 4. disp. 32. sect. 5. num. 3. Filucius tom. 1. tract. 7. cap. 12. & DD. communiter. Et ita, si confessarius deprehendat, Matrimonium esse nullum, & quod dispensatio obtineri possit facile, & credat, quod pœnitens adhibebit diligentiam, & quod interim rem cum vxore non habebit, tenetur de impedimento monere, vt asserunt DD. communiter. Si autem prudenter timet confessarius pœnitentem per mansurum in eodem statu falsi Matrimonij, vel graui inde scandala oritura, tacere debet, quia ille non peccat vtendo illo Matrimonio, quod reputat verum: si autem doceatur veritatem, peccaret deinceps, aut domestica odia, grauissimaque scandala sequerentur; quod certe est malto grauius damnum, quam inculpabilis ignorantia, vt asserunt DD. communiter. Quod limitant, modo non sit periculum damni communis; in hoc enim tenetur ad monere confessarius etiam

fructus non speretur, v.g. si populus sciat impedimentum dirimens, & inde scandalum sumit; bonum enim commune præferendum est particulari. Secus autem, si damnum solum veniret alicui particulari, ut si quis maioratú bona fide possideat, tunc enim potest, & debet confessarius tacere, concurrentibus dictis, scilicet, quòd possidens non restituet minus, &c. Vide Trullench. de Sac. lib. cap. 10 dub. 11. Qui doctrinam hanc extendit ad ignorantiam iuris diuini, aut naturalis, modo non sit ignorantia eorum, quæ sunt necessaria necessitate medijs ad salutem. Et tenent Sanchez, Enriquez, Villalobos, Bonacina, & alij apud ipsam Trullench loc. cit.

257 Et ita (vi bene Granado tom. 5. contr. 7. de Pœnit. trac. 11. disp. 9. §. 4.) si pœnitens inuicibiliter ignoret, se teneri ad concipiendum dolorem de peccatis, quæ confitetur, docendus omnino est a confessario. Item, si pœnitens Mysteria fidei ignoret, quorum cognitio est modo medium necessarium ad iustificationem, ita ut sine illorum noticia nequeat adustus iustificari, ut cognitio vnus Dei, Trinitatis Personarum & Mysterium incarnationis pœnitens ignoret (etiam inculpabiliter) non est absolendus, donec illa doceatur, & credat; quia aliter non accipiet digne Sacramentum

Pœnitentiæ, cuius effectus est remissio peccatorum, & Sanctificatio per susceptionem primæ gratiæ, quam sine prædicta fide nemo adustus consequitur.

INTERROG. L.

An Confessarius debeat se conformare opinioni pœnitentis.

167213

258 Resp. Si opinio vere probabilis est, tenetur confessarius se conformare opinioni pœnitentis, etiam si confessarius iudicet suam opinionem probabiliorem. Sotus dist. 18. q. 2. ar. 5. Nauarrus cap. 27. nu. 8. Suarez, Enriquez, Bonacina, Trullench, & DD. communiter. Quia in hoc casu pœnitens integre confitetur, & est bene dispositus, nec peccat sequendo opinionem probabilem; ergo confessarius nullum ius habet negandi absolutionem.

259 Quod intelligendum est, tam de confessario proprio, quàm de delegato, contra Syluest. v. *Confessor* q. 3. & alios apud Suarez disp. 32. sec. 5. Quia in utroque confessario militat eadem ratio.

260 Et addit Villalobos 1. p. tract. 7. diffic. 12. quòd, quãdo confessarius amplectitur opinionem probabilem, scitque, dari aliam probabilem, quæ faueat pœnitenti, quam pœnitens ignorat, tenetur confessarius

rius sequi opinionem pœnitenti favorabilem; quia pœnitens reus est, & consequenter ei fauendum. *xl. Semper in dubijs*, ff. de reg. iur. & habent DD. communiter.

261 Si opinio pœnitentis fuerit improbabilis, tenetur Confessarius illum instruere. Qui si instructus nolit confessario obedire, nec suum errorem relinquere, nullo modo est absolvendus, vt asserunt Ledesma, Villalobos, Trullench, & DD. communiter; est enim in dispositus.

INTERROG. LI.

An Confessarius possit absolvere pœnitentem obligatum ad restituendum, vel aliquid faciendum, ante quam illud faciat?

262 Resp. Affirmatiuè, modo tamen pœnitens habeat firmum propositum illud faciendi quam primum poterit. DD. communiter; quia hic censetur accedere dispositus; & quia præceptum restitutionis non obligat statim metaphysice, sed moraliter, & data opportunitate. Si autem semel, & iterum ad monitus non restituit, cum possit restituere, vel pecuniam, vel famam, absolvendus non est, donec restituat; nisi forte tam specialiter in hac ultima confessione motus a Deo

ita videatur pœnitens ad emendationem vitæ, vt prudenter sibi persuadeat confessarius, statim illum esse restitutum, vt asserit Granado tom. 5. contr. 7. tract. 10. disput. 9. n. 17.

263 Qui est in occasione proxima peccandi, (regulariter loquendo) absolui non potest, nisi occasionem illam deserat; qui a aliter non censetur sufficienter dispositus, vt asserunt DD. communiter. Et ita non est absolvendus concubiniarius domi habens concubinam, nisi prius illam e domo eiciat; reuera enim domi concubina, est in periculo peccandi, & qui amat periculum peribit in eo, nec propositum habet evitandi peccata.

264 Occurrere autem possunt circumstantiæ, in quibus liceat absolutionem impendere, prius quam auferatur occasio. Et quidem Suarez disput. 32. sect. 2. totum hoc relinquit arbitrio prudentis confessarii. Sed in speciali, Nauarrus in Manuali c. 3. de hoc late disputat, & bene concedit, posse absolui pœnitentem, qui non relinquit occasionem; dum modo concurrant quatuor circumstantiæ. Prima, *Verus dolor culpæ præterite*. Secunda, *verum propositum præcauendæ de cætero*. Tertia, *probabilitas à confessario concepta, quòd in tali occasione pœnitens non peccabit*. Quarta, *quòd subsit rationabilis causa, ob quam non*

separatur à tali occasione, huiusmodi autem foret scandalum, notabilisve alia difficultas.

246 Observat etiam Navarrus in eodem num. 14. & Ledesm. tract. de poenit. cap. 7. Paulo antefinem, non censi occasionem peccandi sufficientem, ut negetur absolutio, si quis habeat officium, vel fungatur munere, in quo, aliquando cōtingat peccare mortaliter, ut sunt mercatores, scribæ, &c. in quorum officiis, adest, occasio peccandi, vel quia hæc occasio est remota, quam homo non tenetur vitare, ut ait Granado disp. 6. vel si est proxima non tenentur illam deserere cum magno detrimento ut ait Sanchez in select. disp. 10 n. 11. Qui Sanchez etiam asserit. 1. Quod, qui sui iuris non est ut filius familias, vel servus absoluendus est non dum expulsa concubina dicitur firmiter proponat cum illa non peccare. Sed erit bonum, illi aliquando absolutionem denegare ut emendetur, ut ait Hurtado disput. diffic. de hoc videndus. 2. Ait Sanchez, quod cessante periculo peccandi cum concubina absoluendus est poenitens etiam si illam non expellat edomo. Quod mihi quidem difficile est, nam dum ipsa in domo perseverat semper videtur imminere periculum. 3. Asserit, quod semel & iterum in peccatum labens fornicia domi retentiva absoluenda est, si pluries resistat

viro etiam si non proponat domum deserere. Quod quidem mihi etiam est difficile, nam fornicia hæc, licet pluries resistat est in occasione proxima peccati & quod resistit sæpius non tollit periculum proximum peccandi. 4. Asserit & bene, quod Parochus expertus pollutiones voluntarias ex adventu confessionum suorum parochianorum; cum ad id tenetur ex officio; absoluendus est, confessarius vero audiens confessiones ex devotione absoluendus non est, nisi officium deponat. 5. Docet (& bene) quod polluēs se sæpius voluntarie non propriè manet in occasione proxima peccandi; cum occasio illa peccandi, & committendi voluntarias pollutiones sit inseparabilis; quocūq; enim pergat quis fert secū suam carnē, nec a se ipso valet recedere. Si autem hæc proveniant pollutiones ex aliqua causa extrinseca, ut ex lectione librorum turpium, vel aspectu alicuius fornicia. &c. hæc evitabilia sunt; & ideo, quo ad usque hæc deserat, qui tales committit voluntarias pollutiones, ipsum non absoluendum censeo; cum hic amet periculum proximum, seu occasionem proximam incidendi in prædicta peccata.

347 Et dicitur occasio proxima ea, quæ proxime movet ad peccatum, & ut ait Sanctius dicta disp. citata, ea est, ob cuius

tionem aliquod peccata committitur in particulari alias nō committendum, si ab esset, eo quod occasio frequenter præ manibus offertur peccatori illum ad peccatum inducendo. Remota occasio est, quæ remote mouet ad peccatum, & ait ipse Sanctius, eam esse, *quam nisi peccator inquirat, aut non inueniet, aut difficulter, ob quod facilis est euitatio peccati.*

267 Remotam occasionem non tenetur pœnitens vitare, vt asserunt DD. communiter, ex illo sapientiæ, 14. *Creatura Dei in odium facta, & in miscipulam, sunt pedibus in sapientium,* & alias deberemus deserere mundum, & ex illo exire, vt ait Villalobos diffic. 25. nu. 2. Proximam vitare tenetur, vt fateatur omnes.

INTERROG. LII.

Quid debeat facere confessarius, qui male absoluit pœnitentem

268 Resp. Si defectus fuit; quia non absoluit ab ex communicatione, potest id supplere absque eo, quod id agnoscat pœnitens, petens authoritatem confessarius, si ex communicatione erat reseruata, & repetens absolutionem ab ex communicatione. Quod potest facere etiam si pœnitens sit absens; quia absolueret ab ex com-

municatione, est actus iudicialis exterior, qui potest exerceri in absentia, vt asserunt DD. communiter.

269 Si fuit error in absolutione ex parte Sacerdotis, poterit facere, quòd pœnitens iterum confiteatur; & tunc necessarium non est fateri peccata in particulari; sed sufficet dicere: *Accusome de peccatis quæ tibi exterius die confessus sum,* & quòd pœnitens de illis dolorem concipiat; & hoc sufficit, vt absolutio cadat supra materiam illam, vt aiunt Syluester, v. *Confess.* Villalobos diffic. 70. & DD. communiter.

270 Si defectus fuit ex parte pœnitentis, cōfessarius debet illum monere, si commode potest absque scandalo, & graui damno; quia Iudex, qui male sententiam protulit debet damnum reparare; & in tali casu, perat licentiam confessarius à pœnitente ad agendum de confessione in particulari, & obtenta, poterit id facere. Sed si Sacerdos nequeat id facere absque scandalo, & graui damno, potest excusari; sicuti excusatur pœnitens ab integritate confessionis ratione scandali, aut grauis damni; nam ita poterit excusari confessarius, vt post Syluestr. Antonin. & Nauar. asserit Suarez disput. 32. sect. 6,

& sequitur Villalob.
loc. cit.

De sigillo confessionis.

INTERROG. LIII.

*Quid sit sigillum confessionis? Et
quinam illud seruare tenean-
tur?*

269 Resp. Sigillum, est obli-
gatio occultandi, que ab alio secre-
te detecta sunt. Est autem du-
plex, naturale, & Sacramenta-
le. Finis primi est bonum pro-
ximi, secundi reuerentia Sacra-
menti, eiusque facilitas. Pri-
mum aliquando frangere licet,
scilicet ob bonum publicum,
quod præferri debet priuato, se-
cundum nullo modo; nec si to-
tus orbis, nec si tota fides Chri-
stiana periret, vt asserunt DD.
communiter.

270 Et igitur sigillum Sa-
cramentale obligatio occultan-
di ea, quæ in confessione, vel
propter confessionem scita
sunt. Dixi, vel propter confes-
sionem; quia non solum confessa-
rius ad sigillum renetur; sed etiã
omnis, ad quem notitia confes-
sionis, quoquomodo pertingit,
vt iam dico.

271 In primis, Confessa-
rius, seu Sacerdos teneatur ob-
seruare sigillum iure diuino,
naturali & positivo, vt asserunt
DD. communiter. Et si illud frã-
gat duplex (ad minus) pecca-
tum committit, & contra Re-

ligionem, & contra iustitiam
infamando proximum, vt as-
serunt DD. communiter. 2. Te-
netur illud obseruare interpres,
qui est instrumentum poeniten-
tis, vt sua peccata confiteatur.
D. Thomas in 4. distin. 21. q. 2.
Scotus distin. 17. q. 1. Nauarrus,
Medina, Victoria, & Doctores
communiter contra Sotum in
4. dist. 18. q. 4. & Caietanum, v.
Confessio, condit. 4. 3. Teneatur
illud obseruare ille, qui casu,
seu furtiue confessionem audi-
uit, vt aiunt Sotus distin. 21. q. 3.
Suarez disp. 33. sec. 4. Nauarrus,
Villalobos, & DD. communiter
4. Teneatur obseruare illud ille,
cui confessarius peccatum in
cõfessione auditum inique aper-
uit, seu manifestauit, vt con-
tra Medinam docent DD. com-
muniter apud Diauam 5. part.
tract. 11. resol. 7. 5. Teneatur il-
lud obseruare Superior, a quo pe-
tit licentiam inferior, vt a re-
seruatis absoluat, alias fiet cõ-
fessio onerosa, & infamabitur
subditus. DD. communiter, cõ-
tra Vazquez tom. 4. in 3. part. q.
93. art. 4. dub. 2. num. 13. quem
sequitur Hurtado de Sacram.
disp. 12. de Poenit. diffic. 3. qui
asserunt, solum teneri secreto na-
turali. 6. Teneatur illud obser-
uare, qui audiuit peccata publi-
ce confitentis, seu se accusan-
tis in naufragio; ob necessitatẽ.
Et extendit Suarez ad eum, qui
sola sua voluntate, absque neces-
sitate, confitetur coram testibus.
Quam

Quam sententiam esse probabiliorem affirmat Villalobos dif. 72. n. 8. 7. Tenetur etiam obseruare illud ille, qui inuenit papyrus, in qua erant scripta peccata alicuius; quia hæc scripta erant in ordine ad confessionem, cōtra Tanner. Sot. & Bañ. apud Dian. 5. p. tract. 11. ref. 27. assentes, solum teneri sub secreti naturali, 8. Tenetur illud obseruare confessarius fictus, seu laicus se fingens Sacerdotem, & confessionem audiens; quia tunc cognouit peccatum ex confessione intentionaliter Sacramentali, vt aiunt Hurt. disp. 12. dif. 3. Ioan. Præpositus in 3. p. q. 11. de sigillo dub. 2. n. 22. Et idem dicendum est de laico, cui bona fide cōfiteretur pœnitens, existimans in absentia Sacerdotis laicum absolueri posse, vt aiunt prædicti DD.

INTERROG. LIV.

An sigillum extendatur ad omnia audita in confessione?

272 Resp. Sigillum Sacramentale extenditur ad omnia peccata confessa, & suas circumstantias, & ad omnia, quæ necessaria sunt ad ipsa peccata declaranda. DD. communiter. Et ita, si pœnitens declarauit in confessione complicem sui delicti, vel quia erat necessarium ad declarandum peccatū, vel ob ignorantiam, aut defectum suæ stirpis; omnia hæc cadunt sub sigillo,

DD. cōmuniter, 2. Non est obligatus confessarius obseruare sigillum in rebus, quæ audiuit in confessione, quæ nullo modo ad confessionem pertinent, vt ait Villalobos dif. 73. nu. 2. & DD. cōmuniter. Et si aliquis dicat Sacerdoti: *Hoc dico tibi in confessione*, & de facto nō facit confessionem Sacramentalem; hoc non pertinet ad sigillum, quod nascitur ex Sacramentali confessione solum; quamuis erit obligatus confessarius obseruare illud secretum; & hoc intelligitur, etiā si dicat illi: *Sub per signum Crucis*, vt ait ipse Villalob. citatus, 3. Si peccator confessario dicat peccatum, absque eo, quod de illo se accuset, non est obligatus ad sigillum; quia hoc non est confiteri. Et si inducat Sacerdotē ad errorem in fide, debet illum denuntiare Inquisitoribus; nā hic est modus occultus dogmaticæ; sicuti dicit Caieta. quod lib. 1. q. 1. & ait Sot. in 4. dist. q. 4. ar. id contigisse cuidam Cardinali Romæ, teste Villalob. loc. cit. 4. Peccata futura, quæ cōmitenda sunt, & sciuntur in confessione cadunt sub sigillo, vt aiunt D. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. ar. 1. Bonav. 2. p. ar. 2. q. 1. Sot. Nauar. & DD. communiter; quia hæc peccata manifestari nequeunt abq; eo, quod reuelatur propositum illa committendi, quod cognitum fuit in confessione; & etiā fieret odiosa confessio, si scirent homines, posse reuelare confes-

farium peccata futura: sed in tali casu poterit confessarius admonere Prælatum, vt curet euertare talia peccata, sine manifestatione pœnitentis, & cum certitudine, quod de illo nec leuem suspicionem possit Prælatum habere, vt ait Villalob. loc. cit. 5. Licet absque fractione sigilli confessario dicere: *Audiui tale peccatum in confessione*, absque expressione personæ; taliter quod fiat hac aduertentia, vt qui audiunt, nequeant in illius cognitionem venire; quia ex hoc modo dicendi non fit odiosa confessio. Sed erit melius tacere; & si forté id dixerit, attendat, quod non offendatur communitas, cuius est pœnitens mēbrum, v.g. si dicat, *Religiosum fuisse illi confessum tale peccatum, specialiter nominata Religione*, quia hoc peccatū est contra sigillum, vt asserunt Ledesma. 2. p. 4. q. 10. art. 2. Suar. disp. 33. sect. 3. Villalobos, & alij, 6. Qui dicit, se illi Petrum confessum fuisse, non reuelat confessionē; nam omnes catholici sua confitentur peccata. DD. communiter, 7. Nec frangit sigillum, si dicat: *Petrus, v.g. suis minutissimis culpis, seu scrupulis mihi caput obtundit*, 8. Nec frangit, si dicat: *Ioannes, v.g. non habet, nisi peccata venialia*; nam ex hoc non fit odiosa confessio, vt aiunt Sotus, Villalob. & alij, 9. Frangit sigillum confessarius si auditis confessionibus duorum, vnum laudat, & tacet de altero; id est enim,

tacite alterum vituperare, vt ait Gran. contr. 7. de Pœnit. tract. 1. disp. 4. n. 4. & est cōmune apud DD. 10. Violat sigillum confessarius dicens: *Non absolui Petrum*. Nauar. cap. 3. n. 10. in fine Suar. sect. 6. num. 1. & DD. communiter; quia reuera negatio absolutionis non est propter venialia; quia ad istorū absolutionē, nec requiritur specialis iurisdictio, nec Bulla, nec circa illorum solent dissidere pœnitens, & confessarius: vehementer, ergo indicatur culpa grauis, aut dubium de illa.

INTERROG. LV.

An possit confessarius de licentia pœnitentis reuelare confessionem?

273 Resp. Est duplex sententia circa hoc. Vna est affirmatiua, negatiua alia. Hanc tenent Scotus num. 4. dist. 11. q. 1. Gabriel ibi art. 3. dub. 4. Maior dubio 3. Durandus quæst. 4. Aensis, Angelus, & alij; eo, quod sigillum est de iure diuino institutū in utilitatem publicam, & in fauorem Sacramenti, & ita non potest dare licentiam persona particularis, vt frangatur.

274. Affirmatiuam tenent Thom. in 4. dist. 21. q. 2. artic. 3. Tannerus 10. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. n. 125. Vazq. in 3. p. tom. 4. q. 93. artic. 4. dub. 5. Ochagauia de Sacrament. tract. de sigillo

q. 3. num. 3. Præpositus in 3. part. q. 11. de sigillo, dub. 6. num. 348. Hurtado disp. 12. diffic. 6. Et alij plures cui sententiæ ad hæretico, quia communior, & probabilior. Et est ratio; quia secretum sigilli licet fuerit imperatum indignitatem ipsius Sacramenti principaliter tamen, & primo loco institutum est in fauorem pœnitentis, vt facilis, & suavis confessio redderetur: ergo eo ipso, quod pœnitens cedat iuri suo, non fit iniuria Sacramento; sicut si quis sub iuramento promittat alicui centum, & ille postea remittat promissionem, tolletur omnis obligatio seruandi promissionem; quia hæc principaliter ordinatur in fauorem personæ cui promissio fit, quam in Dei cultum & reuerentiam, vt asserunt DD. commuiter. Et ex hoc patet ad rationem sententiæ negatiuæ.

275 Et aduertendum, quod talis licentia debet esse spontanea, & expressa sufficienter. Nec sufficit præsumpta interpretatiua; virtualis etiam in fauorem ipsius pœnitentis; sed requiritur formalis, & expressa; vt cum multis asserit Diana 5. part. tract. 11. res. 10. Qui Diana resolut. 11. asserit, teneri ad sigillum, illum, vel illos, quibus de licentia pœnitentis facta est à confessario peccati reuelatio, contra Vazquez q. 93. art. 4. dub. 2. & alios asserentes, solum teneri secreto naturali iustitiæ.

276 An sit contra sigillum reuelare peccata complicis cum licentia pœnitentis, absque complicis licentia? Negant Suarez disp. 34. sect. 3. n. 7. Maior tract. de sigillo, cap. 17. Hurtado disp. 12. diffic. 6. Sed melius affirmat Vazquez q. 93. art. 4. dub. 5. qui sigillum confessionis est etiam in fauorem complicis.

277 An possit confessarius reuelare hæredibus restitutionem faciendam, quam debebat mortuus pœnitens? Negat, posset reuelare, Maior in 4. dist. 21. sequens Scotum; quia hoc est reuelare confessionem. Sed melius affirmant Tabiena, Rosella, Gratius, Nauarrus, & Rodriguez apud Dianam res. 28. dummodo adsit licentia pœnitentis, qui ante mortem dederit licentiã confessario, vt reuelat. Vide Diana loc. cit.

INTERROG. LVI

An liceat absque violatione sigilli, uti extra confessionem scientia, quam confessarius in confessione comparauit?

278 Resp. Licere id (maxime in rebus gratuitis) affirmarunt Tamnerus tom. 4. disput. 6. quest. 9. dub. 6. Ochagauia de Sacram. tract. 3. de sigillo, quest. 7. num. 2. & alij, quod refert Fagundez præcept. 2. libro 6. capit.

cap. 2. num. 2. & Sanchez de Matr. tom 1. lib. 1. disput. 16. numer. 2.

279. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, non solum in casibus, in quibus esset periculum frangendi sigillum, sed etiam in his, in quibus id esset pudori, & confessioni poenitenti. Sic Fagundez, & Sanchez ubi supra; Faustus de poenit. lib. 7. q. 45. Bañez 2. 2. q. 33. artic. 8. Suarez in 3. part. tom 4. disput. 33. sect. 7. num. 4. Valentia to. 4. disp. 7. q. 13. punct. 3. Granado de Sacram. 3. p. contr. 7. tract. 11. disp. 7. n. 5. & alij, quos refert, & sequitur Diana 5. part. tract. 11. ref. 3. Et est ratio; quia alias hoc Sacramentum fieret formidabile, & odiosum; at qui nihil magis odiosum potest illud reddere hominibus, quam si illi intelligant, posse ex notitia habita in confessione priuari à suis Superioribus, Officijs, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores, & commoda; ergo, &c.

280. Et ideo, propter inconuenientiam sententiæ affirmatiuæ prohibuit Superioribus Regularibus, ea uti, Clemens Octauus in Decreto de casu reservatione die 26. Maij, quod refert Suarez disput. 33. sect. 6. & licet se habet. *Tam Superiores promittuntur existentes, quam confessarij, qui postea à Superioribus gratiam fuerint promissi, ca-*

uant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad ceteriorem gubernationem utantur. Quod decretum obligare sub mortali, asserunt DD. communiter.

281. Aduertit bene Sanchez ex Armilla, opinionem hanc esse intelligendam in his, quæ aliquo modo præiudicant poenitenti, vel illius honorem, aut personam lædere possunt, aut illum rubore suffundere, vel à confessione retrahere, is enim est finis Pontificis. Vnde in alijs casibus non esset illicitum, iustis de causis uti scientia comparata in confessione, ubi sine vlla violatione sigilli usus haberi potest, v.g. non licet à mouere ab officio, aut negare suffragium in electione secreta, aut Ordines Sacros propter peccatum cognitum in confessione; licebit tamen, si confessarius sciat, in confessione, parari sibi insidias à Petro, ut illum interficiat, non exire é domo, aut si exeat, intus armis ad solam defensionem instrui, quia id neq; offendit Petrum, nec auocat a confessione; & si sciat, Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum posset (questo bono titulo) non illi deinceps, sed alteri confiteri. Et sic de alijs, ut asserit Granado loc. cit. & ex illo Diana dicta ref. 3. Vide Sanchez loc. cit. num. 4. & ad 4. & in tota disputat. in qua late

refert argumenta, & varios casus ad materiam huius rei spectantes.

INTERROG. LVII.

Qua pœnani iure infligatur violatoribus sigilli?

282 Resp. Gregorius Papa in cap. *Sacerdos*, distinct. 6. sic ait: *Sacerdos ante omnia caueat nec de his, qui ei confitentur peccata sua alicui recitet: nam si hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinando pergat.* Et Innocentius item Papa in cap. *Omnis utriusque sexus ad finem*, deponit, & remiss. inquit: *Sacerdos, qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi dictam præsumserit reuelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus; verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam, in ætuum Monasterium detrudendum.*

283 Præter has pœnas nulla alia est imposita, nec excommunicationis, nec irregularitatis, ut ait Suarez sect. 8. & asserunt DD. communiter. Nec incurruntur ante Iudicis sententiam, ut constat ex tenore verborum. Nec infligendæ sunt alijs violatoribus sigilli, nisi Sacerdoti confessario; de quo solum est ibi sermo, & ipse est, qui specialiori ratione tenetur ad sigillum; & habent Doctores

communiter cum Nauarro in cap. *Sacerdos*, num. 165. Nec infliguntur hæ pœnæ ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob relationem peccati; de hoc enim tantum agitur in iure; quia hoc est præcipua materia sigilli. Vnde qui reuelaret aliquid ignominiosum in confessione agnitum, quod quidem peccatum non est, verbi gratia, esse spurium, ignobilem, &c. non incurrit hæc pœnas: sicuti nec illas incurrit, qui cum pœnitente loqueretur de peccatis auditis in confessione non obtenta licentia (quod esse fractionem sigilli sentiunt multi contra alios) nam id non est proptie reuelare peccata. Deposito ista non solum dicit prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris Sacerdotalis, cum in dicto capite, absolute decernat Pontifex, a Sacerdotali officio deponendum. Iam cessauit pœna peregrinationis perpetuæ, quæ ab innocenio commutata est in destructionem in Monasterium, ut annotauit Glos.

sa in cap. *Omnis*.



INTERROG. LVIII.

*Quomodo respondendum sit inter-
rogantibus, quae in confessione
cognita sunt?*

284 Resp. 1. Si quis confessarium interroget, an absoluerit Petrum, si reuera confessarius illum absoluit, nec aliud incommodum oriatur, sine scrupulo poterit respondere, quod illum absoluit. 2. Si illum non absoluit, dicat: *Se functum esse officio suo*. Et si quærat sacrista, vel minister Missæ, an apponenda sit formula, ut consecretur pro communione Petri, respondeat Sacerdos, quod ab ipso pœnitente quæritur, ut notat Enriquez lib. 6. cap. 21. 3. Si quis interroget, an Petrus, verbi gratia, confessus fuerit tale peccatum? Respondere debet confessarius, reprehendendo interrogantem; est enim interrogatio ex suo genere sacrilega; cum inducat directe ad violandam sigillum. Sed numquid licebit confessario negare Petrum id fuisse confessum? Et dico, quod, si reuera illud confessus non fuit, & in eonon confitendo non delitescat aliquid mali, quod prudenter alij suspicari possent, liceret declarare veritatem; secus verò, non, ut ait Granada, disputat. 6. num. 4. Debet ergo

respondere confessarius: *Petrum confessum fuisse sua peccata, & ipsum functum esse suo munere*. Si verò tale peccatum pœnitens confessus est; certum est; confessarium non posse dicere: *Illud confessum fuisse*; est enim clara sigilli violatio. Et si peccatum tale sit, quod ex eo, quod confessarius dicat: illi non fuisse confessum tale peccatum, confessionem non fuisse malam probabiliter suspicari non possit, sed vel oblitum fuisse, vel alteri Sacerdoti confessum, respondere potest confessarius absque timore mendacij; *Sibi Petrum tale peccatum confessum non esse*; cum non audierit in confessione, ut possit illud manifestare. Si vero peccatum sit tale, ut si confessarius neget, pœnitentem illud confessum fuisse, detur occasio rudi populo existimandi, pœnitentem male confessum fuisse, non debet confessarius respondere negando, sed his, vel similibus verbis: *Peccata sua confessus est, & ego illum absolui*, vel, *functus sum officio meo*.

285 Quoad iniunctam pœnitentiam attinet, nequit confessarius dicere in particulari, quam imposuerit, quando hæc esset signum culpæ mortalis certæ, aut dubiæ, aut peccatorum venialium specialium, quoad numerum, vel speciem; secus verò si fuerit ita levis, ut ex illa colli-

gi nequeat, nisi tantum pœnitentem confessus fuisse venialia, vt ait Granado loc.cit.

286 An verò confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absoluit? Enriquez lib.3 de Pœnitent. cap.22. num. 4. ait optionem esse penes confessarium, vt det, vel non det, & asserit, ita sensisse Doctores omnes Salmanticensēs de hac re consultos. Et Bonacin. de Sacrament. disputat. 1. quæst. 2. punct. 4. negat teneri confessarium dare schedulam pœnitenti, quem non absoluit. Sed dādam esse docent DD. communiter, quando ex negatione dictæ schedulæ possēt pœnitens venire in suspicionem apud alios status peccati actualis mortalis, v.g. filiam apud matrem, sodalis apud consodales suos. Et ita Coninch de Sacram. disp. 9. dub. 1. num. 14. ait sic: *Quando aliqui studiosi, aut famuli alicuius Principis tenentur ferre testimonium suæ confessionis confessarius debet dare etiam ijs, quos non absoluit, ne testimonium hoc negando aliquo modo prodatur sigillum, & peccatorem; nec dando illud mentitur, quia tantum testatur, confessos esse, quod verum est.*

Vide Fagundez præcept.
2. lib 6. capit. 4.

¶ 4.

INTERROG. LXIX.

An pro seruanda vita possit Sacerdos aliquo modo manifestare peccata pœnitentis?

286 Resp. Pro parte affirmatiua stat Gabriel in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 3. Sed contrariam sententiam tenent DD. communiter. Scotus in 4. dist. 21. q. 2. § *Ad argumenta*, Ricardus art. 4. q. 2. Syluester, v. *Confessio*, q. 19. Ledesma 2. p. q. 16. Sotus, Nauarrus, & Suarez cum alijs, disp. 33. sect. 7. Quia maius bonum est seruare secretum confessionis propter bonum fidei, & reuerentiā sacramenti; quam sit vita vnus hominis; sicuti in bello potest esse obligatio militis cum periculo etiam manifesto vitæ; propter bonum publicum.

287 Vnde inferitur, Sacerdotem agentem iter cum alijs; qui ex confessione vnus ex illis cognouit, sibi mortem parari, quando ingrediatur syluam teneri non fugere, sed syluam ingredi; ne aliquo modo frangat sigillum sua fuga, & retrocessione, & faciat confessionem odiosam; nisi (vt ait Diana ref. 46.) possēt honesto aliquo titulo; rem totam ita cooperire, vt nulla inde confessionis reuelatē possēt oriri suspicio. Quod int. diligendum est, etiam si Sacerdos esset

esset in statu peccati mortalis, tunc enim deberet elicere actum contritionis; & sic ingredi syluam cum euidenti periculo mortis; per actum enim contritionis, quisque optime potest saluari. Et idem est de sacerdote, qui ex confessione, sibi, cognouit, in vino, in quo facturus est Sacrum, esse immixtum venenum, nec valet, aut omittere sacrum, aut petere aliud vinum, sine suspitione reuelatae confessionis, qui tenetur sic vini sumere species, & se Deo commendare. Videatur Diana dicta ref. 46. in 5. p. tract. 11.

De Satisfactione.

INTERROG. LX.

An homo possit satisfacere pro pena temporalis?

288 Resp. 38. Satisfactio, de qua hic loquimur est: *Aliquis Deo oblat a compensatio pro pena temporalis debita peccatis, quo ad culpam iam remissis.* Et relictis haereticis Philippo Caluino, & alijs apud Bellaminum lib. 4. de Poenit. cap. 7. negantibus, nos satisfacere Deo pro reatu poenae temporalis. Veritas Catholica est, nostra bona opera esse satisfactoria coram Deo, & medij illis compensari posse debitum poenae temporalis. Sic communiter Theologi in 4. dist. 15.

Ex Sacra Scriptura Danielis: *Peccata tua elemosynis redime.* Lucae 3. *facite fructus dignos poenitentiae.* Ex PP. & praecipue ex Tridentino ses. 14. de Poenitentia. cap. 8. & can. 13 & 14. vbi veritatem istam definit, & optime probat, atque calumniae haereticorum respondet. Vide Bellarminum loc. cit. & Suarez disp. 37. & t. 1. in 3. p. disp. 33. sec. 1.

289 Ex parte satisfaciendi (& illi profit satisfactio) duo requiruntur. 1. vt satisfaciens sit in gratia DD. communiter 2. vt homo sit viator.

290 Ex parte operis satisfactorij etiam requiritur. 1. Vt opus sit liberum. 2. Quod sit morale, bonum, & honestum, Deus namque non acceptat id, quod malum est. Non est autem necesse, vt formaliter sit bonum supernaturale. Sed satis est, si ab actu superuaturali imperetur. Nec requiritur, vt procedat ex formali intentione satisfaciendi, sed sufficit, vt procedat ex quacumque voluntate placendi Deo, aut suae salutis; nam sicuti ad merendum sufficit facere opera digna mercede, ita ad satisfaciendum sufficit facere opera digna satisfactione. Nullus enim est, qui virtute non intendat consequi apud Deum suis operibus omnem spiritualem effectum proportionatum. Vide Filiucium tom. 1. tract. 8. c. 1. n. 10. & 11.

291. Potest iustus satisfacere, non solum per opera consilij, sed etiam per opera præcepti, vt afferunt DD. communiter; quia quod opera sunt præcepta, nõ tollit; quominus opera sint libera, bona & pœnalia, ergo, &c. Vnde est, ieiunantem, & largientem eleemosinã in casibus, in quibus tenetur ad id, mereri, & satisfacere. DD. communiter.

292. Opus mere internum multum valet ad satisfactionẽ, potestque homo iustus per opus internum satisfacere pro pœna temporali. DD. communiter apud Suarez sec. 5. n. 2. quia actus interni sunt boni maxime liberi & homini etiam in hac vita laboriosi, & pœnales. Et patet in actu contritionis, qui maxime satisfactorius est & est mere internus. Similiter opus externum quatenus procedit aliquomodo ab interno est satisfactorium, & addit vim interno ad satisfaciendum, quia in actu externo est distincta pœna ab interno, & voluntarie assumpta; at satisfactio fit, per pœnam assumptam voluntarie. Videatur Sotus in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 1.

293. Opus satisfactorium debet esse pœnale; nam in quantum pœnale est satisfactorium DD. communiter. Ideo scriptura, & PP. ad hortantes ad satisfaciendum pro peccatis assignant, & proponunt pœnalia

opera. Iosel 2. *In ieiunio, fletu, & plañctu*, Matth. 11. *In cinere, & cilicio*. Et quia satisfactio est actus iustitiæ, quo, quis vindicat iniuriam factam Deo: ergo, &c. Equum enim est, vt sicut homo glorificatus est in delictis; sic in recompensatione sentiat pœnam. Et possumus Deo satisfacere per pœnas, quas patimur necessario, seu per flagella à Deo immittã, vt sunt bellum, infirmitas, fames, &c. modo voluntarie acceptentur, & aliquo modo in Deum referantur. DD. communiter, ex Tridentino sess. 14. cap. 9. vbi ait: *Etiam spiritualibus flagellis à Deo illatis, & à nobis patienter toleratis, satisfacere valeamus.*

294. Omne opus meritorium etiam est satisfactorium. Enriquez lib. 2. de Pœnit. cap. 19. n. 3. Filiccius vbi sup. na. 19. Trullench de Sacram. lib. 4. cap. 7. dub. 1. & DD. communiter; quia omne opus bonum, quatenus homini laboriosum, est pœnale, & repugnans corpori, & sensui, & consequenter satisfactorium.

295. Et numerantur à Theologis communiter tres actus satisfactorij, *Oratio, eleemosyna, & ieiunium*, non quia solũ his satisfacere possimus; nam (vt dixit) omne opus bonum est satisfactorium; sed quia in his, virtute continentur omnia opera satisfactoria; nam si homo offerat Deo res exteriores, hoc reduci-

tur

tur ad eleemosynam; si offerat bona corporis, reducitur ad ieiunium; & si offerat bona spiritus, hoc reducitur ad orationē, vt aſſerunt DD. communiter.

INTERROG. LXI.

Quid ſit ſatisfactio Sacramentalis?

206 Resp. *Eſt compenſatio pœnæ temporalis debita ob iniuriã Deo illatam conſiſtens in operibus pœnalibus taxatis à Confefſario. Sic Bellarminus de Pœnit. lib. 4. c. 2. Bon. diſp. 5. q. 57. ſect. 6. punct. 1. n. 1. & alij & DD. communiter. Dicitur compenſatio pœnæ temporalis, in huius pœnæ ſatisfactionem; nam reatus pœnæ æternæ remittitur, & ſupponitur remiſſus per abſolutionē, aut contritionem dicitur: *Ob iniuriã illatam*; nam cum homo per peccatam inferat Deo iniuriã, dignus eſt aliqua pœna, in cuius ſatisfactionem imponitur pœnitentia Sacramentalis. Dicitur *in operibus pœnalibus taxatis à confefſario*; quia in hoc Sacramento confefſarius eſt iudex, qui debet taxare, & determinare pœnitentias pœnitentis. iuxta id, quod exigit vindicta ipſius pœnitentis.*

207 Potest in Sacramento Pœnitentiæ confefſarius imponere pœnitentiam, & debet, vt eſt complementum Sacramentum. Debet h. pœnitentiam in-

iungere pœnalia opera; oratio nem ſcilicet, ieiunium, eleemoſynam ad quæ reducuntur omnia opera pœnalia, vt iam dixi. Et quatenus pœnitentiã pro medicina imponitur imponenda eſt per diuerſa opera infirmitati proportionata, vt eleemoſyna peccanti ex auaritia; ieiunium peccanti ex concupiſcentia; pro alijs vero peccatis, præſertim pro peccatis omiſſionis laudum Dei, imponatur oratio DD. communiter. Opus pœnale debet eſſe ſenſibile, vt pote pars Sacramenti ſenſibilis. Eſt probabile eſt, poſſe imponi opus internũ aliquando, vt eſſet aliqua meditatio, aut prolatio nominis *Ieſu* corde, quando infirmus nequiret ore proferre, vt ait Trullenchi cum Suarez, Filiucio, & Bonacina. Et quamuis opus pœnale iniungendum, regulariter debeat eſſe determinatum; probabile eſt poſſe imponi per illa verba generalia, *quidquid boni feceris, & malis ſuſtineris. &c.* vt ait D. Thomas quodlib. 3. art. 28. Nauarrus, Enriquez, & Suar. diſp. 38. ſect. 6. Poſſunt enim illa opera eleuari virtute Sacramenti ad ſatisfaciendum ex opere operato pro pœna, & fieri pars huius Sacramenti. Et ideo ait Nauarrus cap. 26. n. 24. & cum eo Reginaldus lib. 7. n. 23. vſu receptum eſſe, vt modicæ pœnitentiæ imponantur; quia id, quod deficit pœnitentijs in iunctis, ſuppleri poſſit per bona opera, quæ

communiter, & vt in plurimum
præstatur ab hominibus, & ideo
expedit, vt confessarius imposi-
to opere determinato, addat:
Quidquid bonifeceris, &c.

298 Opus à confessario in
pœnitentiam imponendum de-
bet esse (regulariter) super erga
tionis, seu, quod alias sub præ-
cepto nō cadat, vt asserunt DD.
cōmuniter; maior vt sit satisfac-
tio, & detur pœnitentibus occa-
sio agendi plura bona, vt asserūt
DD. communiter. Potest etiam
imponi pro pœnitētia opus alijs
præceptum, vt Missæ auditio in
die Festo, & ieiunium in Qua-
dragesima; quæ quidem opera
pœnalia sunt, & pendent a con-
fessarij voluntate; & tunc pœni-
tens vno actu duplici satisfaciet,
obligationi, nempe ad implebit
pœnitentiam, & præceptum Ec-
clesiæ audiendi Sacrum, vt asse-
runt Nauarrus, Coninch, Bona-
cina, Suarez, & Sanchez apud
Trullench ca. 7. dub. 2. Et aduer-
tunt DD. confessarium impo-
nentem pœnitentiam absolutē
(nisi aliud exprimat) non cense-
ri imponere opus alias debitum
ex præcepto, voto, vel iuramen-
to; sicque pœnitens, cui in iun-
ctum est ieiunium, non satisfacit
ieiunando in die præcepti, ni-
si id constet de voluntate cōfel-
sarij.

299 Non posse confessarium
imponere pro pœnitentia Psal-
mos, Responsoria, alias ve ora-
tiones recitandas pro animabus

Purgatoriij dicit, & defendit Sa-
chez in select. disp. 16. per totā;
eo, quod Sacramentum Pœni-
tentiæ sit institutum ad delen-
dam culpam, & auferendam pœ-
nitentis pœnam, & nō aliorum.
Sed contrarium tenet confessa-
riorum vsus, qui solent impone-
re pro pœnitentia, Responsoria,
& orationes pro animabus Pur-
gatoriij; nam potest confessarius
præcipere pœnitenti, vt dicti
animabus applicet gradum re-
missionis, qui illi corresponde-
t ex opere operantis. Vide Tur-
riarum de Pœnitentia disp. 37.
dub. 4. Dian. 3. p. tract. 4. r. ref. 54.
in fine, & in id clinat Hurt. disp.
14. dist. 6. Lug. disp. 25. num.
62.

300 Pro peccatis occultis
nequit confessarius publicā im-
ponere pœnitentiam, quia est
contra bonam famam proximi,
& cum sigilli periculo. Si verò
publica sint peccata, id facere
potest; imò, & tunc id est facien-
dum, nam hoc expedit ad ædifi-
cationem aliorum, & satisfactio-
nem Ecclesiæ, vt sicut alios suo
exemplo ad malos mores pro-
uocauit, ita testimonio emenda-
tionis, ad rectam reuocet vi-
tam. Suarez disputat. 38. sect. 6.
num. 3. Sotus in 4. dist. 19. Bo-
nacin. disputat. 5. quæst. 5. sect. 3.
p. 2. Potest confessarius in iu-
gere in pœnitentiam confessio-
nem menstruam, *que se confesse*
cada mes el penitente, de peccatis in
posterū cōmittendis. DD. com-
mu.

muniter; quia confessio menstrua, seu de cada mes, est poenalis; & ideo satisfactoria. Iterata confessio de peccatis iam confessis nequit in poenitentiam imponi; quia confessarius non habet ius praecipendi, ut iterum peccata rite confessa confiteantur. Nauarrus in Manuali ca. 9. numer. 1. & alij quos sequitur Leander q. 29. contra Sancium in select. disp. 13. n. 2.

301 Aduertant tamen confessarij, ne in iungant frequentes confessiones in poenitentiam sub mortali, ut docet Toletus in sum, lib. 3. capit. 10. numer. 7. Confessionem autem menstruam censeo, vtilius esse praecipere, quae non est adeo frequens, & difficilis, ita, ut ex difficultate detur occasio poenitentiam non adimplendi. Quod est fundamentum Toleti; ne confessiones frequentes praecipiantur. Et casu, quo confessio menstrua praecipiat, potest eam poenitens per sex, vel octo dies ante ponere, vel post ponere; quia sic interpretandum est praecipuum confessarij, quod non mathematice, sed moraliter interpretandum est, ut alleunt Diana 3. p. tract. 4. rel. 100. & Leander q. 31. & 32. contra aliquos, qui dicunt, intelligendum esse mathematice. Quorum sententia vera est, in casu, quo confessarius praeciperet dictam confessionem in honorem alicuius sancti, cuius festiuitas tali die celebratur; quia tunc con-

fessio illo die debet fieri; quia est veluti onus, & honor illius. sicut ut bene limitauit Sanch. in sum. lib. 4. cap. 14. n. 26.

302 Non potest imponi in poenitentiam ingressus in Religionem, ex cau. integritas. 32. q. 5. & ex alijs; ob melius difficultatem, & tenent DD. communiter cum D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. De Matrimonio aliqui asserunt posse imponi in poenitentiam. Sic Nauarrus, & Leander q. 35. & alij. Sed melius negant alij; quia Matrimonium est merae libertaris; Fagundez praecip. 2. lib. 9. cap. 5. Layman tract. 6. cap. Et idem dicendum de Ordine, qui imponi nequit in poenitentiam; quia propter castitatem annexam est status magnae difficultatis, & summam libertatem perit. Fagund. vbi supra Leand. q. 14. & DD. communiter.

303 De susceptione Eucharistiae negat posse imponi in poenitentiam Sancius in selectis disp. 33. num. 8. Sed affirmat verior, & communior sententia. Sic Lugo disp. 25. num. 66. Fagundez vbi supra, & alij; quos refert, & sequitur Leander q. 37. ex eo, quod susceptio Eucharistiae est actus poenalis, & aliam non est multum difficilis; ergo poterit in iungi sub poenitentia.

304 An non susceptio Eucharistiae possit in poenitentiam in iungi? Affirmant Lugo disp. 25. num. 65. & Leander q. 38. & alij. Sed alij id melius negant; quia

quia non suscipere Eucharistiam est cœlaris operis boni; ergo, & contritatis, & satisfactionis; quia satisfactio supponit operis bonitatem. Videatur Sanch. in select. loc. cit.

305 Obligatio imponendi satisfactionem, grauis est ex suo genere, ac proinde sub reatu culpæ mortalis confessarium obligat, vt Suarez disp. 38. sect. 3. & Enriquez lib. 5. cap. 20. §. 7. cum alijs notant (nisi excuset, vel inuincibilis ignorantia, vel inadvertentia) vt Sacramentum integre administretur. Et si infirmus fuerit morti proximus iniungat, quòd semel, vel bis proferat nomen *Iesu*; quam pœnitentiam, tunc potest adimplere; monereque poterit infirmum, vt si super viuat maiorem aliam exequatur, vt ait Granada num. 3. Moribundo, qui amissit loquelam, & sensibus est destitutus (sed dat contritionis signa) nulla est iniungenda pœnitentia; cum illam nequeat adimplere. Est etiam iniungenda pœnitentia scrupuloso, qui sæpius eodẽ die repetit confessiones (quidquid minus benedixerint Fagundes 2. præcept. lib. 9. cap. 3. num. 9. & Lugo disp. 25. n. 50.) nam Sacramentum administrandum est cū omnibus suis partibus, & non est necessitas, quæ excuset. Leander q. 16. Granada, Bonacina, Candidus, & DD. communiter. Etiam si cōfessarius sciat, pœnitentem nullam pœnitentiã

ad implendum; nihilominus tenetur pœnitentiam iniungere; quia hic nulla datur necessitas, sed negligentia pœnitentis. Et non censetur dispositus ad absolutionem, qui saltem paruam pœnitentiam non acceptat. Lugo disp. 25. num. 48. Fagundes, & Granada, quos refert, & sequitur Leander q. 19. contra Villabostom. 1. tract. 9. difficul. 78. Moure 3. p. examinis cap. 6. §. 7. & alios citatos à Leandro. Nec tunc ponitur laqueus pœnitenti in iungendo aliquam pœnitentiam; quia in leui pœnitentia ad implendam nulla datur difficultas, sed maxima est negligentia, si non adimpleatur. Quando quis lucraturus est iubilæum, aut indulgentiam plenariam sufficit imponere in pœnitentiam, illud opus, quod iubilæus præscribit; sunt enim pœnalia opera iubilæi, & possunt cadere sub præcepto confessarij. Et semper in iubilæo imponenda est pœnitentia, vt asserunt Bosius, Filiucius, Leander q. 20. contra Sa v. *Satisfactio* & Lugo numer. 583. & alios.

306 Pœnitentia imponitur à confessario ante absolutionem, quia est pars materiæ huius Sacramenti. Et si ponatur post absolutionem, nihil inter est ad Sacramenti valorem. DD.

communiter,

(.3.)

INTERROG. LXII.

*In qua mensura debeat in iungi
pœnitentia a Confes-
sario?*

308 Resp. Iniunctio satisfactionis seu pœnitentiæ in terro foro huius Sacramenti relicta est à Christo arbitrio confessorij, vt ait Florentinum Cōcilium in litteris vnionis; agens enim de partibus Sacramēti Pœnitentiæ ait: *Tertia pars est satisfactio pro peccatis ad arbitrium Sacerdotis. Quod tamen non est ita intelligendum; quasi liceat confessorio pro sola sua voluntate magnam, aut leuem imponere pœnitentiam nulla habita ratione gravitatis, aut leuitatis peccatorum; id enim foret absurdum, & contra munus medici, & iudicis, quod in eo Sacramento obijce tenetur. Vnde Tridentinum Concilium sess. 14. c. 8. inquit. *Debent Sacerdotes Domini pro qualitate criminum, & pœnitentiarum facultate salutare, & conuenientes satisfactiones iniungere, nisi forte peccatis committant, & indulgētius cum peccatoribus agant, leuissima quedam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienum peccatorum participes efficiantur**

309 Et ita satisfactio relinquatur arbitrio rationabili, & prudenti confessorij: quod nimirum (attentis omnibus circum-

stantijs) dictauerit, hanc vel illam pœnitentiam imponi debere. Et quidem duæ sunt potissimæ circumstantiæ, quas præ oculis debet confessorius habere, vt bene docet Tridentinum loco citato, vt nimirum satisfactio, quam Sacerdotes imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem.

310 Canones Pœnitentiales, qui varias satisfactiones, seu pœnitentias designabant iniungendas pœnitentibus pro diuersis delictis, & peccatis in exordio nascentis Ecclesiæ, & habentur in principio Decretalium non sunt in vsu, nec obligant confessarios, vt ad illorum normam satisfactiones imponant, vt afferunt DD. communiter.

INTERROG. LXIII.

*An pœnitens teneatur acceptare
& exequi satisfactionem iniunctam à confessorio?*

311 Resp. Si pœnitentiæ sit iniusta, & irrationabilis, conueniunt DD. pœnitentem non teneri ad illius acceptationem, nec executionem.

312 Si pœnitentiæ iusta sit, & rationabilis, Est prima senten-

sententia Scoti in 4. dist. 19. Gabrielis ibidem q. 1. art. 3. & Nauarri in sum. cap. 26. num. 20. & aliorum, quos refert Villalobos diff. 78. afferentium, pœnitentem non teneri acceptare pœnitentiam iniunctam à confessario, saltem sub mortali: si tamen acceptet, teneri illam executioni mandare. Caietanus verò tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. ad 2. addit, etiam si pœnitens acceptet pœnitentiam, posse postea non implere, quin mortaliter peccet: cui subscribit Sà, v. *satisfactio* dicens, teneri quidem pœnitentem acceptare, & exequi satisfactionem, sed non peccare mortaliter si non exequatur.

313 Secunda sententia probabilior, & verior asserit, teneri pœnitentem acceptare pœnitentiam iniunctam à confessario iustam, & rationabilem. Sic Magister in 4. dist. 18. D. Thomas ibi quæst. 1. artic. 3. quæst. 3. Alexander 4. part. quæst. 24. memb. 4. art. 5. Victoria in summa quæst. 192. Vazquez, Suarez, Villalobos, & DD. communiter. Quæ sententia probatur 1. ex cap. *Omnis vtriusque sexus*, ubi Innocentius præcipit *omnibus fidelibus, ut confiteantur, & pœnitentiam impleant*, 2. Tridentinum sess. 14. capit. 8. & can. 15. Statuit, datam esse à Christo Domino Sacerdotibus potestatem ligandi, atque solvendi: ligare autem explicat de iunctione pœnitentiæ; non

esset autem potestas ligandi, si non teneretur pœnitens exequi, quod confessarius præceperet.

314 Et idè, contrariam opinionem, dicit Enriquez lib. 5. cap. 20. §. 3. esse improbabilem, scilicet quod non teneatur pœnitens acceptare pœnitentiam. Suarez sect. 7. vocat illam temerariam, & Granada appellat nostram sententiam omnino certam, & Victoria dicit, esse de fide.

315 Sed hæc censuræ non placent Villalobos dicta diff. num. 2. quia illi negari non potest probabilitas, propter DD. qui negant, posse confessarium obligare, nec sub mortali, nec sub veniali, ut pœnitens acceptet pœnitentiam, si ipse velit satisfaci in Purgatorio, vel per alia opera in hac vita satisfacere, aut lucrando indulgentias. Quam (præter Scotum, & alios citatos pro prima sententiâ) tenent Ruiz, noster Vega, Reginaldus, Faber, & alij, quos citant, & quorum sententiam approbant ut probabilem Ioannes à Cruce 2. p. de pœnit. q. 4. dub. 3. conc. 1. Diana 2. p. tract. misc. ref. 52. & 3. part. tract. 4. ref. 51. etiâ post Trident. Et loquitur hi Authores de pœnitentia satisfactoria, non verò de medicinali, quam certum est, teneri acceptare pœnitentem.

316 In nostra opinione, quæ sustinet pœnitentem teneri acceptare pœnitentiam, dicunt

comuniter DD. teneri sub mortali, etiam si sit poenitentia leuis, quia est quid graue, in quantum est pars integralis Sacramentis graue enim est perficere Sacramentum, si necessitas non cogat aliter facere. Sancius in selectis. disp. 15. n. 14. & 17. Leand. q. 58. & alij. Alij vero dicunt, teneri sub mortali acceptare poenitentiam, quando haec esset grauis, quando vero leuis, sub veniali solum. Nauar. Sor. Paluda. quos citat, sequiturque Suar. disp. 38. sect. 7. & sequitur Dian. 3. p. tract. 4. ref. 102.

317. Si confessarius designet tempus, intra quod ad implenda sit satisfactio, tenetur penitens intra illud ad implere. DD. comuniter, quia ipsum tempus cadit etiam sub obligatione praeccepti, vt patet in alijs legibus. Si vero non designauit tempus, tenetur poenitens non differre nimium impletionem poenitentiae. Quanta debeat esse dilatio, vt sit culpa mortalis, arbitrio prudentis relinquendum est.

318. Si poenitens graue acceptata poenitentiam non implet, peccat mortaliter, quia deficit in re graui. DD. comuniter. Qui omnes concordant, quando fuit imposita pro mortalibus non confessis. Discordatur vero, quando fuit esset haec grauis poenitentia pro mortalibus rite confessis, & pro venialibus, quia tunc edet solum culpa venialis illam non ad implere, vt asserunt Suar. Gran. &

alij. Si poenitentia sit leuis, v. g. recitatio vnius salutationis Angelicae, illam non implere esset solum culpa venialis, ex paruitate materiae. Et eodem modo, non esset culpa grauis, magna non implere, si confessarius noluit sub mortali obligare.

319. An poenitens possit iniunctae poenitentiae satisfacere lucrando aliquam indulgentiam? Affirmatiue respondent Bonac. & alij, si indulgentia est aequiualens poenitentiae, vel totalis. Verius tamen est, non satisfacere; satisfactio enim non solum ponitur pro re compensatione poenitentiae, sed vt opus penale in vindictam peccatorum, & vt medicina contra peccata, & vt pars integralis Sacramenti. Videatur Truh. in exposit. Bul. lib. 1. §. 1. dub. 14. n. 14.

INTERROG. LXIV.

Quis possit tollere, aut minuere, vel commutare poenitentiam iniunctam d. confessario.

320. Resp. Conueniunt DD. poenitentiam iniunctam non indigere commutatione; nam potest proprio iudicio a poenitente omitti; quia haec non obligat.

321. Posse poenitentem auctoritate propria commutare poenitentiam impositam iustam, & rationabilem, in aliam meliorem, sentiunt Portel. in. addit ad dubia Regularia v. *Poenitentia Sacramentalis* n. 6. Villal. tom. 1. tract. 9. diffic. 79. sicut, quando quis vouit, potest suum votum in melius commutare.

322. Sed contra sententiam

tenenda est, vt asserunt Sanch. in sum. lib. 4. ca. 49. n. 9. Enriq. lib. 5. cap. 20. Reginald. lib. 7. cap. 8. Sanchez in select. disp. 14. n. 3. & 22. Coninch disp. 12. n. 103. Casp. pens. tom. 2. tract. 24. disp. 8. sect. 6 & DD. communiter. Et est ratio; quia cōmutatio pœnitentiæ est actus iudiciij, & iurisdictionis Sacramentalis; hoc autem ad confessarium, & non ad pœnitentem spectat: & pœnitentiæ præceptum, seu obligatio non fuit à pœnitente, sed à confessario imposita; secus autem in voto, quo vouens se voluntarie adstrinxit, & obligauit, & ex alio capite ad commutandum votum in melius, seu æquale, non requiritur iurisdictionis, vt asserunt DD. cōmuniter.

323 Idem confessarius, qui imposuit pœnitentiã, illam potest minuere, seu commutare, siue sit Parochus, siue delegatus. Suarez disp. 38. sect. 10. Nauar. Bonac. Filiuc. Trullench, & DD. communiter. Quod intellige, ex iuxta causã; nam si hæc deficiat, nec minuere potest, nec valebit commutare potest pœnitentiã ab alio iniunctã confessario, contra Sot. & Victor. quos sequitur Vazq. q. 94. ar. 2. dub. 3. Sed nostrã sententiã docet DD. communiter; eo, quod pœnitens potest iterum peccata cōfiteri eadem, & postulare nouã sententiã; ideoque poterit secundus cōfessarius commutare pœnitentiã, non solum in aliã

æqualem; sed in mitiorem, vel leuissimã iuxta dispositionẽ pœnitentis, vt bene Filiuc. tom. tract. 8. cap. 2. n. 50.

324 Et per confessarios æquales intellige Parochos, seu Curatos & alios, qui ex cōmuni sione Episcopi audiunt confessiones, siue seculares, siue Regulares. Confessarius inferior potest iuxta de causã cōmutare pœnitentiã impositã à Superiori; modo superior sibi non reseruauerit, aut non fuerit impositã pro peccatis reseruatis. Sic non potest i. disp. 5. q. 5. sect. 3. princ. 3. n. 4 & alij apud ipsum; eo, quod pœnitens potest iterum cōfiteri peccata & nouã subire sententiã, sicuti dicebã de confessario æquali; item, quia circa peccata non reseruata eandẽ iurisdictionem habet, ac Superior; si vero pœnitentiã iniunctã fuit pro reseruatis, non potest inferior illã cōmutare, vt bene Suarez disp. 38. sect. 10. n. 14. Nauar. Gran. & alij; quia sicut iudiciũ in causã principali nõ est in absolute à culpa, erat reseruatum Superiori; ita quoque censendum est in accessorio, quod est iniunctio satisfactionis. *Accessorium, namque, sequitur naturam principalis.*

325 Sed aduertit Gran. posse inferiorem commutare pœnitentiã iniunctã à Superiore, si aliqua necessitas magna, vel utilitas magni momenti adit in commutatione satisfactionis, vt prudenter credatur, voluntatem

Superioris fore, eam commutationē fieri ab inferiori, licite poterit ab eo fieri. Vide *Granado loc. cit.*

326 Prædicta commutatio poenitentiae non potest fieri nisi intra confessionem, aut proximè circa illam, quia iste actus pertinet ad confessionem. Et est proximè circa illam, si poenitentes paulo post absolutionem id petat. Alij determinant spatium unius, vel alterius diei. Sic *Coninch disp. 12. n. 102.* Alij dicunt, posse intra octo circiter dies. Sic *Enriq. Ledesm. Viuald, & Valer. apud Dianam 3. p. tract. 5. de Sacr. res. 54.* Denique *Vazq. q. 94. art. 2. dub. 3. affirmat,* posse etiam post longum tempus. Et hoc mihi non displicet, si confessarius recorderetur status poenitentis, & illa actio referatur ad confessionem, & absolutionem præteritam, & eum illa vnum integrum iudiciū componat, vt bene *Caspensis loc. cit. num. 46 & Lugus de Poenitent. disp. 25. sect. 6.*

327 Poenitens, qui oblitus est iniunctae poenitentiae, non tenetur repetere confessionem, confitendo nouo peccata, ob quae fuit iniuncta poenitentia *DD. cõmuniter;* quia ius diuinum solum obligat ad confitenda semel peccata mortalia. Et si culpabiliter oblitus fuit poenitentiae iniunctae; sufficit hoc peccatum confiteri. Et si poenitens oblitus fuit poenitentiae statim post datam absolutionem, & crederet, quod confessarius impositam

poenitentiam in memoria habet; debet adire illum, si possit commodè, & illum interrogare, quid in poenitentiam iniunxerit, præsertim, quando poenitentia iniuncta esset grauis, vt bene *Hurtado diff. II.*

INTERROG. LXV.

Quis sit effectus poenitentiae Sacramentalis?

328 Resp. Satisfactio Sacramentalis iniuncta poenitenti à confessario habet suum effectum ex opere operato; est enim pars integralis Sacramenti Poenitentiae. Qui effectus est remissio poenitentiae temporalis restantis post absolutionem à culpa. Quam satisfactionem, seu poenitentiam (si prudenter taxetur à confessario atque tenta peccatorum grauitate) extinguere debitum totius poenitentiae temporalis restantis, docuerunt *Gabr. Sot. & Med. quos refert, & sequitur Hurt. disp. 14. dist. 15.* Sed contrarium est probabilius. Sic *Vazq. q. 94. art. 2. dub. 6. Suar. disp. 384. sect. 5. Præpositus q. 12. dub. 6. n. 88. Meratius disp. 40. Lugus disp. 25. sect. 2. & DD. cõmuniter;* eoque quod Deus non decreuit pro quacumque leui satisfactione Sacramentali remittere quacumque grauem poenitentiam luendam in Purgatorio, sed certa quadam proportionè, pro maiori maiorem, & pro minori minorem, quam nullus confessarius, quamuis prudens, & doctus sit, potest certo scire absque speciali Dei reuelatione.

satione. Videatur Caspensis tom. 2. tract. 24. disp. 8. sect. 3. nu. 24. Et probabilis sententia quæ asserit satisfactionem sacramentalem etiâ causare gratiam. Quæ videtur tenere D. Thomas 3. p. q. 90. art. 2. ad 2. & illam tenent ibi Caietanus, Sotus in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. Suarez disp. 38. sect. 2. Luissius Turrian. de Pœnit. disp. 38. dub. 2. & alij; eo quod satisfactio sacramentalis sit pars sacramenti; ergo debet conferre gratiam. Sed probabilius est contraria sententia asserens nō causare gratiam. Sic S. Thom. in 4. dist. 16. q. 1. ar. 1. Vazq. q. 84. ar. 1. dub. 2. Con. disp. 10. n. 94. Præpositus q. 12. dub. 6. Casp. loc. cit. n. 25. Lug. disp. 25. sect. 1. & alij plures; eo quod satisfactio sacramentalis nō significat remissionem culpæ, nec ad eam significandâ à Christo instituta est; sed tantum instituta est ad remissionem pœnæ; ergo, &c.

328 Qui ad implet pœnitentiâ existens in peccato mortali, ad implet præceptum confessarij; quia facit, quod sibi præceptum est à confessario, qui substantiam operis præcepit, non modum. Peccat tamen ponens obicem effectui satisfactionis, quæ non causat suum effectum impleta in peccato mortali, quidquid dicat Vaz. dub. 5. Quod peccatum, esse solum veniale, dicunt DD. communiter. Quæ satisfactionem reuiuiscere, & habere suum effectum ablato obice peccati mortalis sentiunt ali-

qui. Alij id melius negant.

De Clauibus Ecclesiæ.

INTERROG. LXVI.

Sine ne in Ecclesia clauis?

329 Resp. Affirmatiue, vt est definitum in cap. *firmiter* de sum. Trinit. & in Tridentin. sect. 14. can. 10. & 15. & ex Matth. 16. vbi Christus dixit Petro: *Tibi dabo clauis Regni Cœlorum.*

Clauis dicitur: *Est potestas ligandi atque soluendi, qua Ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno.* Sic Magister in 4. dist. 18. D. Thom. 3. p. in addit. q. 17. a. 2. sicuti enim clauis materialis (ait D. Thomas ar. 1.) aperitur porta, & clauditur, sic clauis spirituali tollitur impedimentum peccati ad ingressum Cœli, non apponendo peccatum, sed negando eius absolutionem vt ait D. Thom. ar. 2. ad 4.

340 Diuiditur clauis in clauem ordinis, & iurisdictionis. Illa nō differt à caractere, qui confert personæ Ecclesiasticæ potestatem aliquam erga Eucharistiâ, & in super constituit ministrum cui ex officio incumbat administrare sacramenta, quando fuerint ceteræ conditiones requisitiæ. Clauis autem iurisdictionis est illa, quæ consistit in potestate ligandi, atque soluendi, siue absoluendo à peccatis quoad culpam, & pœnam, siue à censuris, & concedendo Indulgentias; siue ligando, vt cum iniungitur satisf.

factio in Sacramento Pœnitentiæ; siue ferendo censuras, &c.

341. Dicitur clavis in clauem scientiæ, & clauem potestatis. Illa est authoritas quam habent ministri Ecclesiæ ex officio ad discernendum, quando aliquis sit dignus, qui ligetur, vel absoluator: hæc verò est potestas exercendi id, quod per clauem scientiæ iudicatum est. Et quidē clavis potestatis est præsertim, de qua Christus loquutus est Matt. 16. Videatur Granado to. 5. contr. 7. tract. 24. disp. 2.

342. Claves istæ perfectissimæ, & in plenitudine potestatis sunt in Summo Pontifice, sicuti fuerunt in B. Petro. Minus

principaliter sunt in Episcopis; sunt etiam in Sacerdotibus. Possunt esse in alijs Ecclesiasticis nõ Sacerdotibus, qui habere possunt iurisdictionem ad ferendas excommunicationes, illasque tollendas. Fœminæ sunt clauium incapaces; quæ nec Ordines possunt suscipere, nec potestatem iurisdictionis habent, proprie loquendo. Unde, nec Abbatissæ, vel Priorissæ, nec dispensare possunt in votis Monialium, nec eas excommunicare. Quidquid dixerit Salas 1. 2. q. 95. disp. 8. sect. 19. asserens, Abbatissas habere iurisdictionem spirituales, & præcipere posse in virtute sanctæ obedientiæ. Et hæc de Pœnitentiâ.

§. PRIMVS. De Indulgentijs.

INTERROG. I.

An per Indulgentiam remittatur aliquid de pœna peccati?

1. Resp. Affirmatiue cum D. Thoma in addit. q. 25. art. 1. Est namque indulgentia: *relaxatio pœnae, debita ex peccatis facta extra Sacramentum a Prelato, per applicationem tb. s.auri Ecclesiæ.* DD communiter. Et dicitur *pœna relaxatio*; quia per indulgentiam homo absoluitur à pœna, quâ pro peccatis luere debebat

in Purgatorio; cum remissa culpa per Sacramentum, nõ remittatur tota pœna, vt manet iam dictum. Et dicitur *relaxatio pœnae*; quia indulgentia remittit, non culpam, sed solam pœnam, siue culpa sit venialis, siue mortalis, vt asserunt DD. communiter.

2. Nec obstat, quòd in Clement. l. de indulgent. concedatur indulgentia *a culpa, & pœna.* Quia facile respondetur, sensum verborum dictæ Clementinæ esse, quòd per huiusmodi Indul-

indulgentiam concedatur facultas eligendi confessarium, qui absolutionem impendat à peccato quolibet, sicuti conceditur in Iubilæo, qui præter indulgentiam plenariam affert secum facultatem eligendi confessarium approbatum, qui absoluat à reservatis. Et ita Iubilæus definitur. *Est indultum seu Bulla Pontificis concedens Indulgentiam plenariam, & alia privilegia præstantibus: certa opera.* Inter quæ privilegia, vnum est absolutio à reservatis. Dicitur concessa à Prælato ad differentiam remissionis pænæ temporalis, quam causat satisfactio propria iusti, v.g. ieiunium, elemosyna, quibus iustus satisfacit, siue pro se, siue pro alio, si alteri applicetur; indulgentia autem non dependet à voluntate hominis privati, sed à voluntate Prælati legitimi, ad quem spectat distributio thesauri Ecclesiæ. Qui thesaurus Ecclesiæ constat non solum ex infinitis meritis Christi, qui in Scripturis dicitur: *Nobis datus nobis natus, & pro nobis passus.* Ioann. 9. & Rom. 8. Et alibi; verum etiam ex satisfactionibus sanctorum ipsis superfluis; nam plures sancti multa opera satisfactoria sibi non necessaria exhibuere, v.g. Beatissima Virgo Maria, Sanctus Ioannes Baptista Apostoli, &c. Et etiam hoc tempore homines iusti exuberantes operationes, & satisfactiones præstant, quibus ipsi non indigent, sed reponuntur in the-

sauro Ecclesiæ cuius distributio, & applicatio pertinet ad Prælatos Ecclesiæ.

3 Quod, vt clarius intelligatur, est aduertendum; in operibus hominis iusti duo posse considerari, meritum scilicet, & satisfactionem; meritum non communicatur alijs (excepto merito Christi) satisfactio potest communicari, vt bene Reginus lib. 6. num. 96. Filiucius tract. 2. cap. 3. num. 67. Bonacina tom. 4. disp. 6. punct. 1. num. & D.D. communiter. Cum igitur multi sancti plus satisfecerint, quam indigerent ipsi, ipsorum satisfactiones super abundantes in thesauro Ecclesiæ conseruantur distribuendæ per Prælatum Ecclesiasticum; sicuti bona ciuium decedentium absque hærede deuoluuntur ad Rempublicam.

4 Huius autem thesauri tanta est copia, & abundantia, vt superet, & superabundet pœnas hominum debitas pro peccatis; cum tanta sit præstantia, & excellentia Sanguinis Christi effusi, vt vna ipsius gutta sufficiat ad delenda omnia peccata, & ad omnes pœnas hominum remittendas. Vnde est, in Ecclesia esse potestatem concedendi indulgentias, & remittendi pœnas debitas pro peccatis. Quod est de fide Matth. 16. *Tibi dabo clauis Regni Cælorum, & quodcumque solueris super terram erit solutum, & in Cælis.* Et ita definitur in multis Cœcilijs, Ancirano, Neoceraciæ

si cap. 3. Carthaginensi IV. cap. 75. Agathensi cap. 6. Et specialiter Trident. sess. 25. in decreto de Indulgentiis ait: *Cum potestas conferendi indulgentias Ecclesie sua esse sit à Christo, atque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illius usque fuerit, &c.* Et ita id vt dogma fidei recipiunt, & amplectuntur Catholici, contra Vualdenses, Vitas, Vuiclephum, Lutherum, & Caluinum, & Kemnitium, vt refert Bellarminus de indulg. capit. 1. & Suarez disp. 49. sect. 1.

INTERROG. II.

Quotuplex sit Indulgentia?

5. Resp. Est duplex, alia est totalis, alia partialis. Et quamuis olim erat in vsu. concedere indulgentiam plenariam plenam, & plenissimam, vt constat ex Bonifacio in Extrauag. *Antiquor* de pœnitent. & remiss. Quam aliqui sic explicant dicentes: quod *Plena* referatur ad solam pœnam peccatis mortalibus debitam; *Plenior* addat remissionem pœnæ debite pro venialibus; *Plenissima* addat absolutionem à tota pœna, vt refert Becanus cap. 28. de indulg. q. 3.

6. Sed iam in hoc tempore *Plena*, *Plenaria*, & *Plenissima*, sunt termini æquales qui secundum communem DD. sententiam eandem rem significant, scilicet remissionem generalem, & totalem

totius pœnæ, quæ soluenda est in altera vita pro peccatis venialibus, & mortalibus remissis quoad culpam, sed nondum facta satisfactione pro illis, vt asserunt Suarez to. 4. disp. 5. sect. 4. n. 7. Tolet. lib. 6. cap. 24. n. 2. Valent. to. 4. disp. 7. q. 20. Villal. 1. p. tract. 26. dif. 9. n. 3. Machad. 1. p. sum. lib. 3. p. 2 tract. 3. doc. 1. n. 3. & DD. communiter.

7. Partialis indulgentia ea est quæ totam pœnam non remittit, sed solam partem illius, iuxta id quod conceditur in Bullis, & in concessione declaratur, vt asserunt DD. communiter.

8. Indulgentia tot dierum vel annorum significat remissionem pœnæ correspondentis pœnitentiæ, quæ per agenda esset tot diebus vel annis secundum Ecclesiarum ritum, vel secundum Ecclesiarum Canones, vt constat ex Tertul. lib. de Pœnit. cap. 9. & ex vltimis capitibus Concilij Triburiensis tom. 4. Conciliorum, & ex multis historijs, & DD.

9. Quæ diuiditur in *carenam*, *Quadragenam*, & *septenam*. *Carena* dicitur à carendo, quatenus peccator, cui in iungebatur *carena* in pœnam peccatorum, carebat cibo, & petu, nam is cui hæc pœnitentiæ iuxta Canones imponebatur, dacebat vitam in pane, & aqua quadraginta diebus, & septem annis sequentibus, vt ait Bonacina citatus.

10. Carena igitur sumitur pro indulgentia, quæ remittitur tot pœ-

poenae laedae in Purgatorio, quot fuissent remissa agendo poenitentiam in pane, & aqua quadraginta diebus cum septē annis. Quadragena indulgentia est, qua remittitur poena respondens poenitentiae quadraginta dierum, ac si facta fuisset iuxta Canones poenitentiales. *Septena*, quae correspondet poenitentiae septem annorum facta eodem modo. Et ideo, quando in Bullis conceditur indulgentia quadraginta dierum, aut septem, annorum, non intelligitur, hominem per consecutionem talis indulgentiae, liberari a poenis in Purgatorio luendis spatio septem annorū, &c. *Quadraginta dierum*; sed est sensus: *Hominem, qui indulgentiam lucratur, obtinere tantam poenae remissionem, quantum obtinisset, si tanto tempore egisset poenitentiam iuxta Saeros Canones*; non habita ratione, quod breui, aut longiori tempore permanens sit in Purgatorio. Doctores communiter.

11. Quando alicui conceditur indulgentia *de poenitentibus iunctis*, tantum illi conceditur remissio poenae, quae correspondet poenitentibus taxatis à confessario, & à sacris Canonibus pro talibus peccatis. Nauar. Reginald. Suarez, Filiucius, & DD. communiter.

12. Iubilaeus differt ab indulgentia *Plenaria*, & *Plenissima*. Solum in hoc; quod in Iubilaeo concedi solet facultas commu-

tandi vota, & absoluendi à reservationatis, ut asserunt Toletus, Corduba, Can. Victoria, & alij apud Nassium quest. 25. art. 2. diffic. 2. con. 3.

INTERROG. III.

Quisnam possint indulgentias concedere?

13. Resp. 1. Solus Summus Pontifex potest primario concedere indulgentias; alij possunt illas concedere, quatenus illis conceditur à Summo Pontifice. DD. communiter, 2. Potest Episcopus in dedicatione Ecclesiae concedere indulgentiam unius annitantū, & in anniversario dedicationis, aut alias possunt concedere indulgentiam quadraginta dierum, ut patet ex cap. *cum ex eo de poenit. & remiss.* Et idem est de Archiepiscopo: De quo, dicunt Suarez, Filiucius, Nuñus, & alij, posse praedictas indulgentias concedere, etiam si actu non visitet, 3. Si Episcopus concedat indulgentiam ultra terminum concessum à Pontifice Summo, non valet indulgentia; cum ad id non habeat facultatem. Quod intelligendum est, de nullitate, quoad excessum, non vero, quoad quantitatem contentam intra facultatem; nam *utile per inutile non vitiatur de reg. iuris. in 6.* & est commune apud DD. 4. Nequit Episcopus concedere indulgentias pro mortuis, quibus sacras

solum est concessa pro subditis de gentibus in hac vita. DD. communiter, 5. Potest Episcopus confirmatus (etiam si consecratus non sit) indulgentias concedere; est enim concessio indulgentiarum actus iurisdictionis, non Ordinis. DD. communiter, 6. Episcopus excommunicatus denuntiatus, seu vitandus nequit concedere indulgentias; quia caret usu iurisdictionis. Valenta tamen concessio illarum, si esset toleratus; nam acta excommunicati non vitandi valida sunt. Et potiori iure valet concessio indulgentiae facta ab Episcopo existenti in peccato mortali; nam peccatum mortale praecise iurisdictionem non aufert. Nec Episcopus concedens indulgentias in peccato mortali peccat mortaliter; cum actus concedendi illas sit iurisdictionis, non Ordinis, & iurisdictionis actus (per se loquendo) possunt in statu peccati mortalis, sine mortali exerceri, ut ait Bonacina in octavo precepto Decalogi, cum Suarez, Valentia, Grassio, Nuño, & alijs, 7. Vicarius Episcopi nequit indulgentias concedere; quia haec facultas reservatur Dignitati Episcopali, ut asserunt DD. communiter. Qui etiam dictam facultatem Capitulo se de vacante negant; eo, quod Capitulum non succedit in iurisdictionem extraordinariam concedendi indulgentias reservatam Dignitati Episcopali, 8. Potest Vicarius de

commissione Episcopi indulgentias concedere. Quam etiam potest Episcopus Clerico demandare; cum facultas concedendi indulgentias Episcopo competit a re ordinario, iuxta restrictionem, & limitationem Sedis Apostolicae, ut asserunt Suarez disp. 55. sect. 3. num. 3. Corduba q. 12. prop. 2. Valentia, Bonacina & DD. communiter, & facultas, quae alicui competit iure ordinario, potest delegari, nisi ad id in contrarium prohibitio, 9. Nequit illam Episcopus laico delegare, seu committere; cum laicus iure humano remoueat a muneribus Ecclesiasticis; licet id possit laico concedere, de plenitudine potestatis, Summus Pontifex; scilicet, dare illi facultatem ad concedendum indulgentias. DD. communiter, 10. Potest Episcopus Religiosis concedere indulgentias iuxta suam facultatem; nam in hoc casu possunt Religiosi se subicere Episcopo, & frui indulgentiis Episcoporum; cum exemptio Religiosorum non sit concessa illis in damnum, sed in fauorem, ut aiunt Paludanus in 4. dist. 20. q. 4. Reginaldus, Sanctarellus de Iubilaeo cap. 3. dub. 2. Sanchez, Bonacina & alij, 11. Potest Episcopus frui indulgentiis à se concessis subditis; alias esset deterioris conditionis, quam subditi. Vide Bonacina punct. 2. num. 16. 12. Nullus Episcopo inferior potest indulgentiam concedere absque Pa-

præ, vel Episcopis licentia. DD. communiter. Et ita nequeant Generales Ordinum, Provinciales, Abbates, & Prælati immediati domorū indulgentias concedere. Possunt tamen efficere alios participes satisfactionum, orationum, quæ fiunt in Religione, vt. ex communi praxi Religiosorum constat, qui benemeritos de suo Ordine, omnium bonorum operum sui Ordinis participes efficere consueverunt; nam Prælati possunt præcepto, & intentione referuare partem satisfactionis subditorum conferendam his, quos ipsi designauerint. Videantur Nuñus q. 15. art. 1. quæstiunc. 2. Corduba lib. 5. de Indulg. q. 42. Suarez disp. 48. sect. 8. numer. 26. Nec potest Parochus indulgentias concedere. Nec Abbas Episcopo inferior, etiam si iurisdictionē quasi Episcopalem in suis locis habeat, quia hæc facultas non est illis concessa iure diuino, vel humano, & cap. *Accedentibus, de excess.* Prælator. redarguuntur Abbates qui hoc munus ubi usurpabant. DD. communiter.

INTERROG. IV.

An ad concedendas Indulgentias necessaria sit causa?

14. Resp. Affirmatiue; quia Summus Pontifex non est Dominus, sed distributor, & dispensator Thesauri indulgentiarū.

DD. communiter. Et esse sufficientem causam ad concedendas indulgentias, quamlibet causam piam ait D. Thomas 3. p. in addit. q. 25. per hæc verba: *Quicumque causa ad sit, quæ in utilitatem Ecclesie, & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias facienas.* Et idè aicendum, quod indulgentiæ simpliciter tantum valent, quantum predicantur; dummodo ex parte dantis sit auctoritas, & ex parte suscipientis charitas, & ex parte causæ pietas. Idem asserunt cum D. Thoma Durandus in 4. dist. 20. q. 4. D. Antoninus 1. p. tract. 10. cap. 3. §. 1. Syluester v. *Indulgentia* q. 3. & Valentia q. 20. punct. 4. Alij dicunt, non sufficere ad valorem indulgentiæ quantæcumque quamlibet causam piam, sed futuram proportionatam quantitatem indulgentiæ: Vide Granado tom. 5. in 3. p. controuers. 12. tract. 3. disp. 2.

INTERROG. V.

Quanam requirantur in eo, quod est lucraturus Indulgentiam?

15. Resp. Lucraturus indulgentiam debet esse homo fidelis, & viator. Non prodest indulgentia cathecumenis, vt asserunt Suarez disp. 53. sect. 4. Nuñas, Coninch, Bonacina, & alij; quia carent caractere Baptismi. Nec prodest hæreticis, qui

si est baptizati sint, non sunt Ecclesie membrum per fidem suscepturus indulgentiam debet esse in gratia; quia nequit remitti poena, nisi iam sit remissa culpa. Et non est necessarium, quod confiteatur ad adquirendam gratiam; sufficit, quod illam obtineat per contritionem. Quod intellige; nisi Bulla, seu Indulgentia confessionem exerceat; quia indulgentia explicanda est, ut in Bullis exprimitur; ergo, &c. Nauarrus, Grassius de Indulg. cap. 5. Coninch disp. 12. dub. 7. Sa, v. Indulgentia n. 3. contra Suarez disp. 50. sect. 3. & Filiucium asserentes, sufficere contritionem cum proposito confitendi.

16 Et quando in Bulla exprimitur confessio pro obtinenda indulgentia, non in intelligitur de confessione venialium, & mortalium ritè confessorum, si hæc solum habeat poenitens, & careat mortali non confessio. Nauarrus, Suarez, Reginald. & Filiucius, contra Nuñum q. 27. artic. 3. dub. 2. & Rodriguez in sum. cap. 148. num. 12. & alios, nisi Bulla exprimat confessionem venialium. Ratio est, quia quando præcipitur confessio, sermo est de confessione, respectu illius, qui conscientiam habet peccati mortalis, nisi aliud exprimitur.

17 Qui tempore Iubilæi, post confessionem in ordine ad lucrandam indulgentiam factam, incidit in mortale, vel recorda-

tur illius, antequam cetera opera præscripta à Iubilæo adimpleat, dicunt Nuñus in addit. q. 27. art. 3. dub. 4. & alij quod non tenetur iterum confiteri; sed sufficere contritionem elicere de peccato, quod de nouo commisit, vel de quo recordatur; quia iste iam adimpleuit conditionem confessionis. Sed placet contraria sententia, quam tenent Suarez, Grassius, Enriquez, & alij multi. Quam sententiam, Bonacina punct. 5. n. 9. dicit consulendam in praxi.

18 Qui præstat opera præscripta ad consequendam indulgentiam, non est necessarium, quod sit in gratia, toto tempore, quo singula præstat; sufficit, ut in gratia existat, dum facit vltimum opus, quo posito conceditur indulgentia. Quam obrem, qui tempore Iubilæi, in quo præscribitur ieiunium, & communio, ieiunat in mortali cõsequitur Iubilæum, si deinde communicet in gratia. Vide Bonacinam tom. 1. disput. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 10. qui id optimè pertractat.

19 Necessè est, ut qui suscepturus est indulgentiam, ea adimpleat, quæ præscripta sunt à Superiore in concessione indulgentiæ; nam sub ea conditione concessa est indulgentia. Sic D. Thomas in addit. q. 27. art. 3. Nuñus ibidem Nauarrus de indulgentijs notabili 19. num. 1. Enriquez, Corduba, Valencia,

tiā, DD. communiter.

20 Undē est, 1. Si Iubilaeus praescribat ieiunia, tenetur ieiunare puer ante vigesimum primum aetatis suae annum expletū, 2. Qui tempore Iubilaei non confitetur, vel praetermittit aliud opus praescriptum, non consequitur illum, licet praetermittat ex iusto impedimento, vel impetitia, modo aliud in Bulla non exprimat, aut non fiat commutatio in aliud opus pium ex concessione Summi Pontificis verbis expressam. DD. communic, 3. Quando indulgentia exposcit elemosynam, lucratur illam quidam, etiam exiguam, etiam si sit diues; quia solum exposcit elemosyna. Nisi in casu, quo Papa demandaret elemosynā pro cuiusq; facultate; tunc enim maior elemosyna eroganda esset adiuuite, quam a paupere; aliās nō ad impletur opus seu conditio, sub qua concessa est indulgentia, vt ait Sua. disp. 52. sect. 7. nu. 5. Graf. Filinc. apud Bonac. n. 18.

21 Lucratur indulgentiā debet habere intentionem actualem, vel virtuale illam lucrandi, quando facit opera iniuncta pro ea obtinenda, vt asserunt Trullench in Bull. Cruciatæ lib. 1. §. 6. dub. 2. n. 5. Rodrig. in Explic. Bul. §. 8. n. 9. Contrarium tamen tenet Portel in addit ad dub. Regul. v. indulgentia numer. 7. apud Dianam 4. part. tract. 4. resol.

24:

INTERROG. VI.

Quantum valeant Indulgentiae?

22 Resp. Tantum valent, quantum sonāt; quia Superior tā tam poenam vult remitti, quantum sonat indulgentia. DD. communiter. Et ita, qui lucraretur plenariam indulgentiam, & moreretur statim, statim euolaret in caelū absque dilatione, & mora; nam indulgentia plenaria sonat remissionē totius poenae luēda in Purgatorio.

23 Indulgentiae late sunt interpretandae; tum quia concessio indulgentiarum (regulariter loquendo) dirigitur, & ordinatur ad bonum publicum totius Ecclesiae, ad subueniendum publicae necessitati; tum quia concessio indulgentiarum est fauor pēdēns a voluntate Superioris potentis illum concedere. Fauor autem, & beneficium Principis late explicandū est, quantum verborum sensus patitur, & quantum fieri potest sine prauidicio retri; vt habetur in l. beneficium ff. de constitutionibus Principum, & in cap. olim de verborum significat. ergo, & c. Syluester v. indulgentia n. 8. in fine, Angelus eodem verbo numer. 20. Corduba quaest. 3. Enriquez, Suarez, Granada, Nufius quaest. 27. art. 2. diff. 3. Lopez, & DD. communiter, contra Nauarram, Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 2. num. 7. & Re-

Reginaldum lib. 7. capit. 13. numer.

142.

INTERROG. VII.

Quandiu durent indulgentia?

24. Resp. 1. Indulgentiaē tādū durat, quandiu concedens durare voluerit, & nō vltra; quia gratia dependet a voluntate cōcedentis, ipsiusque voluntatem verbis expressā non excedit. Doctores communiter, 2. Indulgentia simpliciter concessa, perpetuō durat; cum enim superior concedens tempus non taxauerit, non est, cur nos limite-
mus, 3. Indulgentia concessa ad prāfixum tempus, eo elapso non perseverat. Et ita, quae concessa est alicui, eo emortuo desinit esse; censetur enim concessa ad ipsius vitam. Quae verō concessa est cōmunitati perseverat, quandiu perseverat communitas, nec desinit destructa aliqua particulari persona, licet desinat quoad illam personam particularem nec potest illi applicari nisi concessa sit etiam pro defunctis, vt asserūt Suarez disp. 57. sect. 2. numer. 11. Nauarrus de Indulg. notab. 31. num. 27. Reginaldus lib. 7. num. 1. & DD. communiter, 4. Indulgentia concessa alicui loco absque limitatione temporis, tandū durat, quandiu durat locus; haec est enim voluntas Superioris concedentis absque temporis limitatione. Quam ob rem, indulgentia concessa alicui tem-

plo, quod paulatim destruitur & paulatim reaedificatur, non cessat per reparationem, & reedificationem; adhuc enim censetur idem locus, & eadem numero Ecclesia perseverare. Corduba q. 57. Nuñez, Filiucius, Suarez citatus, & DD. communiter, 5. Si verō tota Ecclesia fuerit destructa, & iterum in eodem loco aedificatur, putat Bonacina cum Imola, & aliis, perseverare indulgentiam, modo templum nō sit destructum auctoritate Superioris, sine spe restitutionis; quia quandiu non ita destruitur, manet in iure, & spe, & ipso reparato consurgit privilegium indulgentiae, quae erat suspensa dum templum non erat reaedificatum. Quod mihi arridet. Vide Bonacinam punct. 3. num. 4. 6. Si templum debita auctoritate aliō transferatur, perseverat indulgentia illi concessa (quae ordinariē praesumitur templo concessam fuisse) nam censetur adhuc idem templum, & Ecclesia eadem, quae (sicuti, & persona) fert secū suum privilegium Suarez disp. 42. sect. 1. Grassius, Bonacina, & alij. Secus erit, si indulgentia fuit solo, vel situi concessa; cum nec idem solū, nec situs permaneat, sed remanet antiquum, cui concessa fuit indulgentia, & non solo, seu situi de nouo acquisito. DD. communiter, 7. Indulgentiaē desinunt esse per reuocationem concedentis. Desinunt esse etiam per reuocationem Superioris, qui

qui successit Superiori concedenti, nam successor reputatur vna persona moraliter cum concedente; cum succedat eum eadem autoritate; inferior vero neutiquam potest reuocare indulgentias à Superiore concessas. Quam obrem, nequit Episcopus reuocare indulgentias concessas à Summo Pontifice; licet possit Papa indulgentias concessas à se, vel ab alio reuocare. Suárez, Nuñus, Filiucius, Coninch, & DD. communiter, 8. Si Summus Pontifex renocet indulgentiam, non extinguitur hæc, quoadusque ad aures illius, cui concessa est indulgentia, reuocatio perueniat; quia hæc est mens summi Pontificis: Syluester, v. g. *gratia. Sæ v. indulgentia*, Reginaldus lib. 7. num. 167. Corduba q. 35 q. 3 & DD. communiter, 9. Nec cessante causa, ob quam concessa est indulgentia, hæc cessat, nã sicuti dispensatio voti, & iuramenti semper durat, etiã si cesset causa dispensandi, sic durat indulgentiæ concessio, etiã si deficiat causa concessionis. Suárez dicta disp. 57. sect. 2. Nuñus q. 27. art. 4. dub. vlt. Reginaldus, Filiucius, & alij, 10. Indulgentia non expirat, seu desinit esse morte concedentis. DD. communiter, 11. Indulgentiam concessam pro mortis articulo; si semel applicata, seu accepta sit, dicunt aliqui expirare, ita vt iterum applicari non possit. Sic Fumus v. *indulgentis* num. 22. Sæ eodem v.

num. 5. & alij apud Cordubam lib. 5. q. 39. Sed probabilius est contrarium, quod tenent Bonacina, & Corduba loc. cit. et alij eo quod, concessio indulgentiæ simpliciter facta pro mortis articulo videtur in definita, quæ videtur valere pro omni mortis articulo; & etiã, quia facultas absoluendi à reseruat in articulo mortis non expirat in vno mortis articulo; ergo nec expirat indulgentia.

INTERROG. VIII.

An opus prescriptum pro obtinenda indulgentia debeat esse honestum?

25. Resp. Affirmatiuè; quia alias esset ineptum ad finem intentum consequendum; quia ad pietatem, vel cultum Dei referri non posset. Et ita, qui ita faceret totum opus, vt nullam haberet rationem virtutis, nullatenus indulgentias lucraretur, vt si illud faceret ob prauum finem peccaminosum mortaliter. DD. communiter. Si autem opus ex sua natura bonum sit, & honestum; & fiat ex fine malo solum venialiter, v. g. viuere Ecclesiam ex fine vanæ gloriæ, sufficit ad lucrândam indulgentiam. Suárez, Enriquez, Corduba, & alij apud Villalobos tom. 1. tract. 26. difficult. 13. contra Adrianum, & Nauarrum citatos à Villalobos loc. cit.

26 Nequit vnus alteri indulgentiam lucrari, nisi illi hoc sit concessum vt ait D. Thomas in addit. q. 21. a. 1. Paludanus in 4. dist. 20. q. 4. art. 3. Enriquez libr. 7. de Indulg. cap. 8. n. 1. & DD. communiter eo, quod, qui concedit indulgentiam, applicat illam cui vult, & vt vult, & non, qui eam lucratur, & ita quando aliquis lucraretur indulgentiam alteri ex concessione Pontificis, non intelligitur, quod iste det indulgentiam, sed solum facit id, quod petit concessio, vt alteri indulgentiam obrineat.

27 Quando indulgentia concessa fuit absque limite, multoties lucrari potest v. g. si concedatur indulgentia recitanti orationem Dominicam, & salutationem, & tantos *Paternoster* & *Auemarias*, potest indulgentia obtineri toties quoties recitauerit, nam hac est mens concedentis, vt aiunt Felinus Cord. lib. 5. q. 33. Nauar. de Indul. Villalobos tom. 1. tract. 26. diff. 18. & DD. communiter. Quid dicunt etiam, quod quando indulgentia conceditur pro solo vno die, semel solum obtineri potest, vt habet vsus, qui melius interpretatur leges, sed si esset consuetudo, quod indulgentia concessa pro vno die multoties in illo die lucraretur, intelligendum est, hoc esse de mente, & concessione Pontificis, vt ait Villalobos loc. cit. Est hoc est pe-

culiare, quod habet indulgentia plenaria concessa a Gregorio XIII. *Vere poenitentibus confessis, ac sanctissima communionem refectis, qui in die S. Francisci de Paula visitauerint vnam ex Ecclesijs sui Ordinis, & hoc toties quoties illud fecerint.* Quod sic est intelligendum. Quod si quis, postquam semel consequutus fuerat indulgentiam, & consequenter omnium poenarum remissionem; eodem die aliud mortale, vel veniale committat, poterit iterum, conterendo, vel se confitendo de illo mortali (etiam si Eucharistiam non accipiat) lucrari dictam indulgentiam; & hoc, toties quoties id illi illo die acciderit, etiam si mortale, sed venialia plura committat. Quod si nullum mortale, vel veniale committat, certum est, non posse pluries indulgentiam lucrari: cum nihil remittendum remaneat. Vnde verba illa *toties quoties* sic sunt interpretanda. *Concedo* (ait Papa) *indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesiam sancti Francisci de Paula suo die, & illo die toties indulgentiam concedo, quoties erit materia poenarum per indulgentiam abolenda.* Sic noster R. admod. P. Peirinis 2. tom. priuil. constit. 4. Gregorij XIII. § 1. fol. 246. ex nostro R. P. Montoya in chronicis Minimorum lib. 2. cap. 25. vbi dicit, se consuluisse, circa hoc, doctissimos viros Academiae Complutensis, & praecipue virum doctissimum Ludov-


hicum Montefino, Primarium
in cathedra D. Thomæ. Qui ita
responderunt, sicut explicatum
est.

INTERROG. IX.

*Utrum eodem opere possit quis lucrari
diversas indulgentias?*

28 Resp. Affirmative, v.g. si
diversi Pontifices concederent
diversas indulgentias ieiunanti
in vigilia alicuius sancti, eodem
ieiunio lucraretur illas, ut dicunt
Corduba lib. 5. q. 35. Villalobos
diffic. 19. & alij, quia hæc est in-
itio Summorum Pontificiũ con-
cedentium; & hic nequit bis iei-
unare in eodem die.

29 Sed si indulgentia est con-
cessa multis calculis benedictis, &
vnicuique illorum conceditur,
quod semel recitata oratione
Dominica, & Angelica saluta-
tione, obtineatur indulgentia,
poterit obtinere semel recitan-
do id in vnoquoque calculo; sed
non poterit recitata semel di-
cta oratione Dominica, & salu-
tatione Angelica omnes indul-
gentias singulorum calculorum
obtinere, ut bene Azor 1. p. lib.
capit. 4. & cum eo Villalo-
bos loc. citato, &
alij.



INTERROG. XI

*Quid faciendum sit, ut aliquis lu-
cretur Iubilæum?*

30 Resp. 1. Ut aliquis lucre-
tur Iubilæum debet integre ad
implere ea, quæ summus petit
Pontifex pro illius lucracione.
DD. communiter, 2. Quamuis
quis fecerit diligētiās in prima
hebdōmada ad lucrandum Iu-
bilæum potest in secunda eadē
diligētiās facere, ut lucretur ite-
rum secundum sententiam En-
riquez de indulg. cap. 11. notab.
34. Angeli, & Rosellæ v. *indul-
gentia*, quamuis multi contra-
rium teneant. 3. Omnes diligē-
tiæ Iubilæi fieri debent in vna
hebdōmada, ut ordinario di-
cit tenor Iubilæi: & sufficit com-
municare die Dominica proxi-
ma Sabbato illius hebdōma-
dæ, ut asserunt Sotus, Nauar-
rus, Henriquez, Rodriguez,
apud Villalobos diffic. 24. &
constat ex praxi, 4. Potest lu-
crari Iubilæus ieiunando cum
ouis, & lacticiinijs (extra iei-
unium Quadragesimæ) quæ
oua, & lacticiinia non sunt pro-
hibita extra Quadragesimā in iei-
unijs Ecclesiasticis, ut habet DD
communiter, & cum illis obser-
uatur substantia ieiunij, 5. Si Iu-
bilæus incidat in quatuor tēpo-
ra anni, ieiunando illis diebus

§. SECVNDVS.

De Confessario sollicitante in confessione.

Vt integre tractetur hæc Sectio de Sacramento Penitentia, Interrogationes hæc de confessario sollicitante subijcio.

INTERROG. I.

Quid de sollicitatione in confessione sit in Summis Pontificibus dispositum?

1 Resp. Paramus de origine Inquisitionis lib. 3. q. 10. infine, Coriolanus de casib. reseruat. p. 1. sect. 2. Sanchez in select. disp. 11. num. 18. noster Thrimarchi de Confessario abutente Sacramento Pœnitentiæ referunt Bullam Pij IV. circa hoc, & Clementis VIII. in Bulla Pij IV. quæ incipit: *Venerabili fratri Archiepiscopo Hspalensi Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitionis Generalis*, &c. quæ fuit publicata die 16. Aprilis anno 1561. In qua solum datur iurisdictione Inquisitioni Generali cognoscendi, & puniendi per se, vel per alios à se deputatos, delinquentes Sacerdotes, tam seculares, quam Regulares Regnorum Hispania, qui Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutuntur; mulieres videlicet pœnitentes ad actus in bonos dum earum audiunt confessiones, alliciendo, &

prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando.

2 Clemens vero VIII. (vt, refertur in decreto Supremi Senatus Inquisitionis edito die 3. mensis Decembris anno 1592.) Solum statuit in Hispania procedere posse aduersus quos libet presbyteros seculares, & Regulares in Sacramento Pœnitentiæ, seu in actu confessionis Sacramentalis sollicitantes mulieres pœnitentes ad impudicitiam, seu peccata carnis, sicut, & in alijs causis ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentibus, vt hæctenus fecit etiam priuatiuè quoad Superiores Regulares cuiusvis Ordinis, & Congregationis, etiam si Mendicantium existant, ipsosque Regulares non eximi ab onere deferendi seu denunciandi huiusmodi delinquentes eidem Sancto Officio, quem admodum in alijs casibus, & causis S. Inquisitionis, in quibus alij Christi fideles denuntiare de iure tenentur.

3 Gregorius XV. die 30. Augusti anno 1622. constitutionem edidit aduersus Sacerdotes sollicitantes; & primò refert, & confirmat Bullam Pij IV. illam

que non solum in prædictis Regnis Hispaniarum; sed in omnibus Christiani orbis partibus obseruari præcipit in illa dicens: *Quod omnes, & singuli Sacerdotes tam exempti, quàm non exempti, qui personas, quacumque illa sint ad inhonestas, siue inter se, siue cum alijs, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentali confessionis, siue ante, vel post, inmediate, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi etiam ipsa confessione non sequenda, siue estra occasione nem confessionis inconfessionario, aut in loco quocumque, ubi confessionis audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo simulantes confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint; in Officio Sanctæ Inquisitionis, seuerissime puniantur & mandat omnibus confessorijs, ut (uos pœnitentes, quos nouerint ab alijs fuisse sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitantes, seu, ut præfertur, tractantes. Inquisitoribus seu locorum Ordinarijs præcipit, quod si confessorij hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint, non teneri denuntiare confessorios sollicitantes, seu tractantes, ut supra iisdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire, non negligant.*

4 Et quamuis Bulla Gregorij loquatur de denuntiatione cumulatiue, que fieri possit Or-

dinario, & Inquisitoribus, in Regnis Hispaniarum denuntiatione sollicitantium solum fit Inquisitoribus; ut constat ex usu & consuetudine.

5 Qui Inquisitores Hispaniarum (pro executione suæ iurisdictionis a dictis Pontificibus concessæ) quotannis Edicta euulgant, in quibus, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda mandatur cuilibet scienti tale crimē, ut ad Inquisitionis Tribunal deferat. Tenor Edicti est hic: *Si sabeis, ó aueis oido dezir, que algun Confessor, ó Confessores, Clerigos, ó Religiosos, de qualquiera estado, ó condicion que sean en el acto de la confesion, ó proximately a ella, ayan sollicitado a sus bñjas de confesion, aprouocandolas, ó induciendolas con bechos, ó palabras ó actos torpes, y deshonestos. Et præcipit etiam Edictum, ne confessorij absoluant pœnitentes obligatos ad sic denuntiandum; quin prius faciant denuntiationem. Quod maxime debet confessorius aduertere.*

INTERROG. II.

Quid sit sollicitatio in confessione, ob quam confessarius sit denunciandus?

6 Resp. Sollicitatio (de qua loquimur) nihil aliud est, nisi crimen confessariorum, dum in ipsa confessione, vel eius occasione, vel pretextu pœnitentes ab obscenos actus prouocant, vel prouocare tentant; & hoc verbo occasione intelligitur hæc clausula immediate ante, vel post confessionem, vt dicit Bulla Gregoriana. Et illa dicitur sollicitatio ante, vel post confessionem immediatè, quando inter sollicitationem, & confessionem, nihil aliud mediat, ita vt, neque confessarius, neque foemina ad extraneos actus diuerterint. Sic Castro Palao 1. p. tract. 6. disp. 9. punct. 8. cum Sanchez in selectis disp. 1. num. 49. cum Freitas q. 5 n. 20. & Param. lib. 3. q. 10. num. 47.

7 Et 1. Sub poena Breuis comprehenditur confessarius, & est denunciandus, qui verba amoterialia diceret, seu signis, aut tactibus ad turpes actus pelliceret, 2. Denuntiandus est confessarius, qui pedem foeminae premeret, vel licaret, digitos interquoret, mammillas tangeret, & similia; nam licet hæc omnia peccata venialia essent in materia luxuriæ, dummodo abut finis mortalis, & pol-

lutionis periculum, vt docuerit Nauarrus cap. 14. num. 31. Sanchez lib. 9. de Matrim. disp. 46. numer. 16. Salas 1. 2. q. 74. art. 3. De quo alibi dicam contrarium tenens; tamen hoc facere intra confessionem quid graue est intra genus Religionis; ob injuriam factam Sacramento; sicuti, licet intra genus temperantiae, quid leue sit in die ieiunii modicum cibi sumere; graue tamen est illo (licet modico) sumpto Eucharistiam suscipere, seu communicare, vt asserunt Doctores communiter. Et videri post de hoc Ioannes Martinez de Prado in qq. moralib. capit. 12. §. 2. numer. 6. qui id benè per tractat. 3. Afortiori est denunciandus confessarius, qui in confessione sollicitaret foeminam ad nefandum congressum, seu mollitiem; cum huiusmodi actus propriissime sint inhonesti; imò inhonestiores, quam copula, vt asserunt Acuña, & Sanchez, & Doctores communiter, 4. Est denunciandus confessarius, qui in confessione masculinum sollicitaret, vt clare patet ex Bulla Gregorij XV. & asserunt Doctores communiter, 5. Est denunciandus confessarius foeminam poenitentem ad lenocinium sollicitans, vt constat ex Bulla Gregorij XV. & asserunt Doctores communiter, 6. Est denunciandus confessarius sollicitans in confessione foemi-

num. vt sui corpori; alteri co-
 piam faciat, 7. Si femina cōfes-
 sariū ad congressum sodomiticū
 inuitet & ipse renuat, suadeat ta-
 men ad naturalem, denuntiā-
 dus est; cum sit sollicitator ad
 actum in honestum DD. com-
 muniter, 8. Confessarius sollici-
 tans in confessione pœnitentem
 ad aliud peccatum, quod non sit
 intra genus luxuriæ, vt ad furtū,
 homicidium, &c. non est denū-
 ciandus vigore Bullarum; istæ
 enim solum loquuntur de solli-
 citatione ad turpia, seu carnalia
 peccata. Sic Paramus lib. 3. q. 10.
 Aloysius Bariola, Scortia, Mol-
 fesus, Sancius, Peyrinis, Bonaci-
 na, & alij apud Leandrum tract.
 5. de pœnit. disp. 12. q. 9. contra
 Peña in direct. Inquisit. p. 2. com.
 81. Zechium in sum. to. 1. tract.
 de fide cap. 11. num. 5. Emmanue-
 lem de Moura opusc. 1. de En-
 salm. sect. 3. cap. 3. nu. 17. Quam
 sententiam putat probabilem
 Castro Palao to. 1. tract. 4. disp.
 9. punct. 6. num. 2. Et sequendam
 in praxi, ait Freitas in addit. ad
 Acuña q. 8. num. 17. quando
 confessarius sollicitaret ad ea
 peccata, quæ pœnitens confite-
 tur; veluti si pœnitens fateatur
 sortilegium, & confessarius pe-
 tat ab illo, vt se doceat illud fa-
 cere, 9. Si femina in confessione
 sollicitet confessarium ad carna-
 le peccatum, non est denuntiā-
 da; nam Bullæ solum loquuntur
 de confessario sollicitante, & nō
 de femina, 10. Si femina solli-

citationem incipiat, & consen-
 tiat cōfessarius denunciāndus est,
 eo quod in loco confessionis
 actus turpes exequatur, vt asse-
 runt DD. communiter, 11. Si
 confessarius vocetur ad ægro-
 tis feminae audiendam confes-
 sionē, & sollicitaretur ab ipsa, su-
 per addente minas, se exclama-
 turam, vim sibi ab illo inferri, ni-
 si consentiat; sicque confessarius
 (ob vitandam infamiam) con-
 sensum præstet, non est denun-
 tiandus, secundum Acuña q.
 9. num. 3. & Bonacinam de de-
 nunt. disp. 6. punct. 3. num. 17. Et
 absolute tenēt Ioannes Sancius,
 Grassijs, noster Peirinis, Trul-
 leuch dub. 18. num. 53. Barnabas,
 Gallego, Leander disp. 13. q. 23.
 apud Ioannem Martinez de Pra-
 do cap. 10. q. 5. §. 5. num. 18. quia
 dictus confessarius perterritus
 metu graui incusso consentit so-
 licitationi. Sed denuntiandum,
 affirmant Carena de Offic. In-
 quisit. 2. p. tit. 6. §. 19. numer. 94.
 Escobar 1. p. q. 4. §. 2. num. 33. &
 alij, quia dictus confessarius præ-
 textu confessionis venerem ex-
 plet, & ita comprehenditur in
 Bulla Gregorij, vt ait Sancius in
 selectis disp. 11. num. 30. Sed hūc
 mitius puniendum ab Inquisito-
 ribus arbitraria pœna, & sine ab-
 iuratione, docēt Soufa in Aphor.
 de solic. tract. 1. cap. 17. num. 8.
 Diana part. 4. tract. 5. ref. 15 eo
 quod, qui metu peccat pœnam
 extraordinariam nō effugit cap.
Sacris de his que vi, 12. Denun-
 tian-

tandus est confessarius qui char-
tam continentem solitationem
pœnitenti fœminæ daret postea
legendam; nam cum traditur
charta incipit sollicitatio. DD.
cōmuniter, 13. Denuntiāus est
confessarius lasciuæ ob iurgans
suam concubinam, Hispanæ: *Si
lapidi esse zelos lasciuos*; nam talis
actio maximè provocat ad lu-
xuriam, 14. Confessarius solici-
tans in gratiam alterius solici-
tando fœminam, quòd alium ad
copulam admittat denuntian-
dus est; cū tunc sollicitatio inter-
ueniat, & per accidens est, quòd
cum confessario exerceat di sint
actus in honesti aut cum alio, vt
asserunt Acuña q. 17. numer. 5.
Freitas num. 13. Grassijs in conf.
1. num. 41. & DD. communiter,
ex Bulla Gregorij XV. vbi ait
Pontifex: *Aut cum pœnitentibus
illicitis, & in honestos sermones, si-
ue tractatus habuerint.* Et simili-
ter in hac Constitutione Grego-
rij XV. comprehenditur, qui
solicitat fœminam in confessio-
ne, vt mediet cum alia vt con-
fessarium admittat. Quod con-
stat ex verbis: *Sive inter se, sive cū
alijs perpetrāda, sive sequatur cō-
fessio, sive non; dum tamen illius
p̄textu solcitet paulo ante vel
post: non tamen, si post eius au-
ditam confessionem ad eius di-
uertat domum eam sollicitatu-
rus, vt multis relatīs probat Leā-
der q. 28. & Trullenich dub. 18.
num. 63. & alij, 15. Si confessa-
rius sit bonæ tamæ, ex verbis vel*

factis dubijs non est denuntian-
dus, nec debet iudicari sollicita-
tor in confessione; vt enim ait
Soluesterv. *Dubium num. 5. vbi
est ambiguitas facti, non est feren-
da sententia in p̄iudicium alicuius.*
Si verò confessarius bonæ tamæ
non sit, & de ipso in eadem ma-
teria extant alia indicia est de-
nuntiandus deditis verbis aut
factis. Et videndus Ioannes Mar-
tinez de Prado cap. 10. q. 3. §. be-
né id tractans, 16. Si mala fides
interueniat, & confessarij, & pœ-
nitentis; quia vterque cognos-
cit, cōfessionem fore inuālidam;
& ob id intendere nequeant cō-
ficere Sacramentum, sub pœnis
Breuis non comprehenditur cō-
fessarius sollicitans, vt ait Sanch.
in select. num. 30. cum Suarez,
Enriquez Acuña, & Sotus. Quod
intelligitur quoad sollicitationē.
Non effugit tamē pœnas Breuis,
& denuntiandus est, eo quòd si-
mulans audire confessionem, cū
fœmina in honestos sermones ha-
bit, 17. Si confessarius cognos-
cens fœminam proposuē emen-
dationis non adducere, & ob id;
absoluenda in nō esse, adhuc so-
licitet denuntiandus est; quia li-
cet Sacramentum non conficia-
tur, fit tamen accusatio in foro
Pœnitentiæ, quæ sufficit ad obli-
gationem sigilli. Acuña, Sanch.
& DD. communiter, 18. Laicus
qui se Sacerdotem fingit, & au-
diendo confessionem fœminam
solicicaret, non comprehenditur
sub pœna Breuis; cum ipso nod

fiat Sacramentum. Acuña, Soufa, Sanchez, & DD. communiter 19. Nec luet poenas Breuis laicus interpret confessionis foeminae, qui illam in confessione sollicitaret. Sanchez nu. 27. cum Soufa tract. 1. cap. 10. num. 3. & alij, 20. Foemina sollicitata in Sacramentali confessione (etiam si consenserit confessionario sollicitati ad inhonesta exercenda, & de facto exercuerit) denuntiari tenetur confessionarium sollicitantem. Acuña, Sanctarellus noster P. Peirinis, Bosius, & Diana, apud nostrum Thrimarchi scēt. 6. fol. 117. contra Portel in dub. Reg. v. denuntiatio num. 10. Et est ratio; quia praecipuum iurum de denuntiatione facienda, est absoluté iurum, & sine restrictione; ergo etiam si mulier consenserit, tenetur denunciare confessionarium, qui eam sollicitauit.

8 Nec ob est, si dicas, nemò tenetur ad suam turpitudinem aperiendam capit. Si quis *aliquando, de poenitent. distint. 1.* ergo mulier sollicitata, quae consensit sollicitationi confessionarij, illum denunciare non tenetur; cum denunciando propalet turpitudinem suam. Respondetur, quòd mulier sollicitata, & quae consensit, non tenetur ad manifestandam suam turpitudinem. Sed solum ad denunciandū confessionarium, qui eam sollicitauit, tacendo suam turpitudinem. Et quidem nequeunt Inquisito-

res interrogare mulieres, an praebuerint consensum, vt asserunt Bonacina, Sanctarellus, & P. Peyrinis apud Trimarchi num. 62. Et si de consensu inturpitudinem rogentur, non tenentur respondere; vel etiam poterunt negare, se consensisse, modo in mente concipiatur restrictio: *Vt interroganti manifestent, vt ait idem Trimarchi loc. cit.*

INTERROG. III.

In quibus casibus cesset obligatio denunciandi confessionarium sollicitantem?

9 Resp. Suppono, esse obligationem denunciandi in foemina sollicitata, & in masculino sollicitato ad venerea. Et si sollicitatus fuit puer (absque dubio) tenetur adire, personaliter Tribunal Sancti Officij pro denuntiatione facienda; vt asserunt Doctores communiter. Et idem est de muliere infimae conditionis. Teneri etiam foeminas illustres se praesentare coram Inquisitoribus ad denunciandum, docet Sanchez num. 45. cum Acuña quaest. 22. num. 14. Sed alij contrarium tenent, scilicet, quòd puellae, & foeminae nobiles nō teneantur personaliter adire Inquisitores. Sed sufficit, quòd denuntient, vel per Epistolam missam ad Inquisitores, vel per confessionarium ea-

tum. Et idem dicunt de Monialibus sollicitatis. Videatur Trimarchi disputation. 11, sect. 1 & 2.

11 Et non cessat obligatio denunciandi subita penitentia confessarii, de sollicitatione facta, ut asserunt Santarellus de heres, c. 44. n. 18. Bonacin. de denunciati. disp. 6. punct. 3. & DD. communiter; alias aperiretur via ad fraudes, & Bullæ Pontificiæ frustrarentur; posset enim sollicitans confessarius, (si mulier sollicitata renuat) fingere subitanam poenitentiam, ne denuntietur a sollicitata muliere. 2. Si confessarius, qui sollicitavit sit emendatus, cessat aliqui, cessare obligationem denunciandi. Acuña quæst. 3. numer. 15. ibidem. Freytas numre. 34. Portel in addit. ad dubia Regul. v. *solicitare*, num. 18. Sanchez in select. disp. 11. num. 51. & alij. Sed non cessare dictam obligationem, etiam si confessarius sit emendatus, tenent Bonacina de denunciati. disput. 6. punct. 3. numer. 9. Belletus citatus à Trimarchi, & alij. **Quam** sententiam amplectitur ipse, quando delictum confessarii sollicitantis est publicum, & confessarius laborat infamia; si autem non sit publicum delictum sollicitationis, nec confessarius infamia laboret, propendit Trimarchi noster in sententiam negatiuam. Qui in

principio dictæ sectionis tertiæ tractat, quando intelligatur, confessarium, qui sollicitavit, esse emendatum. Et videri potest Sanchez in select. disputat. 11. numer. 51. qui id bene pertractat. 3. Non excusatur denunciare foemina, si sollicitationem probare non possit; sicuti est obligatio denunciandi alia delicta ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis pertinentia, etiam si denunciator illa probare non possit, ut asserunt Barbosa, Bonacina, Suarez, & alij apud Trullench tom. 1. in Decal. libr. 1. capit. 3. dub. 18. numer. 20. 4. Non excusatur denunciare mulier sollicitata, etiam si confessarius propter aliarum foeminarum denuntiationem, conuictus, & punitus fuerit, si non fuit punitus ob eius sollicitationem; quia in hoc casu confessarius non iudicatur sufficienter punitus, quandoquidem grauioribus poenitentijs pro multis sollicitationibus, quam pro vna, puniti debuerat. Si autem dictus confessarius punitus fuit ob sollicitationem dictæ foeminae, quæ non dum denuntiauerat; iam in hoc casu, non tenetur denunciare; *quia iudicium bis exerceri non solet in id ipsum.* Bonacina de denuntiationibus, disputat. 6. numer. 154. & alij contra aliquos, qui absolute asserunt, non esse obligationem denunciandi confessarium, iam

iam calligatum ob crimen sollicitationis; eo quod iam præsumitur emendatus, & non relapsurus in idem seculus. Et sunt Freitas in addit. ad Acusiã q. 3. nu. 14 noster Peyrinis tom. 2. priu. constit. 4. Gregorij XV. § 9. Sanchez in seleã. disp. 11. num. 52. Diana 1. p. tract. 4. res. 26 Lecana in summa qo. Regul. cap. 19. n. 34 & alij, c. Nec excusatur fœmina denunciare confessarium sollicitantem, eo quod fraternã correctionem non præmiserit, quæ in crimine sollicitationis non obligat, vt asserunt Bonacina disp. 6. punct. 1. num. 9. Villalobos 2. p. tract. 4. diffic. 11. num. 3. Sancius in selectis disp. 11. num. 56. Freitas apud Acusiã q. 18. a. num. 30. noster Trimarchi de cõfessario abutente disp. 11. sect. 2. Diana 4. p. tract. 5. & alij plures, D. Thomas quodlib. 11. art. 12. cum ait: *Credo, quod si esset aliquod peccatum carnale, quod i vergeret in detrimentum multitudinis, statim est reuelandum.* At quis non videt, hoc detestabile crimen in damnum multitudinis vergere? Item, quia in hoc, & alijs huiusmodi in criminibus utilitas publica præponderat, præferrique debet priuatæ delinquentis, & honori. Contrariam sententiam tenent Sotus lib. 5. de iust. q. 5. artic. 1. *Syluester v. correctio* q. 5. Lopez in instruct. 4. p. cap. 54. Ledesma in sum. tom. 2. cap. 4. con. 24. Ioannes à Cruce, Tolemus, Fagundes, & alij asserentes,

præmittendam fraternam correctionem ante supradictam denuntiationem. Quæ opinio, & si probabilis sit, & vera videatur stando in iure communi; supposito tamen præcepto Ecclesiastico, quale est ædictum Sanctæ Inquisitionis, quod non minorem habet vim, quam lex canonica; cum illius Tribunalis potestas Apostolica feratur auctoritate (& idè per modum legis perpetuo durat) prior sententiã de nõ præmittenda in hoc crimine correctione fraterna, sequenda, & tenenda est. Vide nostrum Trimarchi disp. 12. sect. 2. qui quæstionẽ hanc bene per tract. 6. Nec excusatur fœmina sollicitata denunciare etiam si cesset præsumptio, quod confessarius male sentiat de Sacramento Pœnitentiæ, in qua fundantur Bullæ Pontificiæ; quia iudicare, an cessauerit hæc præsumptio (supposito sollicitationis scelere) nec ad fœminam sollicitatam, nec ad nouos confessarios attinet; sed ad Inquisitores, vt aiunt Freitas, Bosius, Trimarchi & DD. communiter, 7. Nec fœmina sollicitata excusatur denunciare confessarium sollicitantem, etiam si ex illa denuntiatione timeat daõnũ notabile secundum Bonacina de denuntiationibus. disp. 6. punct. 6. cuius opinio non displicet aliquibus grauissimis Theologis; quia bonum Religionis, & Sacramenti Pœnitentiæ præponderat incommodo, & damno pe

nitentis. Quæ opinio Bonacinae probabilis est admodum; tum, quia bono nititur fundamento; tum quia est favorabilis Sacramento Pœnitentiæ. Sed contrariam sententiam tenent alij; nēpē non teneri denuntiare cum graui damno. Sic Acuña q. 19. noster P. Peyrinis tom. 2. priuil. constit. 4. Gregorij XV. § 9. num. 28. Sanchez in selectis num. 65. Portel, Fagundez. Sorus à Peregrinus, Lezana, Bostus apud Trimarchi disp. 17. sect. 1. secundum quos, excusatur fœmina sollicitata denuntiare, si timeat mortem, vel mutilationem, graues corporis cruciatus, seruitutem, vel captiuitatem diuturnum carcerem, amissionem status, honoris vel infamiæ, tum iuris, tum facti, cui facile occurri non possit. De quo videatur Sancius num. 55. & Trullench 1. to. in Decal. lib. 1. cap. 3. dub. 18.

INTERROG. IV.

An denuntiatio debeat fieri ante confessionem?

12 Resp. In Regnis Hispaniæ solis Inquisitoribus fit denuntiatio sollicitationis, vt habeat DD. communiter, & patet ex vsu, & consuetudine denuntiandi hoc crimen solis Inquisitoribus.

13 Quæ denuntiatio facienda est ante confessionem, ita, vt non possit fœminam sollicitatam

absoluere confessarius (regulariter loquendo) quin ipsa prius denuntiet; vt habeat DD. communiter; eo, quòd in sterlegitimum præceptum denuntiandi; & quandiu pœnitens non satisfacit obligationi, manet in obediens, contumax, & indisposita mulier sollicitata, & consequenter incapax absolutionis, vt asserunt DD. communiter.

14 Dixi, *regulariter loquendo*; nam si ad sit iniusta causa differendi denuntiationem, poterit absolui à peccatis, antequam denuntiet; modo firmiter proponat, se denuntiaturam, vbi primum poterit opportune. Et censetur iuxta causam, si vrgeret necessitas communionis, & Tribunal longe distat, & si non sumit Eucharistiam, sequitur scilicet, aut non potest lucrati magnum iubilæum, & aliunde persona est fide digna, authoritatis, & timorata conscientie firmiterque proponat (datà opportunitate, quam tenetur querere) se denuntiaturam. In qua re magna requiritur prudentia, nec facile credendum pœnitenti; nã adæpta absolutione, faciliè denuntiationem omittet. Acuña, Sancius Diana, & alij, apud Trullench citatum n. 95.

15 Mulier sollicitata, quæ cõfiteatur elapso termino præfixo in Edicto, & non deuuntiauit nequit absolui, nisi prius denuntiationem faciat. Acuña q. 21. num. 5. Freitas ibidem, num. 25.

Enriquez lib. 5. cap. 12. num. 11. Sanchez in select. disp. 11. n. 62. & alij, licet fidem det mulier, illico denuntiandi sollicitatem confessarium. Et probatur; quia a peccatis nemo valet absolui, nisi a censura antea sit immunis; sed mulier hæc a censura absolui non potest (etiam per Bullam Cruciatæ) nisi prius satisfacta parte, nimirum Inquisitoribus: ergo si non denuntiet absolucunda non est.

16 Potiori iure absolucunda non esset, si adhuc persisteret in proposito non denuntiandi, quia talis mulier esset in proposito peccandi, non obediendo Ecclesiæ, & non satisfaciendo iuri naturali, quo ad denuntiandum confessarium sollicitantem obligatur. DD. communiter. Facta denuntiatione, quam omisit intra præfixum terminum ab Edicto, vel extincta obligatione denuntiandi, quia confessari^{us} mortuus est, &c. potest mulier sollicitata absolui iã a quolibet confessario virtute Cruciatæ, 2. Per priuilegia Mendicantiũ, vt asserunt Acuña q. 21. n. 11. ibidẽ Freitas n. 31. Rodriguez t. 1. qq. Regul. q. 61. ar. 6. Bosius, Portel, & alij apud Trimarchi lect. 7. n. 50.

(S)



INTERROG. V.

An confessarius teneatur monere sollicitam de obligatione ad denuntiandum?

17 Resp. Communis est DD. sententia, quod confessarius sub pœna peccati mortalis obligatur ad monere mulierem sollicitam de obligatione quã habet, sub pœna mortalis culpæ ad denuntiandum sollicitantem confessarium. Constat hoc ex Bulla Gregorij. XV. *Mandantes omnibus confessarijs, &c.* vbi expresse præcipitur, vt admoneant sollicitas mulieres de obligatione denuntiandi confessarios sollicitantes. Quod præceptum, certũ est, obligare sub mortali; propter verbũ, *mandamus*, quod in re graui continet, præceptũ Pontificis ex Gloss. in Extrauag. *Quorundam Ioannis 22. de verbor. significat. §. Quo circa, verbo, Mandantes.*

18 De praxi Inquisitorum circa hoc delictum. Vide (si libet) Sancium in selectis dicta disput. 11. n. Trullench dicto dub. 18 n. 98. 99. & 100. Castro Palao to. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 11. nostrum Trimarchi de confessario abutente Sacramento pœnitentiæ, disp. vltima;

INTERROG. VI.

An sollicitatio facta simulando confessionem denuntianda sit?

19 Resp. Simulatio confessionis dupliciter fieri potest. Primò, si vterque tam poenitens, quam Sacerdos simulent confessionem, vt liberius de rebus inhonestis tractent. Secundò, si poenitens nõ animo confitendi, sed ad alia negotia tractanda accedat ad confessarium, cum tamen ab ijs; a quibus videtur intelligatur ad confessionem accedere; tunc simulatur confessio. Castro Palao de confes. solicit. tract. 4. disp. 9. punct. 8. asserit. Quod si sollicitatio fiat primo modo, nemine incumbit obligatio denuntiandi, nec confessario, nec mulieri; eo, quod hæc sollicitatio non sit propria Sacerdotis potius, quam mulieris: sed est mutua sollicitatio, ac pro inde in sollicitationem sibi factam vterque consensit. Nec Sacerdos tenetur se denuntiare, vt de se constat, nec poenitens; aliàs mulier teneretur denuntiare de ipsam. Hæc Castro Palao; cum non conuenit Trullench n. 72. asserens (etiam cum ipso) peccatæ confessarium & foeminam

temperantiam; sed etiam contra Religionem, & reuerentiam debitam Sacramento, & loco sacro, ideòque possunt puniri ab Inquisitoribus, vt bene probat Sancius in selectis disput. 11. num. 66. vbi refert cum Coriolano, ita esse declaratum a Sacra Congregatione Cardinalium Sanctæ Inquisitionis. Et deducitur a parte ex Bulla Gregorij XV. Sed hæc opinio Castro Palao male audit apud plures, & præsertim Sancium in selectis numer. 68. in explicatione Bullæ Gregorianæ, vbi ait: *Vndè, si confessarius, & foemina decernant velamine confessionis turpiter confabulari huius constitutionis reus erit confessarius, & consequenter denuntiandus.*

20 Si poenitens bono animo accedat ad confessarium alia negotia à confessione tractaturus, & Sacerdos arrepta occasione ad venerem inducat; tunc poenitens sollicitatus tenetur denuntiare Sacerdotem; iuxta constitutionem Gregorij XV. *Qui personas, quacunque illæ sint ad inhonestam, &c.* Castro Palao loco citato, Sancius numer. 40. & 66. Diana 4. part. tractat. 5. resolut. 10. & alij.

21 Non esse denuntiandum confessarium, qui sedens in confessionario, & loquens cum poenitente stante, vel sedente illam sollicitat, sentit Castro Palao disputat. 9. punct. 9.

quia ibi nulla est simulatio audiendi confessionem. Idem tenet Freitas de conf. l. sollicitari q. 15. num. 52. & Lez. in in sum. q. 9. Regular. cap. 10. nu. 24. Quæ sententia nõ placet Dianæ resol. 38. vbi ait, oppositum esse declaratum à Congregatione Cardinaliũ pro tota Republica Christiana Generalium Inquisitorũ sub Paulo V. die 10. Julij 1614. Quod decretum, seu declarationem refert ad literam Diana in dicta resolutione. Quo decreto stante, à contra sententia non est recedendum. Videatur Peir. in 2. priuileg. Const. 4. Gregorij XV. § 5. n. 15.

INTERROG. VII.

An qui audierit aut sciuerit, fœminam sollicitat amesse, teneatur denuntiare?

22 Resp. Affirmative. Et patet, 1. ex Bulla Clementis VIII. vbi sic ait Pontifex. *Ipsosque Regulares non eximi ab onere deferendi, seu denuntiandi*, 2. Ex edicto Inquisitorũ adducto à Paramo, de origine Inquisitionis lib. 3. q. 5. nu. 43. quod refert Sancius in selectis n. 65. in quo præcipitur: *Denuntiare omnes suspectos de hæresi, qui sic cognoscantur*; cum igitur confessarius sollicitas sit suspectus de hæresi, denuntiandus erit a quo cumque habente notiã, quod in confessione retenta-uerit. Et clarius loquitur Edictũ


annuale Inquisitorum per hec verba: *Si sabís, ò vueis oida dezir, que a'gun Confessor, ò Confessores Clerigos, ò Religiosos de quauquiera est o do ò condicion, que sean, en el acto de la confession, ò proximate a ella, en sollicitado a sus hijas de confession, &c.* Et tenetur denuntiare, etiamsi a leuibis personis audiuerit. Vide Diana 4. p. tract. 5. res. 28. In fine est aduertendum, quod nõ solum in casibus dictis in Interrog. 2. est denuntiandus confessarius sollicitans, sed etiam in his, 1. Si fœmina signet se signo Crucis, & velit confiteri sua peccata, dicat illi confessarius: quod non confiteatur, sed quod confessionem differat in aliud tempus, sollicitando illam ad turpia. Item, si filiã spiritualẽ ex præcedentibus confessionibus notam ante signum Crucis præ occupet confessarius sollicitans. Trullench n. 67. Diana 4. p. tract. 5. res. 39. Freitas q. 14. & alij, 2. Denuntiandus est confessarius dans pœnitentiam fœminæ, vt nuda ab illo verberetur; quia sic verberare, est actus in honestus, & sollicitatio ad turpia, & tentatio in confessione. Souta in aphorism. cap. 18. n. 14. Diana resol. 48. & alij. 6. Denuntiandus est confessarius, qui in confessione petat à pœnitente domum suam, vt concubinam adducat. Diana resol. 45. ex verbis Bullæ Gregorianæ: *Ad in honestis, siue inter se*, &c. 4. Denuntiandus est confessarius, qui

verbis, vel signis dubiis sollicitat. Soufa in Aporism. libr. 1. capit. 34. numer. 34. Diana resol. 25. noster Peirinis in privileg. Minor tom. 2. constitut. 4. Gregorij XV. §. 6. numer. 21. vbi sic ait: *Mulieres, si non solum verbis claris, sed etiam tacitis seu obscuris, etiã ambiguis, seu etiam nutibus vel tactibus fuerint à confessarijs sollicitate debent eos Inquisitoribus denuntiare, 5.* Denuntiandus est confessarius laudans foeminam poenitentem ex pulchritudine, venustate, &c. (quidquid dicant minus bene Soufa, & Freitas, apud Dianam resol. 18.) hoc enim est per verba tacita mulierem sollicitare, vt asserunt Acuña quest. 7. numer. 13. Sanctarellus de hæresi capit. 44. dub. vnic. numer. 9. Barbosa de Officio Parochi capit. 19. numer. 49. Quod limitat Bonacina apud Dianam,

loco citato; in idò non constat, aut rationabiliter presumatur, confessarium laudantem foeminam ex pulchritudine, &c. protulisse hæc verba alio fine, quam intentione alliciendi ad actus in honestos: vt si v. g. (dicit Bonacina) confessarius dicat foeminæ poenitenti: *sua pulchritudini, & venustati in turiam facere prostituendo se ipsam alijs.* Sed ab his verbis absteineant confessarij (ait Diana loc. citat.) sunt enim periculosa, 6. Confessarius, qui dum audit confessiones delectatur, aut polluitur, idque foeminæ manifestat in confessione, aut proximè ad illam, denuntiandus est; quia id est in confessione prouocare, secus autem, si extra confessionem omnino dicat, seu manifestet, vt ait Trullench numer. 45. & alij.

(.§.)





SECTIO SEPTIMA.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ Vnctionis.

DE Extravunctione agunt DD. cum Magistro in 4. dist. 231
ubi D. Thomas, Scotus, Durandus, Richardus artic. 1.
quest. 1. Bellarminus de hoc Sacramento, Suarez tom. 4.
in 3. part. disput. 33. Toletus in Sum. lib. 7. Vazquez,
Coninch, Trullench, Hurtado, & alij multi.

INTERROG. I.

*An Extravunctio sit Sacramen-
tum nouæ legis? Quæ sit eius ma-
teria? Quæ sit eius
forma?*

1 Resp. Extravunctio, quæ
quæ agentibus extremam vitam
ministratur, definitur sic: *Est Sa-
cramentum Vnctionis infirmorum,
ad salutem animæ, & corporis, vt
asserunt DD. communiter. Est
vnum ex septem legis nouæ Sa-
cramentis gratiam conferens,
vt est definitum in Concilio Flo-
rentino ab Eugenio IV. in suo
Decreto Fidei, & in Tridenti-
no sess. 14. can. 1. Est institutum
à Christo Domino. Et commen-
datum, & promulgatum a B.
Iacobo Apostolo cap. 5. in illis*

*verbis: Infirmatur quis in vobis,
inducat Presbiteros Ecclesie, &
orens super eum ungentes oleo san-
cto, &c. Quo autem tempore
Christus Dominus illud insti-
tuerit, non constat. Probabilius
est, illud instituisse, vel in nocte
Cenæ, vt volunt aliqui, vel po-
tius post resurrectionem. Ioanni
20. cum Apostoli creati fuerant
iudices ad remittenda peccata,
tam in Sacramento Pœnitentiæ,
quàm in hoc, vt docet cum alijs
Meratius disp. 1. sect. 2.*

2 Materia remota huius Sa-
cramenti est oleum oliuatum
benedictum ab Episcopo, vt ait
Tridentinum, & Eugenius IV.
citatus. Vndé ad valorem huius
Sacramenti hæc benedictio ne-
cessaria est. Oleum debet esse pu-
rum. Et debent inungi infirmi,
ex

ex præcepto Ecclesiæ, nouo oleo illius anni; & erit mortale in vngere veteri alterius anni sine causa, vt asserit probalior opinio, quam sequitur Dian. de Sacram. 3. p.

3 Materia proxima huius Sacramenti est vñctio, quæ fit oleo ab Episcopo benedicto, vt constat ex Tridentino loc. citat. & ex verbis Iacobi: *ungentes* &c. Quæ non debet fieri (necessitate Sacramenti) in modum Crucis, sicuti fit in Confirmatione; cum nec Concilia, nec D. Iacobus id exigant; sed ita facere, vel est cœremonia Ecclesiæ, vt ait Villalobos, tom. 1. tract. 10. diffic. 1. vel præceptum Ecclesiæ, vt volunt alij. Debet fieri hæc vñctio in ea quantitate, quæ sit sufficiens, vt dicatur vñctus infirmus; vt in Baptismo petitur ille contactus aquæ successiuus, qui sufficiat ad abluionem, vt aiunt DD. communiter.

4 Concilium Florentinum enumerat septem vñctiones, videlicet in quinque sensibus corporis, & sextam, quæ fit in pedibus, & septimam in renibus. Ex his solæ quinque vñctiones quæ sunt in quinque sensibus corporis; scilicet: *In oculis, in auribus, naribus, ore, & manibus, sunt de essentia huius Sacramenti*; reliquæ vero duæ de consuetudine. Sic D. Thomas in 4. dist. 23. quæst. 2. artic. 3. Suarez disputat. 40. sect. 2. numer. 8. Villalobos

loco citat. numer. 8. Trullench de Sacram. lib. cap. vnic. dub. 2. numer. 6. & alij. Et est fundamentalis ratio; nam hoc Sacramentum institutum est ad tollendas sordes, & reliquias peccatorum; ergo ibi adhibendum est vbi est radix peccati; at qui in quinque sensibus sunt radices omnium peccatorum; ergo solæ quinque hæc vñctiones sunt de essentia. Et ita Florentinum dum loquitur de vñctione pedum, & renum, non loquitur de illis tamquam de re essentiali ad valorem Sacramenti, sed quia erant in consuetudine, vt aiunt Filiucius, & Bonacin. apud Trullench loc. cit.

5 Quando geminatus est sensus, v. g. oculus, auris, manus, non est de necessitate Sacramenti, vt singulæ vñctiones fiant in utroque oculo, vtraque aure, &c. nam in vna parte, v. g. oculo vno sufficienter significatur vñctio talis sensus: est tamen de consuetudine vngere in vtraque parte, v. g. in oculis auribus, manibus. Quod omnittendum non est, secluso periculo mortis citius imminentis; quo stante, sufficit vnica vñctio in quouis organo, vt aiunt Suarez loc. citat. numer. 5. & Trullench numer. 7. & Doctores communiter.

6 Si aliquis careat membro aliquo corporis, verbi gratia, si cæcus sit, aut non habeat manus, vngenda est pars ma-

gis propinqua, vt aiunt DD. communiter cum D. Thoma in 4. dist. 23. art. 3.

5 Ex dictis constat, quod in necessitate nequeat vngi vna sola pars (adhuc tempore pestis) & applicari forma, sicut dixit Syluius in 3. part. quæst. 32. art. 7. apud Dianam 3. part. tract. 4. de Sacrament. resolut. 168. & asserunt esse probabile Layman in Theologia moral. lib. 5. tract. 8. cap. 3. Coninch de Sacram. disp. 19. dub. 3. numer. 9. & 12. eo quod vnctiones in quinque organis sensuum sunt de essentia Sacramenti huius.

7 In tali casu, ait Diana sic: *Sed ego in tali casu velocissime sine signo Crucis, seu forma, unge rem vnum oculum, vnam aurem, &c.* Proferendo formam sic: *Per istas Sanctas Vnctiones, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, auditum odoratum, gustum, & tactum.* Quod & mihi arridet, sicuti & placet, quod ait ipse Diana resolut. 167. tempore pestis posse Sacerdotem inungere infirmum non digito, sed virga oblonga, vt eius fugiat contactum. Quod etiam sentiunt Chapeauilla de Sacrament. Extremæ vnctionis quæst. 34. & Syluius in 3. part. quæst. 32. artic. 3. Quam virgam, si sit aurea, vel argentea, peracta vnctione Sacerdos purgabit; aut in similem vsum reseruabit; si verò sit lignea com-

burēda est, propter reuerentiam Sacramenti; vt ait ipse Syluius loc. cit.

8 Forma huius Sacramenti est hæc: *Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, &c.* Vt constat ex Concilijs Florentino, & Tridentino, & traditione Ecclesiæ, & communi sensu DD. Necessitate Sacramenti debet proferri forma modo de precatiuo ex illo Iacobi, *orēt super eum* verba autem illa: *Et suam piissimam misericordiam* (quia sine illis stat sensus perfectus formæ) non sunt de necessitate Sacramenti. Nec expressio Trinitatis est necessaria adhuc necessitate præcepti, nisi id obtinisset consuetudo, vt ait Caspensis 2. tom. tract. 7. disp. 4. sect. 1.

9 Et si contra sufficientiam formæ arguas sic; per formam non sufficienter exprimitur effectus huius Sacramenti, scilicet delere peccata; & illorum auferre reliquias; nam etiã sunt peccata cordis, v. g. superbia, quæ non committitur per aliquem ex quinque sensibus. Item, si aliquis fuisset cæcus à natiuitate, qui per visum nequirit delinquere, & ideo superfluum est dicere: *Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum.* Respondetur, primam radicem omnium peccatorum esse cogitationem, nihilque ad cogitationem

nem venire, quod non transferit per vnum ex quinque sensibus iuxta illud Philophi: *Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu*; & ideo sub peccatis quinque sensuum reliqua peccata intelliguntur; quia omnia illa trahunt originem ex speciebus, quæ percipiuntur per quinque sensus. Ad id, quod opponitur de cæco, qui per visum nequit peccare dico; formam huius Sacramentis esse conditionatam, scilicet: *Si peccasti*, vt ait Villalobos n. 9.

10. Potest hoc Sacramentum iterari in diuersis infirmitatibus; vt constat ex Florentino, & Tridentino sess. 14. capit. 3. de Extrema unctione. ex vsu, & traditione Ecclesiæ. Est etiam reiterabile in eadem infirmitate quando minuitur status infirmitatis, ita, vt iudicio hominum prudentum, & Medicorum infirmus euaserit periculum mortis, in quo Extrema unctionem accepit, & durante eadē infirmitate redit ad illud; quia in tali casu potest, & debet iterum illi administrari Extrema unctione; vt aiunt DD communiter.

INTERROG. II.

Quis sit effectus huius Sacramenti?

11. Resp. Hoc Sacramentum confert gratiam digne illud sus-

cipientibus. Quod est de fide; nam hoc est commune omnibus Sacramentis, vt iam dictum est. Et gratia collata ab Extrema unctione, est gratia habitualis, seu iustificans, prout sanans animam à reliquijs peccatorum, & tollens inbecillitatem potentiarum ad bonum, & inclinationes ad malum, confortans spem, & animæ potentias in illo statu ad oppugnandum dæmonem. DD. cōmuniter ex Trident. sess. 14. de Extrema unctione cap. 2.

12. Per reliquias peccatorum intelliguntur 1. Peccata mortalia, vel venialia, non absolute sumpta; quia sic pertinent ad Pœnitentiam; sed quæ inter dum reliquantur post alia Sacramenta, vel quæ fiunt post illa, & non aduertuntur; & ideo nequeunt per confessionem manifestari; vel quia non sunt remissa per præcedentia Sacramenta male suscepta; sed hoc ignorat infirmus. Quæ omnia colliguntur, tum ex verbis Iacobi: *Si in peccatis fueri remittentur ei*; tum etiam ex Florentino dicente: *effectum esse animi sanctificationem*, tum ex Tridentino sess. 14. cap. 2. dicente: *si quæ delicta adhuc sunt expianda absterget*, tum ex forma ipsa huius Sacramenti, *quidquid peccasti*, &c. 2. Intelliguntur per reliquias peccatorum, debilitas corporis, & ægrotudo animi in infirmitate, seu tædium, & mœror animæ.

ex peccato. Contra has ergo reliquias peccati confert Extremaunctio suum effectum; contra desperationem, fiduciam de diuina misericordia. Dat vim contra tentationes demonis tunc fortius tentantis, vt ait Tridentinum sess. 14. Contra morbi incommoda impartitur patientiam, & toletantiam omnium malorum, vt colligitur ex Tridentino loco cit. capit. 2. & ex Iacobi 5. *Saluabit infirmum, & alleuiabit eum.* Vnde etiam constat, causare etiam salutem corporalem interdum, si expedierit animæ saluti, vt ait Tridentinum cap. 2.

13. Confert etiam remissionem temporalis poenæ pro peccatis dimissis iam quoad culpam debitam; nam hoc Sacramentum institutum est secundario ad preparandas animas ad introitum gloriæ, & poena hæc introitum impedit, vt cum Suarez disput. 41. sect. 1. asserit Villalobos diffic. 2. numer. 3. Trullench dub. 5. n. 3. Sed non omnem poenam remittit temporalem; alias quilibet infirmus vnctus hoc oleo sancto statim euolaret in cælum. Quam autem, & in quo gradu remittat, Deus scit, vt ait Villalobos loc. cit.

14. Quo autem tempore hoc Sacramentum confert prædictos effectus? Resp. Etsi non sit improbabile, dari effectum partialem in singulis vnctionibus, vt existimant Adrianus, Medina, & Ledesma,

apud Suarez disp. 41. sect. 2. n. 23. Probabilius est, dari huiusmodi effectus, quando perficitur quinta vltima, & essentialis vnctio quinque sensuum (nam reliquæ essentielles non sunt) scilicet in pedibus, & renibus, & iusta de causa possent omitti, & omittuntur vbi est consuetudo (maximè in mulieribus, propter honestatē) nam in quinta vnctione Sacramentum completur, & perficitur; & Sacramenta gratiam conferunt in eo instati, quo sunt perfecta, & completa est eorum significatio; ergo &c. D. Thom. in 4. dist. 23. q. 2. art. 2. q. 1. ad 3. Sot. q. 1. art. 1. Enriquez Suarez Villalob. Trullench, & DD. communiter.

15. Et si arguas, in Sacramento Eucharistiæ, verba consecrationis panis habent suum effectum ante verba consecrationis vini. Et in Sacramento Ordinis (etiam si sit vnum) quilibet ordo dat gratiam; ergo in Extrema vnctione, quæ habet vnctio habet suum effectum partialem independentem ab alia vnctione. Responderetur, esse disparem rationem in Eucharistia, & Ordine; nam in Eucharistia vtraque forma est perfecta ex se, & independens ab alia, & idè vnæque operatur suum effectum, & in Ordine datur speciale munus singulis Ordinibus, quod sine alijs potest exerceri; at effectus Extrema vnctionis ita est connexus, vt nequeat da-

dari per partes; nam remissio peccatorum mortalium (si quæ essent) debet dari tota simul; alias vnum mortale remitteretur sine alio, quod dici nõ potest.

INTERROG. III.

Quibus personis est hoc Sacramentum ministrandum?

16 Resp. Solus homo viuus est capax recipiendi Sacramentum hoc; nam mortui non sunt capaces alicuius Sacramenti. Et si esset dubium an infirmus fuisset iam mortuus, vel non, est illi administrandum sub conditione, dicendo: *Si non est mortuus*, 2. Infantibus, & perpetuo à mentibus hoc Sacramentum non est conferendum. Doctores communiter, 3. Si amentis aliquando fuit compos rationis, & potuit actualiter peccare, capax est huius Sacramenti. Quare poterit illi, & phræneticis administrari; modo tamen illud petierint ante amentiam, vel phrænesim, formaliter, vel virtualiter; etiam si tempore amentiae, vel phrænesis contradicant, dummodo absit periculum irreuerentiæ; modo ante amentiam, fuisse in peccato notorio, non constet, & antea nullum signum dedisse doloris; nam sic est in dispositus, consequenterque indignus: at si non constet, præsumendus est dignus, vt ait Nauarrus capit. 12. numer. 13. & DD.

communiter. Si autem notorius peccator ante phrænesim dedit signa doloris, iam capax est Sacramenti huius; quia iam est dispositus. Censentur autem virtualiter, & interpretatiue petere omnes, qui Christiane vixerint, vel qui dederunt signa contritionis, vel qui semel habuerunt intentionem recipiendi hoc Sacramentum illaque non retractarunt. Doctores communiter. Pucro habenti sufficientem vsum rationis ad peccandum mortaliter dāda est Extremavunctio, licet nondum suscipiat Eucharistiā. DD. communiter.

17 Subiectum suscipiens hoc Sacramentum debet esse infirmus corpore, seu corporali infirmitate, vt habent DD. communiter, ex verbis Iacobi. 5. *Infirmatur quis in vobis*. Et consequenter Sacramentum erit invalidum, si sano in corpore administraretur. Et ita non datur suspendēdo, *al q̄ han de abortar*, vel damnato ad mortem, vel nauigaturo, vel pugnaturo in bello licet sint hi in periculo, seu articulo mortis. DD. communiter.

18 Nec omnibus infirmis cōferenda est Extremavunctio, sed tantum extreme laborantibus, seu existentibus in eo statu infirmitatis, vt morale periculum sit mortis; vt patet ex Concilio Florentino dicente: *Hoc Sacramentū, nisi infirmo de cuius morte rimetur, dari non debet*. Et ita peccat mor-

taliter Sacerdos, qui hoc Sacramentum administraret infirmo existenti extra morale periculum mortis; quia faceret contra præceptum Ecclesiæ, & exponeret se periculo inualide ministrandi; cum sit probabilior opinio, quæ asserit ad validitatem huius Sacramenti necessarium esse periculum morale mortis, quam ea, quæ dicit ad dictam validitatem, seu valorem dicti Sacramenti sufficere, quod homo suscipiens sit infirmus præcisè.

19 Non tamen expectandum est extremum vitæ periculum, aut tempus, quo infirmus sensu prorsus careat, aut, quo omnino sit desperata eius salus, ad administrandum hoc Sacramentum. Quod administrandum est, si fieri potest, quando habet infirmus usum rationis, ut se magis disponat ad recipiendum fructum huius Sacramenti, & sit capax a lacritatis, quæ conferri solet in hoc Sacramento, ut dicunt Sotus in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. Enriquez lib. 3. cap. 11. num. 3. Coninch disp. 19. dub. 9. numer. 24. Possuinus, Bonacina, Trullench, & alij apud Dian. 3. p. tract. 4. ref. 17.

20 Ex dictis sequitur, esse capaces Extremæ unctionis, vulneratos læthaliter, aut qui potauerunt venenum; aut qui peste percussi sunt, aut morfi à vipera, aut morfu rabido laborantes; habet enim intra se causam proximam mortis, & sunt infirmi,

ut aiunt Suarez disp. 42. sect. 2. Filiucius, Bonacina, Trullench, & DD. communiter. Qui addit, posse administrari senibus, qui in lecto senectute conficiuntur absque alia infirmitate, quia senectus est morbus naturaliter proueniens. Mulieribus autem parturientibus, communiter danda non est, nisi vitæ discrimen fundetur in ægritudine aliqua actuali, ut quia iam cœpit dolores habere acerbissimos, ex quibus iudicio Medicorum appareat probabile periculum mortis. Filiucius, Trullench, & Bonacina, & alij.

21 Qui nunquam peccauit, actualiter capax est recipiendi hoc Sacramentum. Enriquez lib. 3. cap. 8. nu. 4. Coninch disp. 19. dub. 7. nu. 25. Filiucius tom. 1. tract. 3. cap. 5. num. 108. Villalobos, Trullench, & alij. Et est ratio; quia is qui ex privilegio nunquam peccauit, actualiter capax est effectus principalis huius Sacramenti, qui est confortatio cōtra mortem, & augmentum gratiæ.

22 Nec obstant verba Formæ: *Quidquid peccasti*. Nam intelligenda sunt conditionaliter, videlicet, *si peccasti*, ut asserunt prædicti DD. & Villalobos difficult. 4. num. 7. Qui addit (& benè) danda Extremæ unctionem moribundo recenter baptizato, qui post Baptismum, nec venialiter, nec mortaliter peccauit. Idem dicunt Zambranus de cas. tem p.

temp. mortis capit. 5. dub. 3.
 numer. 6. noſter Vega in Specu-
 lo Curatorum part. 1. capit. 17.
 num. 20. Naldus in ſam. v. Ex-
 tremavntio num. 19. Poſſeuinus,
 Enriquez, & Filiucius, apud
 Dianam reſol. 172. contra Nu-
 ñum in 3. part. quæſt. 32. art. 4.
 conc. 20. & Sancium in ſelect.
 diſp. 27. n. 18.

INTERROG. IV.

*An ſit præceptum recipiendi extre-
 mavntionem, & qua diſpoſi-
 tio ad illam ſuſcipiendam
 requiratur?*

23 Reſp. Suſcipiendi Ex-
 tramavntionem nullum eſt præ-
 ceptum. Et ita ſi omitteretur,
 nullum eſſet peccatum, niſi eſſet
 ſcandalum, niſi eſſet ſcandalum,
 aut contemtus. Sic D. Thomas
 in 4. diſt. 13. & DD. communiter
 ex eo, quod verba D. Iacobi non
 ſunt per modum præcepti, nec
 inuenitur alibi, vt aſſerunt DD.
 communiter.

24 Conſiderata præciſe recep-
 tione huius Sacramenti, non eſt
 neceſſarium præmittere confeſ-
 ſionem receptioni illius; nam
 ſufficit contritio, ſicuti manet
 dictum de alijs Sacramentis. Sed
 quia ſuſcipitur Extremavntio
 in exitu huius vitæ, ac non ita eſt
 neceſſaria, ſicuti eſt confeſſio;
 ideo tunc eſt neceſſaria confeſ-
 ſio, dum ſit conſcientia peccati
 mortalis;

25 Nec neceſſarium eſt, re-
 cipere communionem ante Ex-
 tremavntionem; quia de hoc
 nullum præceptum extat, quam-
 vis ita ordinariò fiat. Et poſſet
 eſſe caſus, in quo prius liceret da-
 re Extremavntionem; vt ſi eſſet
 vitæ periculum, nec ita poſſet fa-
 cilè afferri Euchariftia, vt ait Vi-
 llalobos diſſic. 5. n. 3.

26 Hoc Sacramentum Ex-
 tremavntionis nequit miniſtra-
 ri tempore interditi; quia non
 eſt de neceſſitate ſalutis. Sed ſi
 aliud Sacramentum ſuſcipi nõ poſ-
 ſet, probabile eſt, licere illud ſuſ-
 cipere; quia tunc videtur habere
 vicem confeſſionis, & facere de
 attrito contritum; etiam ſi
 infirmus non habeat Bullam
 Cruciatæ. Sic Zambranus de ca-
 ſibus tempore mortis cap. 5. &
 multas ibi rationes adducit, &
 citat Enriquez lib. 3. cap. 10. &
 multos viros doctos a ſe conſul-
 tos circa hoc. Vide Dianam
 tract. 4. de Sacram. 3. part. reſol.
 171.

INTERROG. V.

*Quis ſit miniſter huius Sacra-
 menti?*

27 Reſp. Solus Sacerdos mi-
 niſter eſt huius Sacramenti. Eſt
 deſide ex verbis Iacobi: *Inducat
 Presbyteros Eccleſie.* Quæ verba
 intelligenda ſunt de Sacerdoti-
 bus, vt deſinit Concilium Flo-
 rentinum in Decreto Eugenij

I V. & Tridentinum sess. 14. cap. 3. Sicque semper intellexit Ecclesia. Quia propter, quibus Sacerdos (etiam alienus) qui administraverit Extremam unctionem, faciet Sacramentum; quia hic non requiritur iurisdictio; cum hoc Sacramentum non sit per modum iudicij, sed medicinae. DD. communiter.

28 Simplex Sacerdos, vel alius, qui absque Parochi licentia administrat hoc Sacramentum, peccat mortaliter, quia usurpat officium alienum. Et si talis Sacerdos esset Religiosus, & id facere præsumeret temeritate, & audacia, maneret excommunicatus per Clementinam *Dudum, de sepult.* Secus autem, si bona fieret fide, putans, id raturum, habiturum Parochum. Et advertunt Sorus, Sylvester, & Suarez, non semper necessariam esse licentiam Parochi expressam; sed sufficere virtuales, & interpretatiam.

29 Si infirmus moriatur, & Parochus nec haberi, nec vocari possit facile, potest quibus Sacerdos, sine licentia illius hoc Sacramentum ministrare, ut succurrat infirmo morienti; ne absque hoc Sacramento discedat; & hoc, quamvis intelligat, quod Parochus displicebit; quia tunc Sacerdos administrans Extremam unctionem absque Parochi licentia non usurpat officium Parochi, sed succurrit infirmo, & illius

innocentiam defendit: & est certum, quod Ecclesia non vult priuare infirmum adeo vili remedio, & fauere malitiae Parochi. Et etiam potest dici, quod in hoc casu administratur Extremam unctionem, ex præsumpta licentia Episcopi, vel Papæ, ut aiunt Villalobos difficult. 6. numer. 3. Trullench dub. 3. n. 4. & alij.

30 Hoc Sacramentum ab vno ministro confertur, qui sufficiens est ad id, & consuetudine ex usu, & praxi Ecclesiae. Et quando Iacobus 5. dicit: *Indu- dat Presbyteros Ecclesiae*, hic, vel sumitur plurale pro singulari, ut sumitur multoties in Sacra Scriptura, vel vocantur, non, ut omnes vngant, sed ad comitandum, & orandum pro infirmo, ut ait Trullench. Quibus cum Bonacina, Suarez, & Filiucio addit, ita vnum ministrum esse sufficientem, ut si alter (sublata necessitate) adhibeatur, sit peccatum mortale; eo, quod sic facere esset contrarium, & praxim Ecclesiae irregulari.

31 Hoc Sacramentum multi ministri possunt valide ministrare; habet enim diuersas unctiones, & diuersas formas, sicuti potest in Missa contingere, quando Sacerdos consecrata vna specie moreretur, alter potest alteram consecrare. Et ita debet fieri in Extremam unctionem, in qua si Sacerdos mor-

riatur factis duabus, vel tribus vñctionibus, alter Sacerdos debet reliquas perficere, ad complementum Sacramenti, & vt infirmus illius effectum suscipiat, vt ait D. Thomas in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. & cum eo Sotus quæst. 1. artic. 1. Syluester, Suarez, disput. 43. sect. 2. numer. 5. & alij. Vnde est, quod si plures Sacerdotes conficiant simul hoc Sacramentum, & vnus vngat oculos, alter nares, &c. applicantes formas partiales, tenet, & est validum, vt est commune apud Doctores. Et addit Ledesma in sum. 1. part. tract. de Extravñction. capit. 5. Quod ita debet ministrari, in casu, quo valde vrgeret periculum, nec (præ temporis angustia) vnus solus minister omnes posset vñctiones perficere. Sic etiam Trullench numer. 6. citans Henriquez, lib. 3. capit. 13. & alios apud Bonacinam tom 1. disputat. 7. quæst. vnic. punct. 4. numer. 7. Quod est intelligendum ita, vt qui formam profert, etiam vngat, & vnus vngat independententer ab alio.

32 Parochus est, qui habet præcipuam obligationem ministrandi hoc Sacramentum; nam illi competit ex officio: & ita si neget hoc Sacramentum infirmo, vel differat notabiliter cum periculo infirmi peccat mortaliter. Doctores communiter, Et deficiente Parocho,

teneretur Episcopus illud administrare, vel per se, vel per alium. Et tenentur omnes Sacerdotes ex charitate administrare hoc Sacramentum, in casu necessitatis, quando infirmus est in vltimo vitæ, & abest proprius Parochus, qui administret, vt asserunt Nauarrus capit. 24. numer. 138. Victoria in summa numer. 145. Doctores communiter.

33 Quamuis Parochus tempore pestis teneatur, etiam cum vitæ periculo administrare Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ; non tenetur Extravñctionem administrare, statæ vitæ periculo; eo, quod hoc Sacramentum nõ est de præcepto, nec necessarium ad animæ salutem, licet sit vtile. Si autem potest illud absque periculo vitæ administrare, ministrare tenetur. DD. communiter. Quæ doctrina sic est intelligenda, quando infirmus iam sit confessus, & susceperit Sacram Eucharistiæ; nam si infirmus nullum Sacramentum suscepit, nec potest suscipere; quia est sensibus destitutus, debet Parochus etiam cum periculo vitæ conferre Extravñctionem; ne infirmus damnetur, fortassis enim habebit attritionem, & cum Sacramento fiet de attrito contritus. De quo iam dixi sect. de excommunicat. Interrog.

Seruatoribus, ac domesticis intra conuentum degentibus possunt

Religiosi administrare Extrema
unctionem, sicuti, & illis possunt
administrare Eucharistiam pro
Viatico, & pro implendo annuo
communione præcepto, & Pœ-
nitentiæ Sacramentum, & eos

suis in domibus sepelire, vt asse-
runt Portel v. *administratio Sa-*
crament. num. 9. Villalobos, &
DD. communiter, ex priuilegijs
ad id illis concessis.

SECTIO OCTAVA.

DE SACRAMENTO

Ordinis.

DE Sacramento Ordinis agunt DD cum Magistro in 4. dist. 24.
& 25. D. Thomas, Scotus, D. Bonaventura, Sotus, Castro, &
Summistæ v. ordo, Vualdensis tom. 2. de Sacram. cap. 116. Sua-
rez, Vazquez, Nufus, Coninch, Toletus, Hurtado, Thrullenb,
& alij multi.

INTERROG. I.

*Quid sit ordo, & an sit Sacramen-
tum nouæ legis?*

1 Resp. Magister sententia-
rum in 4. dist. 24. sic definit Sa-
cramentum Ordinis: *Ordo est signa-
culum quoddam, in quo, & per
quod spiritualis potestas traditur
ordinato, seu officium.* Quæ defi-
nitio communiter est recepta à
DD.

2 Est Ordo vnum ex septem
Sacramentis nouæ legis à Chri-
sto Domino institutum. Quod
est de fide, in Florentino in De-
creto Eugenij IV. & in Triden-

tino sect. 7. de Sacram. in gener.
can. 1. & sess. 13. can. 1. & 3. & est
perpetua Ecclesiæ traditio, &
consensus Catholicorum.

3 Hoc Sacramentum Ordi-
nis institutum est à Christo Do-
mino in nocte Cœnæ, & perfe-
ctum est post resurrectionem;
nam hoc Sacramentum quoad
potestatem consecrandi institu-
tum est in nocte Cœnæ illis ver-
bis: *Hoc facite in meam commemo-
rationem*, vt ait Tridentinum
sect. 22. can. 2. per hæc verba:
*Si quis dixerit, illis verbis: Hoc fa-
cita in meam commemorationem
(quæ scilicet in Cœna prolata sunt)
Christum non instituisse. Apostolos*

Sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, alijque Sacerdotes offerrent Corpus, & Sanguinem suum; anathema sit. Quoad potestatem verò remittendi peccata institutum est post resurrectionem, illis verbis Ioannis 20. *Accipite Spiritum Sct. Etum, quorum remisistis peccata remittuntur eis, &c.* Quantum ad reliquos Ordines, dicunt DD. communiter, institutos etiam fuisse in nocte Coenæ, & dicunt Anaclerus Papa, & D. Ambrosius, vt ait Villalob. tom. I. tract. II. diffic. I.

4 Omnes Ordines vnum solum constituunt Sacramentum. Quod est definitum in Tridentino sess. 7. can. 1. & sess. 13. cap. 3. omnes enim ordinantur ad vnum ministerium constituendum.

INTERROG. II.

Quot sint Ecclesie Ordines?

5 Resp. Sunt septem. *Ostiaris, Lector, Exorcista, Acolitus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter* vt colligitur ex Florentino in Decreto Eugenij IV. & asserit expressè Tridentinũ, & constat, ex communi consensu Ecclesie. Quatuor primi Ordines dicuntur minores, & non dicuntur sacri; quia non habent actum circa materiam sacram, qualis est Calix, Patena, & Eucharistia. Infimus est Ostiarius, cui incumbit, pulsare campanam ad conuo-

candum populum, mittere que ex Ecclesia indignos; vt sunt infideles, ne sacris rebus irideant. Secundus est Lector, cui conuenit legere profetias; & si absit Subdiaconus, ex officio illi competit legere Epistolam, absque dalmatica. Tertius est Exorcista, ad quem spectat expellere dæmones, ipsos exorcizando. Quartus est Acolitus, cui conuenit, pro ministerio altaris parare lucas, & capsulam hostiarũ, & vrceolos cum vino, & aqua, & reliqua necessaria ad sacrosanctum Missæ sacrificium: & quamuis hæc omnia possint facere non ordinati; sed illis non conuenit de officio; & Tridentinũ sess. 23. cap. 17. precipit, quod nõ fiant hæc ministeria, nisi ab ordinatis; quamuis hoc non obliget ad mortale, vt constat ex cõsuetudine.

6 Ordinibus maioribus est annexum votum castitatis ex institutione Ecclesie. cap. *nul- lum, cap. decernim, & cap. de ijs adiunt & gloss. ex & alijs iuribus.*

7 Primus Ordo ex maioribus est Subdiaconatus. Subdiacono conuenit dicere solemner Epistolam, præbere Diacono Calicem purificatũ, & in illum aquam immittere. Secundus est Diaconatus. Diacono competit ex officio legere solemner Euangelium, & potest prædicare delicta Episcopi; & antiquitus, quando da-

hatur communiō sub vtraque specie. cōpetebat illi porrigere sanguinem. Et in casu vrgentis necessitatis, ex commissione Episcopi, aut Parochi potest ad ministrare Eucharistiam, vt asserunt DD. communiter. Presbytero conuenit celebrare Missam, & consequenter absoluerē, & ligare in Sacramento Pœnitentiæ; nam sic absoluendo preparat Corpus mysticum (fideles scilicet) ad suscipiendum Corpus Christi.

7 Episcopatus non est Ordo distinctus a Sacerdotio. Sic D. Thomas in addit. q. 4. art. 5. Enriquez cum alijs libr. 10. cap. 2. Filiucius tract. 9. cap. 1. Bonac. disput. 8. q. vnic. dub. 1. n. 6. & alij, contra Coninch. dis. 20. dub. 2. n. 2. Medinam, Vazquez, Valentiam, & alios, apud eundem Bonacinam loc. cit. Quod constat, ex eo quod alias essent octo Ordines. Quod videtur contra communem sententiā, admittentem tantum septem Ordines. Item, quia Sacerdos habet eandem potestatem circa Sacrificium Missæ, quam habet Episcopus; quamuis per Episcopatum conferatur peculiaris potestas, & character Sacerdotalis quodam modo extendatur ad creandoS Sacerdotes, vt ait Bonacina citatus.

8 Vnde est, Episcopatum non posse valide conferri non Sacerdoti, vel infanti, nam Episcopatus non est Ordo distinctus

ab Ordine Sacerdotali, sed illum extendit, & supponit Syluester, v. *ordo art.* 1. Vazquez disp. 240. capit. 5. n. 41. Enriquez libro 10. capit. 14. & DD. communiter.

9 Fit etiam, Archiepiscopatum, & Papatum non esse proprie Ordines, vt ait Sotus in dist. 24. q. 2. art. 4. concl. 2. & quando Papa eligitur non denuo consecratur, nam esse Papam, est esse supremum Episcopum, vt ait Sotus vbi sup. & in Bullis se Episcopum nominat. Et addit Sotus, Cardinales non habere Ordinem iure diuino institutum distinctum a Sacerdotio & Episcopatu; sed quod hæc dignitas introducta sit iure Pontificio.

10 Infertur etiam, prima tonsuram non esse Ordinem; alias essent octo ordines; & quia in illa non datur aliqua potestas specialis ad conficiendam Eucharistiam; quamuis per ipsam homo fiat capax iurisdictionis Ecclesiasticæ, & Beneficiorū. Quæ est præambulum, & dispositio ad Ordines, sicuti nouitiatus ad Religionem, vt asserunt DD. communiter.

Et ita non est Ordo, nisi lato modo, vt ex iure ostendit Bonac.

citatus.

(S)

INTERROG. III.

*An omnes dicti Ordines sint Sa-
cramentalia?*

11 Resp. Omnes septem Or-
dines sunt Sacramentum nouae
legis. Hoc est probabilius, tum
quia colligitur ex Concilio
Florentino, & ex Tridentino
sess. 23. capit. 1. & can. 3. tum
quia sic docent D. Thomas in
addit. q. 37 art. 3. Scotus, Ricar-
dus, D. Bonaventura, vterque Le-
desma, & D. D. communiter,
contra Durandum, qui in 4.
dist. 24. asserit, solum Sacerdo-
tium esse Ordinem, & Nauar-
rum, qui in Manuali capit. 22.
num. 8. asserit, tres Ordines ma-
iores esse Sacramenta, minores
vero solum esse Sacramentalia.
Et idem asserit Sotus in 4. dist.
24. quaest. 1. art. 4. Et idem te-
net Vazq. disp. 237.

12 Sed probabilitati senten-
tiae, quae asserit, omnes septem
ordines esse Sacramenta, fauent
maxime verba Tridentini can.
2. vbi sic ait: *Si quis dixerit pre-
ter Sacerdotium non esse in Eccle-
sia Catholica alios Ordines, per
quos vult per gradus quosdam
in Sacerdotium tendant,*
anathema sit.

(S.)

INTERROG. IV.

*Qua sit materia Sacramenti
Ordinis?*

13 Concilium Florentinum
in decreto Eugenij IV. sic ait:
*Secretum Sacramentum est ordo, cuius
materia est illud, per cuius tra-
ditionem confertur Ordo, sicuti Pres-
byteratus traditur per Calicis cum
vino, & Patena cum pane porrea-
tionem. Diaconatus per libri E-
uangeliorum dationem. Subdiaco-
natus per Calicis vacui cum Pa-
tena vacua traditionem, & simi-
liter de alijs per verum ad mini-
stria sua pertinentium assignatio-
nem.*

14 Et ita, si in ordinatione
Sacerdotis deficeret vinum in
Calice, aut panis in Patena, aut
Hostia non esset triticea; non
maneret ordinatus, ob defectum
materiae sufficiens, vt asserunt D. D.
communiter. Sed quia Enriquez
lib. 20. cum alijs tenet contrarium
in facti contingentia (sicuti ait
Villalobos contigisse semel, &
iterum suo tempore) si ob incu-
riam defecerit vinum in Calice,
aut panis in Patena, iterandum
est Sacramentum sub conditione,
sicuti factum fuit duobus in cali-
bus ex consilio Doctor. Salman-
ticensium, vt ait Villalobos dif-
fic. 4.

15 Sed an sit necessarium in susce-
ptione Sacramenti Ordinis agere
res, quae sunt materia illi? Affirmat

DD.

DD. communiter contra Sorum dist. 24. q. 1. art. 4. quia hoc Sacramentum confertur tradendo potestatem illi, qui ordinatur, & non est traditio si desit acceptatio, quæ fit per tactum, seu contactum. Qui contactus physicus esse debet ad valorem Sacramenti, vt sonant verba Episcopi *accipe*. Sed non ita scrupulose intelligendū est, vt in ordinatione Sacerdotis sit necessarium, tangere panem, sicuti, nec necessum est tangere vinum; sed sufficit, solum tangere Calicem, & Patenam. Et Syluester, Sotus, & Ledesma, apud Villalobos dist. diffic. 4. num. 3. inquit, sufficere, tangere solum Calicem, quamuis non tangatur Patena, quia hæc est super Calicem, & sufficit tangere partem materie, vt sit traditio, & acceptatio. Quod non displicet Villalobos loc. cit.

16 Est igitur materia Presbyteratus Calix cum vino, & Patena cum Hostia. Diaconi materia est liber Euangeliorum. Subdiaconi Calix vacuus cum Patena. Quem Calicem, debere esse consecratum, aiunt Syluester v. ord. natio num. 2. & alij. Sed id necessarium, non esse ad valorem Sacramenti, tenent Sotus, Ledesma, Sa, & Enriquez apud Bonacinam punct. 3. nu. 4. Acolyti materia sunt vreceoli. Nec est necesse tangere vtrumque, sed sufficit vnum tangere, vt asserunt DD. communiter. Item et ma-

teria Acolythi candelabrum est cereo. Et ita dicunt aliqui, duas esse partes huius Ordinis, duosque partiales characteres, vnum impressum in traditione vreceolorum, alterum in traditione candelabri cum cereo, vt ait Enriquez cap. 9. §. 1. cum alijs. Materia exorcistæ est liber exorcismorum de manu Episcopi. Materia lectoris est liber prophetiarum. Materia Ostiarij sunt clauæ Ecclesiæ.

In his omnibus resque traditur est materia remota; traditio vero ab Episcopo est materia proxima, quæ est applicatio ipsius materie remotæ, vt asserunt DD. communiter.

INTERROG. V!

Quid sit forma huius Sacramenti?

17 Resp. Forma Sacerdotij est: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viujs, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Circa quod est aduertendum, quod quamuis in Sacerdotio datur altera forma, quæ est, quando imponuntur manus super caput ordinati ab Episcopo, & dicitur: *Accipe Spiritum Sanctum quem remiseritis peccati, remittentur eis, &c.* In hac forma non datur noua potestas, sed solum declaratur illa, quæ antea data fuerat; & ita ante illam est iam est ordinatus

acerdos, vt dicunt Sotus in 4. ffint. 24. quæst. 1. artic. 4. Bar-
 tholomæus de Ledesma diffi-
 4. Villalobos diffi. 5. numer. 1.
 & alij; eo quod Florentinum
 non meminit huius formæ se-
 cundæ, quæ si essentialis esset, &
 necessaria; nullomodo omitte-
 ret illam Florentinum. Vnde
 bene dixit Bonacina, de Sacra-
 ment. Ordinis, disput. 8. quæst.
 vnic. punct. 1. numer. 3. *Hic non
 reperiri duos Ordines, quando Sa-
 cerdos accipit potestatem conficien-
 di Corpus Christi, & potestatem
 absoluendi à peccatis, sed priorem
 extendi, & perfici.* Sed proba-
 bilis est contraria sententia,
 quæ asserit, in porrectione Ca-
 licis cum Patena solum confer-
 ri Sacerdotibus potestatem con-
 secrandi, addi verò postea aliū
 ritum, scilicet impositionem
 manuum super capita ordina-
 torum, & ibi imprimi notiam
 partem characteris; & conferri
 potestatem absoluendi à pecca-
 tis, vt declarant verba, quæ tunc
 profert Episcopus: *Accipe Spiri-
 tum Sanctum, &c.* Quam senten-
 tiam tenent Paludanus dist. 25.
 q. 1. S. Bonaventura dist. 24. art.
 1. q. 4. Petrus, Soto lect. 5. de Or-
 dine, Vazq. in suo tract. de Sa-
 crament. Ordin. Armilla v. or-
 do, Granada tom. 5. controu.
 9. tract. 1. disput. 3. numer. 16. &
 alij.

18. Forma Diaconi est, quan-
 do datur illi liber Euangeliorū
 his verbis: *Accipe potestatem le-*

geni Euangelium, &c.

19. Circa Subdiaconatum
 aduertitur, non esse formam il-
 lius quando illi traditur liber
 Epistolarum, sed quando illi tra-
 ditur Calix vacuus cum Patena
 vacua illis verbis: *Videte cu-
 ias ministerium vobis traditur.*

20. Acholyto tribuitur Or-
 do, quando illi tribuitur cero-
 ferarium illis verbis: *Accipe ce-
 roferarium cum cero, &c.* Et etiā
 quando illi traduntur vrecoli
 illis verbis: *Accipe vrecolum, &c.*
 Et dicunt aliqui, in primis solis
 verbis stare, & consistere formam
 Acholyti. Alij dicunt in vris-
 que consistere.

21. Forma Exorcistæ sunt
 hæc verba: *Accipite, & com-
 munate memoria, & habete pote-
 statem imponendi manus super ener-
 gum nos, &c.*

22. Forma lectoris sunt hæc
 verba: *Accipite, & stote verbi Dei
 Relatores.*

23. Forma Ostiarij sunt hæc
 verba: *Sic agite quasi Deo red-
 dituri rationem, pro rebus,
 quæ his clauibus re-
 cludantur.*

(3.)

De effectu huius Sacramenti.

INTERROG. VI.

Quem effectum habeat Sacramentum Ordinis?

23 Resp. Sacramentum Ordinis dat gratiam, sicuti illam causant reliqua Sacramenta nouæ legis, ut manet dictum. Et id specialiter de hoc Sacramento asserit Tridentinum sess. 23. cap. 3. Et gratia, quam causat, est habitualis gratia simul cū auxilio speciali ad recte exercēdos Ordines; & non solum dant gratiā Ordines maiores, seu sacri; sed etiā minores, quæ etiam sunt Sacramenta, ut manet dictum; ergo, &c.

24 De Episcopatu dicendū est, quod cum in opinione, quam sequor, non sit, (prout distinctus a Sacerdotio) verus Ordo, nec Sacramētū est, nec dat gratiam, nec illam auget: & ita, quando quis consecratur Episcopus, extenditur character, & potestas, sed non confertur noua gratia, ut asserunt DD. nostre opinionis.

25 In Sacramento Ordinis imprimitur character. Quod est de fide, ut iam est dictum, & definiunt Florentinum, & Tridentinum sess. 23. cap. 4. Et illum imprimunt omnes septem Ordines, ut asserunt DD. communiter:

cum D. Thoma in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. & fauet Florentinum in decreto Eugenij IV. dicens: per ordinem imprimi characterem; sine exclusione alicuius Ordinis;

INTERROG. VII.

An sit necessarium, quod, qui suscipit Sacramentum Ordinis, aliud prius suscepit Sacramentum?

26 Resp. Necessarium est ad valorem Sacramenti Ordinis, esse baptizatū, seu prius Baptismū suscepisse, qui ordinandus est; cum Baptismus sit ianua Sacramentorum omnium, ut asserunt DD. communiter. Et constat ex cap. *Si quis Presbyter*, & ex cap. *veniens*, de Presbyt. non bapt.

27 Valde conueniens est, esse confirmatum, seu suscepisse Sacramentum Confirmationis illum, qui ordinandus est; id enim præcipit Tridentinum sess. 24. cap. 4. per hæc verba: *Prima tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis nō susceperint.* Sed si quis ordinetur non confirmatus, ordinatus manebit; eo quod Confirmatio necessaria nō sit ad valorem Sacramenti Ordinis, cuius character, etsi necessariō supponat characterem Baptismi; necessariō tamen non supponit characterem Confirmationis, ad sui valorem, ut ait D. Tho. in addit. q. 53. a. 4. & DD. com.

communiter. Nec mortale esset, Ordinem suscipere absque Confirmatione suscepta prius, vt aiunt Sotus in 4. dist. 6. art. 7. Nauarrus in Man. capit. 22. numer. 9. & DD. communiter, quia verba Concilij non ita arctam inducunt obligationem, vt obligent ad mortale nec id colligitur ex natura ipsius Ordinibus.

28 Qui ordinaretur absque prima tonsura suscepta, maneret ordinatus, vt ait D. Thomas in addit. q. 53. art. 5. & cum eo Sotus dist. 24. q. 2. ar. 10. Syluester v. *ordo*, q. 1. & asserunt DD. communiter. Qui etiam communiter asserunt, hunc peccare mortaliter; ob præceptum Ecclesie, & consuetudinē. Qui ordinatur per saltum ordinatus manet, v. g. si susciperet Diaconatum priusquam Subdiaconatum recipiat, siue id faceret ex ignorantia, siue ex malitia, vt asserunt DD. communiter ex tit. *de Cleric. per saltum ordinat.* Et debet deponi, quamuis ex ignorantia sic ordinatus sit. Sed potest cum illo Episcopus dispensare, vt suscipiat Ordinem inferiorem, quem non recepit; & dum hunc non suscipit, est suspensus ab executione Ordinis Superioris, vt constat ex capit. *sicut olim.* Sed si scienter exercuit Ordinem, quem suscepit per saltum ad alterum nequit ascendere, nisi cum dispensatione Papæ, vt

ait Tridentinum sess. 23. capit. 14. *Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima casu possit dispensare.*

De Ministro huius Sacramenti.

INTERROG. VIII.

Quis sit Minister Sacramenti Ordinis

29 Resp. Solus Episcopus est minister Ordinis huius Sacramenti, cui competit ex Officio illud administrare, vt constat ex Concilio Florentino, sub Eugenio IV. & Tridentino sess. 23. capit. 6. & can. 7. & alijs. Sed ex concessione Summi Pontificis potest Sacerdos, qui non sit Episcopus conferre primam tonsuram, & maiores Ordines, vt constat ex capit. *Abbat.* Quod limitauit Tridentinum sess. 23. capit. 10. ad solos suos Subditos Religiosos. De quo videri potest Emmanuel Rodriguez to-mus 3. quæstiunc. Regul. q. 13. art. 2.

30 Nequit Summus Pontifex cōcedere Sacerdoti simplici, qui non sit Episcopus, vt conferat maiores Ordines, vt asserit Dicitur

Thomas in 4. distint. 25. quæst. 1. artic. & cum eo DD. communiter. Et colligitur ex eo quod numquam in Ecclesia Dei id fuit commissum Sacerdoti nõ Episcopo.

31 Quamuis Episcopus sit hæreticus, si aliquem ordinet, manet ordinatus; quamuis vterque peccet mortaliter, tam ordinans, quam ordinatus, & vterque sit irregularis, vt asserit Villalobos in sum. diffic. 8. tract. 9. num. 3. ex D. Augustino relato in capit. *quod quidam*, 1. quæst. 1. & ex D. Gregorio relato in capit. *quod tempo*. Quod est intelligendum de vero Episcopo, qui realiter, & vere est Episcopus electus à Summo Pontifice, & qui confert Ordines cum forma Ecclesie, & intentione debita, licet sit hæreticus; eo quod character Sacerdotalis indelebilis Episcopalis maneat in hæretico. Et constat à simili de Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, qui realiter, & verè ordinar, vt constat ex capit. 1. de ordin. ab eo qui Episcopatu renuntiavit. Et asserunt DD. communiter.

INTERROG. IX.

An Episcopus possit ordinare eos, qui sunt alterius Diocesis?

32 Resp. Certum est, quòd si de facto eos ordinet, maneat

ordinati, vt asserunt DD. communiter. Et peccaret mortaliter Episcopus ordinans subditos Diocesis alterius; est enim illi prohibitum cap. *eos* de temp. Ordin. in 6. Quod si faceret scienter à *sabiendas*, aut ignorantia affectata manet suspensus à collatione Ordinum per annum, vt constat ex eodem cap. Quod intellige, si subditus alterius Episcopi ab illo dimissus non habeat, aut sit familiaris Episcopi, vt iam dicam.

33 Et proprius Episcopus (quantum ad Ordines confectos) in iure, capit. *nullus de temp. Ordin.* dicitur Episcopus, in cuius Diocesi quis natus est, aut habet Beneficium, aut domicilium. Et ad originem, seu natiuitatem non solum requiritur quòd ordinandus, sed quòd etiam illius parentes haberent ibi domicilium quando natus est, vt asserunt Villalobos difficult. 9. numer. 3. Salcedo in practic. capit. 54. numer. 17. & alij. Episcopus domicilij dicitur, vbi habet domicilium ordinandus; nam ratione domicilij fit subditus Episcopi. Et debet habere animum ibi perpetuo habitandi, vt ex capit. *eum nullus*, iuncta glossa tenent Bonacina, Villalobos, Sanchez, & Barbosa, apud Trullench. Episcopus Beneficij, est in cuius diocesi, quis habet Beneficium, siue sit residentiale, siue

siue simplex, qui in capit. nul. l. de temporio. ordinat. in 6. absolute fit mentio Beneficij nõ distinguendo, an sit simplex, vel residentiale.

34 Quantum ad eos, qui sunt alieni Episcopatus sic ait Concilium Tridentinum, sess. 23. capit. 8. *Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinatur. Quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripto, vel priuilegij pretextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, & mores Ordinarij sui testimonio commendetur: si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.*

25 Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt dare suis Subditis dimissorias ad Ordines, secundum probabiliorem sententiam Ledesmae in sum. 1. part. de Ordine, capit. 1. post. 2. concl. Villalobos diff. c. 9. numer. 4. & aliorum. Qui etiam Abbates seu exempti Superiores possunt licentiam concedere Episcopo, vt exerceat Pontificalia in suo territorio; sunt enim ibi Ordinarij, vt asserunt DD. communiter. Capitulum Ecclesie cathedralis intra annum à die vacationis Ecclesie nequit dare dimissorias suis Subditis, nisi occa-

sione alicuius eorum aliquid Beneficio, quod susceperit, et suscipitur sit. Quod expressè præcipit Tridentinum sess. 7. capit. 10. de reformat. Est intelligendum, quod Beneficium requirat, quod illud habiturus, sit ordinatus: sed anno transacto potest dare dimissorias, dum non sit Episcopus nouus.

36 Dimissoriae ab Episcopo concessæ non expirant illius morte, vt asserunt Cardinalis, Rebusus, Sanchez, Gutierrez, & DD. communiter, & constat ex consuetudine; & quia legitimè datæ fuerunt, & est gratia facta, quæ non expirat morte illius, qui eam concessit. Et idem dicitur de dimissorijs concessis à Capitulo sede vacante, quæ non expirant, etiam si iam sit nouus Episcopus.

37 Religiosis, ad Ordines dant dimissorias Prælati Regulares, Prouinciales scilicet, & quibus à competit ex Ordinum constitutionibus, vt patet ex consuetudine. Et colligitur ex Tridentino sess. 23. capit. 10. Et asserunt Nauarrus, Rodriguez, Enriquez, Villalobos, & DD. communiter.

38 Nullus Episcopus potest conferre Ordines in Episcopatu alieno absque licentia Episcopi illius Diocesis, vt præcipit Tridentinum sess. 6. de reformat. capit. 5. Quam licentiam potest concedere Capitu-

lum sede vacante, ex declarat Cardinalium apud Farinacium ver. capit. Nec dictos Ordines conferre potest etiam in loco exempto intra limites Dioecesis, ut etiam declararunt Cardinales apud dictum Farinacium in v. potest; & ita non poterit Ordines conferre in Conventu Religiosorum, etiam pro ipsis Religiosis ordinandis. Sed si, obtenta licentia ab Episcopo Dioecesis, Ordines celebraverit poterit ordinare non solum Clericos illius Dioecesis, sed etiam aliarum afferentes dimissorias datas à suis Episcopis ex declarat Cardinal. apud Gutierrez in question. Canonic. capit. 26.

39 Quantum ad familiares Episcopi sic ait Tridentinum sess. 23. capit. 9. *Episcopus familiarem suum non Subditum Ordinare non possit, nisi per triennium fuerit secum commoratus, & Beneficium, quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat; consuetudine quacumque, etiam inmemorabili, in contrarium non obstante.* Et cum textus Concilij absolute loquatur intelligendus est, non solum de maioribus Ordinibus, sed etiam de minoribus, & declararunt Cardinales apud Farinacium v. *Episcop.* Et potest ordinare illum titulo patrimonij sufficientis, & Episcopus iudicet, sic convenire pro necessitate, aut commoditate Ecclesie. *M. no. certa, aut*

particulari Ecclesie ad scribatur, ut suo munere fungi debeat & alia declarat. Cardinal. apud Farinacium in v. *fami.* Et est altera declaratio, quae dicit, posse illum ordinare titulo pensionis pro commoditate, & necessitate suarum Ecclesiarum. Et alterae quae dicit, posse illum ordinare, quamvis famulatum inciperit in triennio, antequam fuisset Episcopus, ut ait Villalobos dicit. *diffic. 9. num. 10.* Qui circa verbum *commoratus* notat, quod familiaris debet servitium praestitisse intra domum Episcopi; nam si servitium praestitit in loco separato, aut distante, non poterit illum ordinare vi huius concessionis Concilij. Aduertit, etiam posse dicto familiari dimissorias concedere, ut ab altero ordinetur Episcopo. Sed non poterit cum illo in interstitijs dispensare, ex declarat. *Congreg. Cardinal.*

De subiecto huius Sacramenti.

INTERROG. XI

Quis possit valide Ordines suscipere?

40 Resp Solus vir baptizatus est capax recipiendi Ordinis Sacramentum, quod pro solis viris instit.

institutum est à Christo. Vnde, excluditur femina, quæ valide nequit hoc Sacramentum suscipere, vt ait D. Ambrosius relatus in cap. mul. 24. d. & Diuus Thomas in 4. dist. 14. quest. 1. artic. & tenent DD. communiter, contra Mononistas, qui existimauerunt, mulieres esse capaces Ordinis Sacerdotalis, vt refert Patroclus libr. 14. sibi Elenchi; & Castro v. *mulier* asserit, quod Lutherus voluit hunc errorem suscitare.

41. Nec obstat antiqua Ecclesie consuetudo solebant enim esse Diaconissæ, & constat ex Concilio Calcedonensi cap. 14. & habetur capit. *Diaconissam* 27. q. 1.

42. Quia hæ mulieres dicebantur Diaconissæ, & ordinatæ; eo quod speciali aliqua benedictione fortasse deputarentur ad canendum, vel recitandas homilias Euangeliorum, vt D. Thomas, & alij notauerunt; non autem, quia verum Diaconatus Ordinem reciperent. Vide quæ de his Diaconissis scribit Michael de Medina lib. 4. de Sacror. homin. continentia contro. 6. cap. 7. & 8.

43. Hermaphroditus, qui magis inclinatur in femineum sexum, aut sexum vtriusque æqualem habet, est in capax Sacramenti Ordinis, vt asserunt Syluester v. *Hermaphr.* Nauarr. conf. 47. de reg. lib. 3. Suarez de cens. disp. 41. sess. 2. num. 1. Villalob.

diffic. 10. nu. 2. Et est ratio; quia si præualeat femineus sexus non est vir; si sexus est æqualis non est propriè vir, sed imperfectè vir, & femina; ergo, &c. Si autem in illo præualeat virilis sexus, est capax recipiendi Ordines; sed licite nequit Ordinari; quia est irregularis; ob indecentiam, vt dixi, Sect. de irregular. Interrogat.

44. Paruuli nequeant ordinari, vt constat ex cap. toto tit. de ætate, & qual. ordin. & ex Tridentino sess. 23. cap. 4. & 5. Sed si de facto ordinarentur, manent ordinati, vt ait D. Thomas in 4. dist. 25. art. 1. q. 2. & est commune apud DD. vnico excepto Durando. Et constat ex cap. vnico. de Clerico, pro modo persalutum, vbi dicitur: *Puer minoribus Ordinibus ordinatus non debet iterum ordinari.* Et eadem est ratio de Ordinibus maioribus, si quidem etiam in minoribus character imprimitur, & sunt verè Sacramentum; & quia character Ordinis non requirit vltimæ rationis: sicut nec illum exigit character Baptismi, & Confirmationis. Et quod dictum est de paruulis, dicitur etiam de amenibus, qui carent vsu rationis.

INTERROG. XI.

Quæ ætas sit necessaria ad Ordines suscipiendos?

45. Resp. Iure diuino nulla est ætas determinata; sed determinata ætas prouenit à iure positivo. Et in Concilio Vientiensi. *Clem. gen. de ætate, & qualitat. Ordin. Ordinatū est, vt ad primā tonsuram, & minores Ordines esset ætas septem annorum completorum; & respectu Ordinum maiorum, ad Subdiaconatum exiguntur decem, & septem completi; & ad Diaconatum, vt ordinandus inciperet vigessimum, & ad Sacerdotium, quod attingeret vigesimum quintum.*

46. Sed Tridentinum sic loquitur *sess. 23. cap. 12. Nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum annū ætatis suæ promoueat. Et infra ait Concilium: Regulares quoque, nec in minori ætate, neque sine diligenti Episcopi examinatione ordinentur; privilegijs quibuscumque privilegijs ad hoc, præiunctis exclusis.*

47. Hianni, sufficit quod sint incepti iuxta communem regulam: *Annus inceptus habetur pro completo*, l. qua ætat ff. de test. & DD. tenent communiter, & docet consuetudo. Sed non sufficit, quod desit vnus, & alter

die, vel vnus solus pro implenda ætate, secundum probabiliorē opinionem, quantum aliquibus placeat contrarium. De quo videndus est Sanch. in consil. rom. 2. lib. 7. dub. 33. num. 6. & Diana p. 5. tract. 5. res. 17. Qui etiam, 10. p. tract. 11. res. 67. putat probabile, in ætate ad Ordines, non esse computandum diem anni bisextilis. Sed in hoc non dari paritatem materiæ, melius sentit Basilius lib. 7. de Matrimonio, cap. 65. num. 1. Vnde si deficiat dies, vel hora actus vitatur; & præcipue, si mathematicè, nõ est impletus annus, quomodo erit inceptus annus subsequens?

48. Ante Tridentinum, poterant Prælati Regulares cum suis Subditis facere, vt assumerent Subdiaconatum in anno 18. & Diaconatum in 20. & Presbyteratum in 22. completo, ac etiã inchoato, vt refert Chaiſſaing. de privileg. Reg. p. 2. tract. 7. capit. 1. proposit. 2. Sed iam nequeunt ordinari in his ætatibus post Tridentinum, & præcipue post constitutionem Sixti V. *Contramale promotos*, quæ incipit: *Sanctum, & salutarem*. Quæ Constitutio habet clausulam derogatoriā omnium priuilegiorū circa hoc.

49. Ad Episcopatum sunt necessarij triginta anni, vt patet ex cap. Episcop. 77.

50. Qui ordinatus fuit ante ætatem legitimam, manet suspensus ipso facto per constitutionem.

sem Pij II. *ta n ex sacror.* Quam
auxit Sixtus V. & confirmavit
Clemens VIII. vt refer Emma-
nuel Rodriguez Bull. 210. Ad
incurrendum in hanc suspensio-
nem, est necessarium, quod ad sit
dolus; ob verbum Constitutio-
nis *presumpserit*, & ita qui ante
etatem ordinatur cum ignoran-
tia, qua sit talis, qua excuset a
presumptione, & temeritate,
quamuis in totum non excuset a
culpa, non incurrit suspensionem,
vt asserunt Nauarrus capit. 27.
numer. 155. Suarez dicens disput.
31. sect. 1. numer. 6. Rodriguez,
tom. 3. qq. Regular. q. 12. art. 14.
Villalobos num. 6. & Doctores
communiter. Ex quibus aliqui
id extendunt ad ignorantiam
crassam. De quo videndus Dia-
na 3. part. tract. 4. resolut.

182

51 Qui igne rante ordina-
tus fuit ante legitimam etatem,
vbi aduerterit id, nequit celebra-
re antequam etatem impleat,
& si celebrat, peccat mortaliter,
& idem est de eo, qui ante eta-
tem mala fide, & temeritate or-
dinatus fuit; qui quamuis a sus-
pensione sit absolutus, nequit ce-
lebrare, nisi iam etas impleta sit,
vt asserunt Medina in sum. fol.
15. Suarez dicens disp. 31. sect.
1. numer. 23. Auila dicens 3. p. dif-
put. 5. dub. 7. Villalobos, Trul-
lench, & DD. communiter; eo-
rum enim quod Tridentinum pro-
hibet ordinari ante legitimam
etatem, consequenter prohibet

celebrare ante illam. Quod est
in parte contra Ledesmam tom.
1. de Sacr. Ordinis capit. 7. ascen-
dentem, ordinatum bona fide an-
te etatem posse (etiã si id agnos-
cat) ante illam celebrare. Quod
communiter a DD. non admit-
titur, sed dicunt, peccare morta-
litate, si celebret ante etatem;
licet non maneat irregularis,
quia non celebrat cum suspen-
sione. De quo videndus noster
Peyrinus in priuileg. Minor.
tom. 1. constit. 1. Iulij 2. §. 15.
num. 29.

52 Episcopus consecratus
ante legitimam etatem non in-
currit suspensionem, vt patet ex
ipsa Bulla, & ex Regula genera-
li, quod Episcopi in legibus pœ-
nalibus non includuntur, nisi ex-
primatur cap. *Quia periculum*,
q. 1. cap. 12. Nec istam incurrit
ordinatus ante etatem in mino-
ribus Ordinibus, nam Bulla lo-
quitur de maioribus; & in pœ-
nalibus non fit extensio, vt asse-
runt Riccius p. 4. decis. 93. num.
6. Diana 3. p. tract. 10. res. 30. &
DD. communiter.

53 Absolutionem ab hac
suspensione putat Gutierrez in
qq. canon. lib. 1. cap. 26. esse re-
seruatam Summo Pontifici. Sed
cum Regularibus posse Prælatos
dispensare sentit Portel. *Ordi-
nes sacri suspensio*, & alij plures.
Et idem docet Suarez disp. 42. de
conf. sect. 3. n. 32. Et de confella-
rio per Bullam, ait idem Medina lib.
1. cap. 11. §. 8. Et videndus Diana

3. p. tract. 10. ref. 21. & 4. p. tract. 4. ref. 115.

54. In dubio, an quis aetatem impleuerit, nequit ordinari; quia praecipuum de non ordinando ante aetatem stat in possessione, & est certum, ac proinde vincit eius dubium, ut asserit Sancius in select. disput. 45. num. 6. & est commune apud DD.

INTERROG. XII.

An interstitia sint obseruanda inter vnum, & alterum Ordinem.

55. Resp. Necessarium est seruare interstitia, inter vnu, & alterum Ordinem, ut praecipit Tridentin. sess. 23. cap. 33.

56. Sed qui illa non seruaret, nec suspensus manet, nec irregularis efficitur, sicut nec Episcopus promouetur; quia suspensio imposita à Sixto V. sublata est à Clemente VIII. ut asserit Fihuc. to. 1. tract. 17. cap. 5. n. 86. apud Dianam. 3. p. tract. 2. ref. 32.

57. In interstitiis potest Episcopus dispensare pro necessitate, aut utilitate Ecclesiae; sic concedere Trident. sess. 23. cap. 11. & 13. Necessitas autem Ecclesiae (secundum Barbof. in collecta super Tridentin.) habet latitudinem, sicut cetera moralia arbitrio boni vari. In specie vero, Hur. de Ord. dif. 23. dicit posse aliquem ordinari absque interstitiis, & Episcopum

cum illo in illis dispensare, si habeat Beneficium; aut Capellaniam cum obligatione celebrandi, & ex declarat Cardinalium dispensare potest Episcopus cum eo, qui in litteris, aut virtutibus multum profecit; quia hic ordinatus erit utilis Ecclesiae, ut refer Diana. 4. p. tract. 4. ref. 209. Et quidem utilitas, & necessitas ad dispensandum interstitia, inter minores, & Subdiaconatum requiritur disiunctiue; inter Diaconatum, & Sacerdotium copulatiue. Videndus Diana. p. 10. tract. 11. ref. 10.

58. Si Episcopus dispense interstitiis, potest simul conferre maiores Ordines, & Subdiaconatum, quia Concilium solum prohibet conferre duos Ordines maiores eodem die DD. communiter.

59. Standos iuri communi Episcopus dispensat interstitia Regularium, ut asserit Bonae. de Sac. disp. 8. q. vnic. punct. 6. n. 34. & docent DD. communiter. Pro quo Tambur. to. 2. disp. 2. q. 25. adducit sequentem declarationem: *Scilicet Congregatio censuit, Superiores Regulares non posse dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen, quoad causam dispensandi iudicium suum formare debet, ex attestatione Superiorum Regularium.*

60. Sed Villalob. tom. 1. tract. 11. dif. 12. & alij tenent, pertinere ad Superiores Regulares dispensare ex privilegio Greg. XIII. concesso Societati Iesu, quod ipse, & Suar.

521. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 12. n. 21. extendunt ad omnes Religiones comunicantes in privilegio. Sed Hurtad. de Sac. tract. de Sac. Ordin. dif. 23. Illud privilegium restringit ad Societatem. Videndus Dian. 3. p. tract. 2. ref. 33. & videndus Villalob. etiam loc. cit. Qui bene nu. 4. aduertit Episcopum dantem dimissorias dispensaturum esse interstitijs; quia ille fecit utilitatem, & necessitatem suae Ecclesiae.

61 Annus interstitiorum non est computandus à die in diem; sed ab Ordinibus vnius anni ad Ordines alterius anni. DD. communiter.

INTERROG. XII.

An sit determinatum tempus pro Ordinibus conferendis?

62 Resp. Quocumque tempore fiat hoc Sacramentum, valet non enim eius valor pendet à tempore determinato, ut alicui DD. communiter.

63 Sed ex determinatione Ecclesiae pro Ordinibus sacris conferendis sunt determinata lex tempora, scilicet quatuor Sabbata quatuor Tempora anni & Sabbatum Dominicæ quintæ Quadragesimæ, & Sabbatum Paschæ Resurrectionis Dominicæ, ex cap. de eo autem.

64 Potest Episcopus conferre Ordines minores, vni vel alteri in die Dominica, & Festis prae-

cipalibus, ut constat ex cap. de eo de temp. Ord. Et causa stante rationabili poterit eos dare plurimam duobus, dummodo non videatur Ordines generales celebrare, ut asserunt Sylu. v. ordo 2. §. 6. Ledesma in sum. to. 1. de Sacram. Ordin. diff. 15.

65 Regulares ordinari possunt extra tempora ex privilegijs Alexand. IV. & Eugen. IV. concessis Religionibus D. Hieron. & D. Benedicti. Quae non esse reuocata per Tridentin. probant Portel, & Villalob. dif. 23. n. 6.

66 Locus pro Ordinibus celebrandis est Ecclesia Cathedralis, praesentibus ad id Ecclesiae Canonicis, ut ait Trident. sess. 23. cap. 8. *Si aliquem in deserto loco praesente Clero, loci dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper adeat.* ait Concil. loc. cit. Sed hoc non observare non est peccatum; tum quia stat in contrariam consuetudo, tum quia verba Concilij non sunt praecipua, ut ait Villal. n. 7.

INTERROG. XIII.

Quos mores, & scientiam debeas Ordinarius habere?

67 Resp. Quantum ad primam tonsuram sic ait Tridentinum: *Prima tonsura non inuenitur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & sicuti rudimenta edocuerint fuerint quiq; legere & scribere nesciunt; & de quibus probabilis coniectura non sit, eas non secularis*

indich fugiendi fraude, sed vt Deo
fidelem cultum praesent, hoc vita
genus elegisse.

68. Ex quibus verbis Con-
ciliij inferre Ledesma in sum. 1.
p. de Sacram. Ordin. cap. 5. post
3. concl. cum Baffez, & Nauar-
ro peccare mortaliter, qui pri-
mam tonsuram suscipit causa
fugendi iudicium seculari. Sed
alii melius asserunt, id mortale non
esse. Videatur Sanch. de Matrim.
lib. 7. disp. 34. num. 17. Sufficit
ad primam tonsuram legere lin-
gua vulgari, & scribere, licet non
perfecte, vt asserit Sellus ex de-
clarat Cardinalium apud Dia-
nam 3. part. tract. 14. resolut.
40.

69. De Ordinandis minori-
bus sic ait Tridentinum, vbi su-
pr. capit. 11. *Ad minores Ordines
promouendi bonum a Parocho, &
Magistro scholae, in qua eductantur
testimonium, habeant, & addit eo-
dem cap. Latina lingua intelligat.*

70. Ad Subdiaconatum, &
Diaconatum, & Sacerdotium
maio rem scientiam exigit Tri-
dentinum, & morum integra-
tem, eam scilicet, quae necessaria
est ad horum Ordinum ministe-
ria, & specialiter ad Sacerdotium
exigit, quod possit docere popu-
lum in ijs, quae illi sunt ad salutem
necessaria: & quod sit idoneus ad
ministerium Sacerdotij. Quae
propter nequeunt ordinari, qui
totaliter ignorant linguam la-
tinam, quamuis canere sciant.
Sed (vt ait Villalobos nu. 4.)

Con los Religiosos se puede dissi-
mular algo mas; porque como viuen en
Comunidad ay mas esperanca de que
se aproucharan. Et circa examina-
Regularium (quos debere Episc-
copum examinare constat ex
Tridentino sess. 23. capit. 12.) sic
ait ipse Villalobos nu. 5. *Mas
bien podran passar los Obispos con
el examen de los Prelados, teniendo
de ellos buen concepto quanto a es-
to, que como los cometen a vn Exa-
mirador, tambien los pueden comete-
r a vn Prelado.*

INTERROG. XIII.

*An sit necessarium pro suscipiendis
maioribus Ordinibus habere
Beneficium, aut patri-
monium?*

71. Resp. Affirmatiue in Cle-
ricis secularibus, vt ait Triden-
tinum sess. 21. capit. 2. de refor-
mat. per haec verba: *Statuit San-
cta Synodus, ne quis deinceps Cleri-
cus secularis, quauis alias sit
sit idoneus scientia, & moribus, &
etate ad Sacros Ordines promo-
ueatur, nisi prius legitime constet,
cum Beneficium Ecclesiasticum,
quod sibi ad vitam honeste suffi-
ciat possidere. Is vero Beneficium
resignare non possit, nisi facta men-
tione, quod ad illius Beneficij titu-
lum sit promotus, nec ea resignatio
admittatur, nisi constet, quod ali-
unde viuere possit. Quae lex Concilijs
posita est, ne ordinari maioribus
viuant mendicando, cum de*

decore status Sacerdotalis eum nota, nec vilia exerceant officia: & quamvis in hac constitutione nouam poenam non imponat, renouat antiquas; & ita, qui ordinatus fuerit sine titulo, manet suspensus, vt ait Villalob. *diffic. 15. n. 1.*

72. Hæc lex Concilij obligat ad mortale, vt asserunt DD. communiter. Et ita peccabunt mortaliter Episcopus ordinans, & Clericus, qui ordinatur, vel sine Beneficio, vel sine patrimonio, vt asserunt DD. communiter.

73. Beneficium debet esse sufficiens pro Clerici sustentatione, alias titulo illius non poterit ordinari, vt expressè ait Concilium, & asserunt DD. communiter. Et manet arbitrio Episcopi iudicare, quod Beneficium sit sufficiens pro Clerici sustentatione, considerata qualitate personæ; quia quod vni sufficit alteri non est satis.

74. Debet esse in pacifica possessione Beneficij, vt ait Tridentinum. Et ita ad Ordines sacros suscipiendos, non sufficit spes habendi Beneficium, nec præsentatio sufficit, nisi illius iam facta sit collatio. Et qui nominatus est ab examinadoribus synodalibus ad curatum Beneficium, quod eget Bullis Pontificis (quia in eius mense vacauit) nec ordinari poterit titulo illius, quoad vique sit in illius possessione pacifica, DD. communiter.

75. Beneficium debet esse perpetuum, vt colligitur ex Concilij verbis, & habent DD. communiter. Et ita non sufficit Vicaria temporalis; sed sufficiens erit Vicaria perpetua; quia hæc inducit titulum legitimum, vt dicunt Abbas in cap. *constit.* & cap. *Michael de filiis Presbyter.* & Rebusas in tract. *Conz. portionum.* num. 110. Et sufficit coadiutoria perpetua habens congruam sustentationem, vt ait Nauarrus de orat. cap. 20. num. 18. Et sufficit etiam Capellania collatiua, quæ iam iudicatur Beneficium, vt post alios tenet Emmanuel Rodriguez in sum. cap. 16. num. 15. & asseruat Villalobos tom. 1. tract. 11. *diffic. 15. num. 3.* Salcedo in præxi. cap. 18. & DD. communiter. Et idem dicendum est de præbendone, dummodo sit perpetuum, vt asserunt prædicti Salcedo, & Villalobos loc. cit.

76. Quantum ad Clericos Beneficio carentes, sic ait Tridentinum, vbi supra: *Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possunt, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum. Eo quoque respectu prius, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint; atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut exingui, vel remitti, nullatenus possint, donec Beneficium Ecclesiasticum*

ficum sufficientis sint adepti, vel aliunde habeant, & idē vivere possint, antiquorum canonum p̄ntes super his innovando. Ex his verbis Concilij conitatur quod, ut aliquis ordinetur titulo patrimonij, vel pensionis debet iudicare Episcopus, id convenire pro sua Ecclesie necessitate, vel commoditate.

76 Episcopus debet iudicare de sufficientia patrimonij: & qui in hoc fecit informationē falsam peccat mortaliter, & manet suspensus, & ordinatur subreptitio, ut asserunt DD. communiter. Qui idem dicunt de eo qui ordinaretur cum patrimonio ficto, seu donato ficta donatione, qui sine dubio, ordinatur sine patrimonio. Et quis sine illo ordinatus sit Subdiaconus, nequit sine patrimonio ad Diaconatum pro moveri, nam patrimonium non solum requiritur ad Subdiaconatum, sed etiam ad Diaconatum, & Presbyteratum. DD. communiter.

78 Ex verbis etiam Concilij constat, ordinatum non posse alienare nec extinguere patrimonium sine licentia Episcopi, cuius titulo fuit ordinatus: & si alias alienavit non valet contractus, ut constat ex Tridentino, & asserit Navarrus conf. 21. & 22. lib. 1. de temp. Ordin. & consequenter ait, illum, qui ordinatus est titulo patrimonij, & postea renuntiavit in fauorem patris sui, & postea suscepit reliquos

Ordines, quamuis peccet mortaliter, & ob hoc possit pantri, non manere suspensum, quia renuntiatio fuit inualida, & idem tenet Salcedo, ubi sup̄. eo quod, ut dicitur in iure: *Non prestat impedimentum, quod iure nullum sortitur effectum.* Regula non prestat, de reg. iuris. Si sic ordinatus titulo patrimonij, illud extinguat, suspensus non manet: talis namque suspensio non inuenitur in iure, ut asserunt Gutierrez lib. 2. pract. cap. 18. q. 65. n. 11. Salcedo in pract. cap. 18. pag. 51. & DD. communiter. Et declaratio Cardinalium quam asserit Farinac. apud Villalobos dict. diff. 15. num. 8. quæ sic se habet: *Ob penuriam Sacerdotum non potest Ordinari, quis sine Beneficio vel patrimonio, dummodo quis spondeat se necessario ordinando sub ministraturum.*

79 Qui pactum facit cum Episcopo, se ab illo alimenta non petiturum, simoniacus est, & similiter Episcopus, ut asserit Salcedo, cum Felino. Et qui ordinatur cum patrimonio cum pacto, quod illud non petet post susceptos Ordines, aut cum pacto restituendi illud, ordinatur absque titulo. Secundum Navarrum in sum. cap. 27. num. 13. & Gutierrez, ubi sup̄. Sed magis placet sententia Ledesmae, qui in sum. 1. p. de Sacram. Ordin. cap. 7. post 5. concl. qui asserit pactum hoc esse nullum, & quod semel donato patrimonio, ut quis ordinatur, nec dari potest sub illa con-

condicione nec ordinatus recedere potest. Quod etiam placet Villalobos n. 10.

80 Quamuis quis sit Doctor, seu alumnus alicuius Collegij, nequit ordinari, ob hoc, sine Beneficio aut patrimonio; etiam si credatur, brebiter obtenturum Beneficium, vt constat ex Concilio loc. citat. & asserunt DD. communiter contra Enriquez, lib. 14. de irreg. capit. 5. num. 3. quem sequitur Auila de cens. 3. p. disp. 5. dub. 16.

81 Episcopus ordinans aliquem sine titulo tenetur illi alimenta congrua sub ministrare cap. *Episcopus de simon.*

82 Regulares ordinantur sine titulo, vt habet cōsuetudo, & constat ex Concilio loquente solum de secularibus. Et declarauit sic Pius V. in quadam Constit. anno 1568. Qui autem sciens suam professionem esse inuvalidam ordinaretur ordinatur absq; titulo ac proinde peccat mortaliter, & incurrit suspensionem, vt asserunt Portel in dub. Regular v. *ordo Sacerd.* num. 8. Rodriguez in addit ad sum. tom. 4. capit. 65. num. 10. Sayrus de cens. lib. 4. cap. 13. nu. 14. Hieronym. Rodrig. in comp. qq. Regul. ref. 106. & Dian. 3. p. tract. 2. ref. 113. Patres Societ. Iesu emissis tribus votis post biennium possunt etiam ordinari sine titulo ex concessione Greg. XIII. prout refertur in compen. Societ. Iesu, v. *ordo*. §. 2. & sic est consuetudo, & vltus.

INTERROG. XIV.

An Clericus debeat gestare tonsuram apertam, & deferre habitum Clericalem?

83 Resp. Clericus primæ tonsuræ, & minorū Ordinum non peccat, si non habeat tonsuram apertam, nec habitum deferat Clericalem, nisi habeant aliquod pingue Beneficium, vt asserunt Sor. in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. Ledesm. in sum. tract. de Ordine cap. 9. conc. 1. Villalob. diff. 10. n. 1. & DD. communiter. Sed non fruatur priuilegijs Clericorū. Et est ratio; quia hic adhuc potest retrocedere, & contrahere Matrimonium. Et dixi si nō habeat pingue Beneficium; quia si illud habet, peccat mortaliter secundum Banez 22. q. 22. ar. 1 & Ledesm. loc. cit. DD. communiter, si careat tonsura aperta, & non induatur habitu Clericali, quia aliter ex bonis Ecclesiasticis, & est obligatus diuinum Officium recitare.

84 Clericus Sacris initiatus non gestans habitum Clericalem, & tonsuram apertam (si ab sit iusta causa) peccat mortaliter, vt asserunt Vazq. Reginald, Bonacina, Nauarrus apud Trullench de Sacram. lib. 6. capit. vnic. dub. 10. quia est preceptum Ecclesie in regram, & venit suspendendus per Tridentinū

scilicet 14. cap. 6. de reformat. Est contra Cateranū in sum v. *Clericorum peccata* vbi dicit, hunc non peccare mortaliter si delit temeritas, cōtumacia, aut contemptus. Quam sententiam Caterani satis esse probabilem, ait Villalobos num. 5. per hæc verba: *Quia sententia me parere mihi probabile, y sepuede seguir; porque es mas mansa, quando truxesse alguna señal, en que se echasse de ver, que es Clerigo; mas sino truxesse alguna señal; desuerte, que no se echasse de ver que era Clerigo; como si truxesse espada, y otras cosas semejantes, no se echassaria de peccado mortal, si no es, que fuesse por breue tiempo, & por alguna justa causa, qual seria defender la vida, honra, & hacienda, & del proximo.* Huc vsque Villalobos. Quod etiam admittit Trullench loc. cit. Qui de hac re videri potest.

85 Vnus coronæ seu tonsuræ antiquissimus est in Ecclesia; sit enim Beda lib. 5. de historia Anglorum, cap. 22. D. Petrum in memoriã spinæ Coronæ Christi. D. coronam capillorum gestasse toto reliquo capite de tonsa. Fr S. Isidorus lib. 2. de Offic. capit. 4. inquit eie Apostolorum institutionem Fuit tonsura in tota Ecclesia ordinata ab Aniceto Papa in cap. prohibita dist. 25 & in cap. Clericus de vita, & honore Cleric. vt ex Platina, & ex alijs refer Barbosa de Offic. & potest Episcopi allegat. 9 num. 10. Significat autem corona,

primò vitam puram, & apertam quam Ecclesiastici debent haberet. Secundò representat spinæ Coronam Christi Domini, cuius meminisse debent fideles, & præsertim Clerici, vt aiunt Bonacina, Trullench, & DD. communiter. Dicitur autem corona primà tonsura, eo quòd per capillorum tonsionem conteratur ab Episcopo, dum dicit: *Dominus pars hereditatis meæ*, &c. Et ratione primæ tonsuræ fit quis Clericus: & dicitur Clericus a nomine græco *Cleros*, quod significat sortem, seu hereditatem; eo quòd Clerici Deus principaliter sit fors, siue pars; seu eo quòd Clericus sit peculiariter de sorte, seu hereditate Domini, vt asserunt Doctores communiter.

86 Vestes Clericales honestasunt illæ, quæ communiter admittuntur, vt tales in Prouincia, vbi Clericus habitat, vt ait Couarrubias in pract. capit. 31. num. 8.

INTERROG. XV.

An Ecclesiastici sint exempti à ciuili potestate?

87 Resp. Certum est, Ecclesiasticos esse exemptos à ciuili potestate. Quod est de fide, & cōtrarium fuit error Vuicleph, qui damnatus est in Concilio Constantiensi. Et certum est aliquas exemptiones, quantum ad hoc,

hoc, esse de iure diuino, vt est in eligendis Episcopis, Ordinandis Sacerdotibus, in distribuendis Dioecesibus, & Párochijs. Quod fundatur in illis verbis Christi. Matth. 16 & Ioann. vlt. *Tibi dabo clauēs Regni Cælorum; quodcumq; ligaueris, &c. & Páscē oues meas.* Et ita ait Innocencius cap. *no. ut de iudicijs*, Summum Pontificiē in spiritualibus esse Pastore, non solum Ecclesiasticorum, sed etiā secularium; quod nullus Catholicus negare potest.

88. Vnde peccant mortaliter iudices sæculares iudicantes de rebus spiritualibus, vel personas Ecclesiasticas, eo quòd sunt exempti ab eorum iurisdictione, tam in ciuilibus, quam in criminalibus; ac proinde sententiæ sũt irritæ, & iudices incurrunt in Bullam Coenæ Domini. Tenentur tamen Ecclesiastici seruare leges ciuiles concernentes bonum commune, quoad vim directiuam; idest, quòd in conscientia tenentur facere, quòd lex præcipit: sic tenentur pretio legis res suas vendere, &c. vt latius dicam in Præcept. Decalog. non vero quoad coercitiuam, idest, non tenentur poenam legis soluere; nec iudex laicus potest eos tali lege punire, & asserunt Sotus in 4. dist. 25. art. 2. Nauarrus cap. 23. num. 8. Ledesma cap. 9. de Ordine infine, Sanchez in cõsil. 1. p. lib. 3. capit. vnic. dub. 30. num. 11. & 12. Diana 3. p. tract. 2. de immunit. Eccles. res. 1. plu-

res ibi referunt. Et tenent DD. communiter.

89. Clerici ac personæ Religiosa, eorumque bona exempta sũt a tributis ac vectigalibus a laicis impositis, vt constat ex Concilijs Toletano III. can. 13. & Carthaginens. III. can. 9. Videatur tota quæstio 1. causæ 11. cap. quamquam de censib. lib. 6. Congruentia delumitur ex statu Clericorũ; qui sũnt laicis Superiores, & pertinent ad sortē Domini, alunturque ex decimis secularium; ac proinde non decet illis tributum persoluere.

90. Immunitatem a laica potestate, personarum, & rerũ Ecclesiasticorum solum esse de iure positiuo sentiunt Victoria relect. 1. de potest. Eccles. q. vltim. Sotus in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. Ledesma 2. 4. q. 20. art. 4. Molinæ tom. 1. de iust. tract. 2. disput. 31. vbi excipit Summum Pontificem, quem iure diuino putat exemptum, & alij.

91. Sed alij asserunt; hanc exemptionem esse de iure diuino. Sic Almainus tract. de Suprema Eccles. potest. cap. 8. Carlet. tract. 1. contra Bohemos, Panormitanus ca. 2. de maior. & obed. Et dicunt esse commune Canonistarum Granad. to. 5. controu. 9. tract. 4. disp. 4. sect. 2. Gregorius de Valentia citatus ab ipso met. Granado hic, de Sacram. Ordinis q. 5. punct. 4. asserit. 3. Ioannes Azor lib. 5. instit. Mor. cap. 12. & alij plures. Videatur Gra-

Granado loc. cit. ubi id bene pertractat.

92 Gaudet etiam Clericus priuilegijs canonis, & fori Priuilegium Canonis iam manet, explicatum sect. de excommunicatione. Interrog. Scilicet quod qui illum percutiat excommunicationem incurrat. Priuilegiū fori est, quod eius criminat, seu cause criminales non deferantur ad forum seculare iuxta caput 1. de foro competent. Et ut ait Enriquez lib. de Ordin. cap. 15. ut Clericus gaudeat priuilegio fori sufficit, si initiatus sit prima tonsura, dummodo cum corona gestet habitum Clericalem, nec vnum sine altero sufficit in Hispania, ut constat ex l. 1. tit. 4. lib. 1. noue rep. Et addit Tridentinum, nullum Clericum prima tonsura, aut constitutum in minoribus gaudere priuilegio fori nisi Beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitū, & tonsuram deferens alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur. sess. 23 cap. 6. ubi additur eodem priuilegio fori gaudere Clericum coniugatum cū vna virgine iuxta constitutionem Bonifacii IX. cap. vnico de Clerico coniugat. lib. 6. dummodo alicuius seruitio Ecclesie, aut ministerio ab Episcopo deputatus eidem Ecclesie

seruiat vtaturque habitu Clericali, & tonsura. Quod verò attinet in generali ad priuilegium fori in ciuilibus recte obseruat Gutierrez 1. p. de iuram. confirmat. cap. 17. num. 13. requiri idē, ac diximus requiri ad fruitionem fori in criminalibus. Et Clerici Sacris initiati absolutē, & independentē ab alijs cōditionibus gaudent prædictis immunitatibus; atque adeo priuilegio Canonis, & fori. tam inciuilibus, quam incriminalibus.

INTERROG. XVI.

Quid amittat Clericus Ordinum minorum, qui contrahit Matrimonium?

93 Resp. Clericus minorum Ordinum, qui celebrat sponsalia de futuro nihil amittit, ut asserunt DD. communiter; quia hic non est in statu in composibili cum Clericatu, & poterunt multe cause occurrere, ob quas, non contrahat Matrimonium DD. communiter.

94 Clericus contrahens Matrimonium de presenti, sed inualidum, non perdit Beneficiū ante sententiam iudicis, ut asserit Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 43. num. 3. cum alijs multis, ubi id late probat. Et est ratio quia hic nec renuntiavit Beneficio, nec assumpsit statum in composibile cum Beneficio, si quidem Matrimonium non valet; & se-

cundum regulam iuris, Non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Regul. Nō praestat, de reg. iur. in 6.

95 Per matrimonium validum vacant ipso iure Beneficia, quae Clericus obtinebat, ut asserunt Lugus in practic. cap. 80. numer. 5. Gutierrez in practic. quaest. 114. numer. 3. Nauarrus, cap. 25. num. 120. & DD. communiter. Quia cum assumpserit statum impossibilem cum Beneficio, clare videtur illi renuntiare. Vnde clarum est, quod postquam contraxit Matrimonium, iam non poterit illud resignare in fauorem tertij, ut asserunt DD. communiter. Vacant etiam pensiones Clericales, & datae titulo Clericali, ut habent Iulius Clarus, Couarrubias 4. decret. Sanchez ubi supra, & alij, quamuis non habeant onus aliquod spirituale, ut aduertit Villalobos, difficult. 18. num. 3. ita asserens habere styllum curiae. Pensiones autem laicales non vacant, quae mere dantur ob officia temporalia; ver. gr. pro pulsandis campanis, *tocar los organos*, &c. Et pro alijs similibus, quas solent habere vxorati, & potius haec dicuntur salaria, seu stipendia, quam pensiones.

96 Clericus minorum Ordinum, qui contrahit Matrimonium retinet priuilegium Canonis: *Si quis scizdente diabolo*, ut asserunt Doctores com-

muniter. Retinet etiam priuilegium fori, si duxit in vxorem vnam, & virginem, deferatque habitum clericalem, & tonsuram, sitque deputatus ab Episcopo ministerio alicuius Ecclesiae, & illi inseruiat, ut manet dictum ex Tridentino sess. 23. cap. 6. de reformat.

INTERROG. XVII.

An conjugatus possit Ordinem suscipere?

97 Resp. Vxoratus absque licentia vxoris Sacrum Ordinem nequit suscipere, iuxta capit. coniu. de conuer. coniu. etiam si Matrimonium non sit consummatum, ut definit Ioannes XXII. in Extrauag. *Anst. que de voto*. Quod intelligi debet, nisi vxor adulterium commiserit, ut dixi sec. de Matrim. Interrog. Nec licet, Ordinem Sacrum suscipere animo ingrediendi in Religionem, etsi ingredi possit, ut asserunt Ledesma quaest. 53. de Matrim. ar. 4. Villalobos diffic. 19. de Ordine, num. 1. & Doctores communiter.

98 Nequit etiam conjugatus ordinari prima tonsura absque vxoris licentia ut probant DD. ex cap. *fin. tempor. Ordin. in 6.* Et tenent Glos. Abbas, Dominicus, Ancarranus, & DD. communiter, eo quod nequeat ordinari

prima tonsura quis nisi velit ascendere ad maiores Ordines, aut ingredi Religionem.

99. Si coniugatus susceperit sacrum Ordinem sine vxoris licentia, potest illa illum reuocare, vt definiuit. Ioannes 22. in dicta Extrauag. *antiqua de voto*. Etiam si Ordinatus fuerit ante consummationem Matrimonij, vt asserunt Doctores communiter; quia ius vxoris erat antiquius, cui nequit præiudicare votum castitatis superueniens: sed poterit sic Ordinatus Religionem ingredi, antequam consummet Matrimonium. Sed si vxor vitium sic ordinatum non reuocet; hic nequit ire ad illam, ratione voti castitatis, quo est adstrictus; sed solum est obligatus ostendere, separatim esse ad cohabitandum cum illa, si petierit ipsa, vt bené Sanchez, libr. 7. de Matrimon. disputat. 38. numer. 16. Si Matrimonium non erat consummatum, dicunt Azor, libr. 13. capit. 14. quæst. 2. & Ledesma de Matrimon. quæst. 53. art. 4. dub. 2. renari sic ordinatum ingredi Religionem ad obseruandum votum castitatis. Sed probabilius est non teneri ad id, vt asserunt Ludouicus Lopez 1. part. instruct. capit. 50. Sanchez, vbi supra Villalobos numer. 3. & DD. communiter, quia hoc est nimis arduum, *et plus est fieri Religiosum, quam ob-*

seruare votum castitatis.

100. Vt licité coniugatus ordinetur, necessaria est licentia vxoris, & quòd hæc sit grandæua, seu vetula, nec de incontinentia suspecta; & quòd votum castitatis emiserit, vt constat ex capit. *coniu. de conuers. coniug.* Sed si non sit grandæua, *sino moza*, vltra hoc requiritur, quòd ipsa ingrediatur Religionem, vt probant DD. ex capit. *Episcopus 77. dist.* & tenent sic Abbas, Syluester, Couarrubias, & Sotus in 4. distinat. 27. quæst. 1. artic. 4. apud Villalobos dict. difficult. 29. numer. 4. Qui (quantum ad licentiam Episcopi) dicit, esse necessariam, vt res bené fiat: sed si fieret sine illa, censeret, factum nihilominus esse validum, nam, & si textus dicat quòd fiat cum licentia Episcopi; sed non irritat factum sine illa. Et vt mulier sit grandæua, & vetula dicunt Doctores communiter, sufficere, si habeat annos sexaginta. Sic Sotus, Corduba, Azor, & Gutierrez, apud eundem Villalobos loco citato; licet ipse asserat hoc debere relinqui prudentiæ; nam in foeminis minor ætas sufficit, vt vetulae sint quam in viris, quia Aristoteles lib. 5. de histor. animal. c. 14. ait, quòd in viris vltima potentia generadi pertingit, vsque ad annos sexaginta, & in foeminis ad annos quinquaginta: quamuis hoc sit rarum; quia maiori

ex parte foeminae non concipiunt elapso anno quadragesimo quinto, & viri non generant ultra annum sexagesimum quintum, ut late probat Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. n. 16.

INTERROG. XVIII.

An sacris initiatus teneatur ad castitatem seruandam?

101 Resp. Certum est, minoribus Ordinibus non esse annexum caelibatum, seu votum castitatis.

102 De Ordine sacro est controversia inter Catholicos, & haereticos nostri temporis. Et haeretici dicunt, post susceptionem Ordinum sacrorum licitum esse contrahere Matrimonium, & consequenter, non esse annexum Ordini sacro praecipuum, aut votum castitatis. Quorum doctrinae adiungi potest error Graecorum sententiam, oportere ducere uxorem, antequam quis inicietur Ordine sacro, ut post ordinationem, queat uti Matrimonio; ne alioqui subeat magnum fornicationis periculum.

103 Sed veritas Catholica est, sacris Ordinibus annexum esse caelibatum, coniunctumque fuisse a temporibus Apostolorum, seu votum continentiae, & castitatis, quo fit inhabilis futuro Matrimonio, qui sacris est Ordinibus initiatus, seu ordinatus Ordine Sacro. Quod praecipuum de co-

continentia, seu de voto castitatis in Ordine sacro primus tulit Siricius Papa, ut refert Bellarminus to. 1. lib. de Cleric. cap. 18. Quod confirmarunt postea Innocentius III. cap. quanto de divor. & Alexander Primus cap. 1. de Cleric. coelib. Idque seruatur in Ecclesia Latina. Quod votum censetur tacite, & implicite emittere suscipiens Ordinem sacrum Subdiaconatus; nam qui antecedit vult vult consequens, & qui vult statum aliquem, vult etiam onera annexa illi statui, & consequenter, qui vult sacrum Ordinem suscipere, vult etiam votum castitatis ab Ecclesia illi annexum. Videatur Enriq. lib. 10. cap. 11.

104 Coelibatus, seu continentia in Ordine sacro non est iuris diuini, sed Ecclesiastici, ut cum D. Thom. 22. q. 88. art. 11. asserunt Caietan. Bellarm. lib. 1. de Cleric. cap. 18. Valent. q. 5. punct. 5. §. 1. Azor lib. 13. cap. 12. Granada, Trullench, & DD. communiter, contra Michael. de Medin. de Sacror. homin. continent. capit. 7. Quod ex eo probatur, quia continentia hac, nec ex Scriptura, nec ex diuina traditione constat; ergo, &c.

105 Qui inualide ordinaretur Ordine sacro, ad votum castitatis non tenetur; quia talis non vult per se, & expressé castitatem, sed tantum secundario, & implicite quatenus castitas annexa est Ordini, quem vult suscipere; cum ergo principale non tubi-

stat, nec secundarium ei annexum, ut asserunt Sanchez lib. 7. disput. 27. num. 13. Coninch disput. 20. dubio 24. num. 133. Trullench lib. 7. de Sacram. cap. vnic. dub. 5. Item nec infantes, qui ordinarentur Ordine Sacro obligantur ad seruandam castitatem, eo quod votum essentialiter exigat consensum voluntatis, qui in infantibus reperi non potest, ut asserunt praedicti Doctores.

res.

106 Aliqua argumenta opponunt haeretici contra continentiam, & votum castitatis ordinati Ordine Sacro, quae videri possunt apud Granado tom. 5. controu. 9. de Sacram. Ordini. tract. 4. disput. 1. sect. 1. 2. 3. & 4. quae etiam apud eum soluta inueniuntur.



¶ P R I M V S

De Beneficijs.

INTERROG. I.

Quid sit Beneficium Ecclesiasticum?

1 Resp. Beneficium Ecclesiasticum est ins percipiendi fructus ex bonis Deo datis, competens Ecclesiasticae personae propter diuinum Officium, vel obsequium competens. Sic Azor 2. part. lib. 3. cap. 34. Garcia de Benefic. 1. p. cap. 2. & DD. communiter.

2 Diuiditur Beneficium in saeculare, & regulare, ut constat ex cap. 1. de reb. Eccles. non alien. Saeculare est, quod ad saeculares pertinet, ab illis regitur, & administratur. Regulare attinet ad Religiosos, ut Abbatias, Prioratus, &c. & aliqua Parochiales Ecclesiae, quae ab illis reguntur, & administrantur.

3 Diuiditur etiam Beneficium in simplex, & duplex. Duplex est, quod est affectu aliqua iuris qualitate, v. g. iurisdictione in Clero, aut administratione rerum Ecclesiasticarum. Vnde inferunt DD. esse Beneficia duplicia Summum Pontificatum, Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, & Cardinalatum, & Beneficia, quae vocantur Dignitates, & Decanatus, Abbatias Regulares, Prioratus Conuentuales, & Claustrales, qui etiam sunt Beneficia duplicia. Est etiam Beneficium duplex, quod habet curam animarum, quale inuenitur in Parocho, ut asserunt DD. communiter. Qui etiam communiter dicunt, Beneficium simplex esse illud, quod caret reatais qualitatibus, ut sunt Canonicatus,

Capellanix, & reliqua Beneficia, quæ solum habent assistere diuinis Officijs. Dicitur Beneficium in electiuum collatiuum & mixtum. Electiuum est, quando aliqui aliquem eligunt, vt Superior illi faciat collationem Beneficij. Collatiuum electione non indiget, sed Superior pro sua voluntate illud confert. Mixtum est, quod Superior confert mediante nominatione, seu presentatione Patroni. Doctores communiter. Qui etiam communiter dicunt, quod patrimonium, ad cuius titulum, quis fuit ordinatus, non sit Beneficium Ecclesiasticum; quia nec confertur autoritate Ecclesiastica, nec spirat morte possidentis. Sic Abbas in cap. *vuis de præbend.* numer. 6. Azor tom. 2. lib. 3. cap. 4. Filiucius, tom. 3. tract. 41. cap. 1. num. 5. & alij plures.

INTERROG. II.

An pensiones, & præstimonias sint Beneficia Ecclesiastica.

4 Resp. *Pensio est ius quoddam spirituale percipiendi fructus ex alieno Beneficio, alicui iusta de causa, siue ad tempus, siue in perpetuum concessum.* Doctores communiter. Quæ duplex est, temporalis, & spiritualis. Spiritua-

lis exigit statum Clericalem in pensionario, & speciali Constitutione Pij V. quæ incipit: *ex primo Lateranensi*, &c. est obligatio dicendi Officium paruum B. Mariæ Virginis; item est obligatio gestandi tonsuram apertam, & habitum Clericalem. Temporalis verò, nec statum Clericalem requirit, nec affert secum obligationem recitandi, nec aliquod spirituale munus, seu ministerium. Et de hac conueniunt omnes, non esse Beneficium Ecclesiasticum. Gutierrez de ruram. 1. part. cap. 14. numer. 13. Menochius Paulus Romanus, & alij apud Machado tom. 1. lib. 3. part. 3. docum. de Benefic. 1. p. capit. 5. numer. 5. Azor vbi supr. quæst. 2. & libr. 8. capit. 5. quæst. 4. Tolerus lib. 5. capit. 82. numer. 2. Castro Palao, & alij plures; ex capit. *Quamuis*, de præb vbi diuerso modo fit sermo de pensionibus, ac de Beneficijs.

5 Præstimonias (quæ vulgo dicuntur, *prestameras*) conueniunt Doctores olim non habuisse rationem Beneficij Ecclesiastici; quia multoties non dabantur in titulum, sed pro tempore determinato, nec sibi habebant aliquod Officium, nec spirituale ministerium, sed erant fructus alicuius Beneficij pro sustentatione scholasticorū, seu studentium.

6 Post constitutionem verò

Pij V. quæ incipit: *In proximo Lateranensi Concilio* est difficultas, an sint Beneficia Ecclesiastica? quia in illis imposuit obligationem præstimoniaris, dicendi Officium paruum B. Mariæ Virginis. Et negant Gomez in tract. de expectat. num. 39. & Ojeda de incompatibilit. Beneficiorum. Afirmant verò esse Ecclesiastica Beneficia dicta præstimonialia; ob constitutionem Pij V. citatam apud Machado loc. citat.

7 Capellania instituta sola voluntate fundatoris absque auctoritate Episcopi, vel alterius Superioris Ecclesiastici, Beneficium Ecclesiasticum non est. Quæ autem Episcopi auctoritate instituta est, habenda est pro Beneficio Ecclesiastico, vt asserunt DD. communiter.

INTERROG. III.

Quis potest conferre Beneficia?

3 Resp. 1. Summus Pontifex potest conferre Beneficia in tota Ecclesia; cum sit illius supremus Pastor, 2. Episcopus in sua Diocesi potest conferre Beneficia vacantia; siue id fiat iurisdictione ordinaria, siue ex concessione Pontificis, vt asserunt Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 39 num. 1. Ioannes Andreas in capit. *Quamquam de electis* in 6. & DD. communiter, 3. Omnia Beneficia Parochialia pertinent ad prouisionem Episcopi, quo,

cumque anni tempore vacant. 4. In reliquis Beneficijs quæ scilicet Parochialia non sunt, est alternatiua prouisio inter Papam, & Episcopum, *vnus mes del Papa, y otro del Obispo*, 5. Excipitur Episcopus Cardinalis, qui in sua Ecclesia toto in anno potest conferre Beneficia, quæ vacant, 6. Debet Episcopus, & quiuis Ordinarius prouisionem facere Beneficij vacantis, intra sex menses a die notitiæ habitæ suæ vacationis, vt constat ex cap. *Nulla de concess. præbend.* Et si intra sex menses dictos non faciat prouisionem, priuatur iure prouidendi, & prouisio pertinet ad Papam iure devoluto. De quo late agit Garcia de Benefic. p. 10. cap. 2. Quod intelligendum est, nisi sit iusta causa differendi prouisionem, aut impedimentum sit iuris, aut facti, quod obligaret Episcopum, differre prouisionem. Quod non solum habet locum in Beneficijs simplicibus, sed etiam in habeantibus curam animarum. De quo videndus Machado tom. 2. lib. 4. tract. 15. docum. 1. n. 3.

9 Formam prouisionis Beneficiorum Parochialium apponit Tridentinum sess. 24. capit. 18. Quæ ibi videri potest.

10 Conferre Beneficium est, dare ius, & titulum exigendi fructus, & potestatem exercendi Officium. Resignare est, determinare aliquam personam, cui Beneficium conferatur. Potest verò resignare, qui

qui habet Beneficium, & vult in alium transferre. Præsentare, est aliquem offerre Ordinario, ut certum Beneficium illic conferatur; ad quæ præsentationem, & postulationem habent facultatem à Papa minime negandam, qui fruuntur iure patronatus, siue personæ siue Ecclesiasticæ, siue sæculares. Eligere, est emulcèis vnura offerre Prælato, cui Beneficium certum cōferat, ex facultate Papæ minime negandam.

II. Et ita dicunt DD. communiter, quòd Beneficium triplici modo acquiratur, 1. Collatione, quæ est donatio, seu concessio Beneficij vacantis à Prælato libere facta, 2. Institutione, quæ est concessio Beneficij a Prælato facta presentato à Patrono, 3. Confirmatione, quæ est approbatio Superioris electionis facta à Collegio, alicuius personæ ad dignitatem, vel Prælaturam, vel Beneficium.

INTERROG. IV.

Quis sit capax recipiendi Beneficij Ecclesiasticum?

12. Resp. 1. Iure diuino, & naturali, est incapax recipiendi Beneficium Ecclesiasticum, qui nequit adimplere obligationem Beneficij, vt est mutus, surdus, cæcus, 2. Est etiam incapax illegitimus; omnis enim incapax ad Ordines incapax est ad Beneficium, vt asserunt DD. cō-

munite, 3. Est incapax Beneficij filius Clerici in Ecclesia, in qua eius pater Beneficium obtinuit; quamuis filius sit legitimus, ex cap. ad presentiam, & ex alijs. Quod aliqui etiam extendunt ad nepotes. Sed alij id melius negant; quia textus solum loquitur de filijs. Sic Nauarrus conf. 9. de lijs presbit. Azor, Filiucius, & alij, 4. Est incapax ad recipiendum Beneficium, hæreticus, illius fautores, & receptatores illius, & filij, & nepotes hæreticorum, ex cap. Quicumque, & capit. statut. 2. de hæret. in 6. Quod nō extenditur ad filios, & nepotes hæreticorum per lineam matrem, sed per paternam solum. Nec constitutio extenditur ad hæreticos, & fautores omnes sed solum ad eos, qui non dum sunt Ecclesiæ reconciliati, vt constat ex dicto capit. statut. Et dicta constitutio comprehendit filios hæreticorum, non solum legitimos, sed etiam naturales, & spurios, vt asserunt Azor, Filiucius, Candidus, & alij. Et asserunt Lessus lib. 2. cap. 34. & alij, extendi constitutionem ad filios hæretici natos ante hæresim. Sed alij id melius negant. Sic Sánchez lib. 2. cap. 27. num. 14. oper. mor. & alij, apud Couarrub. lib. 2. variarum cap. 8. num. 5. & Candidus censet, esse valde probabile, 5. Est incapax receptionis Beneficij, quicumque patitur aliquem defectum in corpore, ratione cuius nequeat Ordines suscipere, vt

constat ex toto titulo *de tempore vicinato*, vt ait Machado tom. 1. lib. 3. p. 3. tract. 1. doc. 7. n. 7. & asserunt DD. communiter, 6. Est etiam incapax Beneficij coniugatus vir, vt constat ex cap. *diuersis*, & ex capit. *de eorum, de Cleric. coniug.* Et per Matrimonium vacant Beneficia, quæ quis habet, vt manet dictum.

INTERROG. V.

Quæ requirantur in eo, qui suscepturus est Beneficium?

13 Resp. 1. Requiritur Clericatus, ex cap. *Cum contingat de aetate, & qualitate*. Et ad minus debet esse Clericus primæ tonsuræ ex disposit. Pij V. Constit. 38. & tempore susceptionis Beneficij, debet esse Clericus in habitu Clericali, & tonsura aperta; alias collatio erit nulla. 2. Olim ad simplicia Beneficia sufficiebat ætas septem annorum. Sed iam iure nouo Tridentini sess. 23. cap. 6. exiguntur quatuordecim anni incepti; nisi aliud sit dispositum in fundatione Beneficij, cui noluit Concilium præiudicium inferre, vt aiunt Barbosa in collect. ibi, & Castro Palao 2. tom. tract. 13. disp. 4. punct. 3. Ad Episcopatum exigitur ætas triginta annorum, vt habetur in cap. *Cum in cunctis*. Ad dignitatem Ecclesiasticam habentem curam animarum inferiorem Episcopatu requiritur ætas viginti quinque an-

norum saltem inceptorum ex cap. *cum incunctis*, & ex Tridentino sess. 24. cap. 12. Ad alias dignitates, vel Personatus sine animarum cura requiruntur viginti, & duo anni completi ex Tridentino sess. 24. cap. 12. Ad Beneficium Parochiale requiritur annus viginti quintus inchoatus, vt constat ex cap. *licet can. de elect. in 6.*

14 Requiritur etiam scientia in suscipiente Beneficium, ea nempe, quæ necessaria est ad munus Beneficij obeundum, ex Concilio Lateranensi cap. *Cum in cunctis* de elect. Et id constat ratione naturali. Concilium Tridentinum sess. 22. capit. 2. præcipit, quod qui futurus sit Episcopus, sit Doctor, aut Licenciatus in Theologia, vel iure Canonico; aut saltem publico alicuius Academiæ testimonio ad alios docendos idoneus, ostendatur.

15 Requiritur etiam ad Beneficium morum probitas, & hoc iure naturæ; scilicet, vt non sit delictus peccatis grauibus, qui suscepturus est Beneficium. Ratio enim dicitur, ministros Dei, & Ecclesiæ maximè debere esse virtutibus ornatos; cum monitis, & exemplis alios debeant ad virtutem promouere.

16 Requiritur etiam intentio determinata status Clericalis, & Ecclesiastici, & suscipiendi Ordinem muneri suo annexum,

DD. communiter.

(S.)

INTERROG. VI.

Quæ obligatio sit post obtentum Beneficium?

17 Resp. 1. Beneficiarius est obligatus facere professionem fidei iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 1. & cap. 12. de reformat. 2. Est obligatus gestare habitum Clericalem, & tonsuram aper- tam, vt constat ex capit. *Joannes* de Cleric. coniug. & cap. 1. de bigam. in 6. & ex alijs. 3. Beneficiarius est obligatus dicere Of- ficiam Diuinam, non solum sub mortali, sed etiam cum onere restitutionis, vt alibi latius dicam. 4. Est obligatus residere in sua Ecclesia, quæ obligatio spe- cialiter comprehendit Episco- pos Parochos. & Canonicos. 5. Est obligatus facere elemosy- nam de bonis superfluis Beneficij post sustentationem congruam, vt asserunt DD. communiter ex Tridentino sess. 25. cap. 1. de re- format. Quam autem quantita- tem elemosynæ ex superfluis Beneficij teneantur Beneficarij erogare prout eis, vt satisfaciant suæ obligationi, non con- uenit inter DD. Et placet sen- tentia, quæ asserit Beneficarium satisfacere huic obligationi, si pauperibus tri- uit tertiam par- tem fructuum Beneficij. Quam tenent incommuni necessitates (etiam loq- uentes de Episcopis, & Parochis) plures; & grâues DD. Et videndi Granada loc. cit. & Hurtado de Mendoza tom. 2. de

charit. disp. 16 per totam.

18 Item placet sentia, quæ as- serit Beneficiarios esse dominos reddituū sui Beneficij, qui si omit- tant elemosynas non peccant contra iustiam, vt asserunt Sorus de iust. q. 4. artic. 3. Cordub, Mo- lina, Sarmiento, Couarrubias, Valentinia, & alij relati à Granada controu. 3. de Charit. disp. 3. sect. 1. n. 4. Qui de hac re videri potest.

19 Qui intra annum à colla- tione Beneficij Curati non ordi- natur Sacerdos *ipsa iure* priuatur Beneficio, vt statuitur in can. de elect. lib. 6. Et ita elapso anno (si Sacerdotium non suscepit) de- inceps amittit fructus, illoque tenetur restituere, vt cum Nauar. in Manual cap. 25. n. 117. asserunt DD. communiter. Si tamen Pa- rochus intra annum à die posses- sionis pacificè susceptæ compa- ruit, & se ordinari petijt, & Epis- copus eum noluit ordinare, nō punitur poena Canonis, vt decla- rauit Congregatio Cardinalium apud Salced. in pract. crim. c. 52.

20 Qui Beneficium Curatū sus- cipit sine animo se ordinandi Sa- cerdotio intra annū, tenetur fru- ctus restituere, vt asserunt Ro- drig. in sum. cap. 30 n. 3. Moure in ex am. 3 p. cap. 13 §. 5. nu. 3. & DD. communiter ex capit. *com- missum*, §. *ceterum de elect.* Si au- tem animo mutato intra an- num ordinetur, non tenetur re- stituere. DD. communiter. Po- test Episcopus dispensare cū Pa- rocho, vt non fiat Sacerdos intra

annum; si hic versetur in scholis
 suorum causa, scilicet, vt in-
 tra septem primos annos nō sus-
 cipiat Sacerdotium, dummodo
 intra primum annum fiat Sub-
 diaconus, vt decernitur, capio.
Cum eo de elect. lib. 6. Et asserunt
 Syluester *Beneficium*, 2. q. 2. Ro-
 driguez in sum. cap. 30. num. 4.
 & DD. communiter.

INTERROG. VII.

Quis possit habere plura Beneficia simul?

21. Resp. Habere plura Be-
 neficia simul est prohibitum ab
 Ecclesia, vt constat ex cap. *San-*
ctorum, dist. 20. & cap. *Clericus*
 21. q. 1. & ex Tridentino sess. 24.
 cap. 17. Quæ propositio intelli-
 gitur de omnibus Beneficijs, siue
 Curatis, siue simplicibus, vt de-
 clarauit Sacra Cōgregatio Car-
 dinaliū apud Rodriguez in sum.
 cap. 31. n. 2.

22. Sed permittitur in aliqui-
 bus casibus, aliquem habere plu-
 ra Beneficia, 1. Quando quodli-
 bet ex Beneficijs habet tenues
 redditus, 2. Quando vnum Bene-
 ficium est alteri vnitum, 3. Quā-
 do administerium vnius solius
 non inuenitur Clericus idoneus,
 4. Quando vnum Beneficium da-
 tur alicui in titulum, & alterum
 in commendam, vt habetur in
 capit. *Plures*, 21. q. 1. Et posse in
 hoc Papam dispensare nullus du-
 bitare potest; est enim Papa su-
 pra ius commune.

23. Quæ autem sint Beneficia
 incompatibilia, quæ in iure sunt
 prohibita. Videatur Ojeda in
 suo tract. de incompatibilitate
 Beneficior. cap. 7. & 20. Vide-
 tur etiam Sanchez lib. 2. consilij
 cap. 2. dub. 7. per totum.

INTERROG. VIII.

*An residentia Beneficarij sit de
 iure diuina?*

24. Resp. Affirmatiue, ma-
 xime in Beneficijs curatis sic Ca-
 ietanus 2. 2. q. 185. art. 5. Sotus,
 lib. 20. de iustit. art. 1. Nauarrus
 in Man. cap. 25. num. 21. Couar-
 rubias. lib. 3. res. cap. 13. & DD.
 communiter ex Tridentino sess.
 23. de reformat. Nec excusatur
 ab hac residentia Beneficiarius
 substituens alium idoneum vi-
 carium, vt ait D. Thomas in 4.
 distint. 21. q. 2. ar. 2. ad 3. & in ad-
 dit. q. 10. a. 5. ad 3. & cum eo Ho-
 stiensis, Caietanus, Sotus loc. cit.
 DD. communiter.

Pœna, quas incurrit Beneficia-
 rius non residens habentur in
 Tridentino sess. 24. cap. 12. de re-
 format. & cap. conquestus de
 Cleric. non read.

25. Possunt Beneficarij ab-
 esse per tres menses & non ultra,
 vt constat ex Tridentino loc. cit.
 Et Beneficarij qui non resident
 non faciunt fructus suos, sed eas
 restituere tenentur, vt constat ex
 Trid. sess. 6. cap. 1. de refor. Etsi
 Episcopus indigeat ab esse a sua

Ecclesiæ ultra tres menses, si est Metropolitanus debet petere licentiam a Papa, reliqui Episcopi a Metropolitano. Si autem sit periculum in mora, & necessitas urget, petat ab Episcopo vicino antiquiori. Ea que danda est in scriptis, ut ait Tridentin. loc. cit. Beneficiarius debet petere a suo Ordinario. Ita praxis.

INTERROG. IX.

Quomodo vacet Beneficium?

26 Resp. 1. Vacat Beneficium morte naturali possessoris. 2. Vacat morte civili possessoris, scilicet, per professionem in Religione approbata, ut constat ex cap. *Beneficium de Regular. in 6.* & docent DD. communiter, asserentes per professionem dictam non solum vacare Beneficia, sed etiam omnia iura, & pensiones Ecclesiasticas, &c. quia Religiosus professus censetur mortuus mundo. Tempore novitiatus nec Beneficia vacant, nec pensiones. 3. Vacat Beneficium per Matrimonium, ut iam dixi lect. de Ordine interrog. 4. Vacat Beneficium renuntiatione, ut constat ex tit. de renuntiat. in Decr.

& in 6. quæ renuntiatio sic definitur, est *cessio seu depositio Beneficij propriij*. Et ut renuntiatio teneat, necessum est, quod fiat auctoritate Superioris. cap. vltim. de renuntiat. 5. Vacat Beneficium permutatione, quæ debet fieri auctoritate Prælati, ut constat ex cap. *Questum, & cap. vlt. de r. r. permutat.* Et permutatio est *reciproca & mutua Beneficiorum resignatio, qua ad invicem fit interpermutantes*. 5. Vacat Beneficium promotione ad Episcopatum, vel Abbatiam, ut constat ex cap. *cum incunctis. §. vero de elect.* & Trident. sess. 7. c. 9. Si vacant pensiones dubitant DD. Alij aiunt. Alij negant, apud Garcia de Benefic. 1. parte, capit. 5. n. 110.

27. Per delictum etiam vacant Beneficia post sententiam iudicis. 1. Si Beneficiarius nolit residere. 2. Si est homicida. 3. Si Beneficiarius sit publicus concubinaris, & monitus a Superiore non se correxerit, 4. Si fuit per iurium, 5. Si fuit blasphemus. De quibus late Rebusus in praxi tit. de modo anuitendi Beneficium, & Bernardus Diaz in praxi criminali. Et hæc de Beneficijs.

(*)

S. S E C V N D V S.

De Officio Divino.

INTERROG. I.

Quid sit Officium Divinum?

1 Resp. *Est Latas Dei vocaliter expressa per Ecclesiam decreta. Sic Toletus in summ. lib. 2. capit. 10. Quod Divinum Officiū (quod Horas Canonicas vocāt) diuiditur in septem, Matutinam, Primam, Tertiam, Sextam, Nonā, Vesperam, & Completorium. Imitataque est Ecclesia tota Regis Vatis morem laudandi septies Deum iuxta illud, Psalm: Septies in die laudem dixi tibi. Et significant hę septē Horę varia Christi Passionis tempora prout hęc carmina indicant: Matutinali- gat Christum, qui criminis purgat. Prima replet sputis. Dat causam Tertiam mortis. Sexta Cruel nectit. Latus eius Nona bipertit. Vespera deponit, & titulo Completa reponit.*

INTERROG. II.

Qui teneantur recitare Divinum Officiū?

2 Resp. 1. Tenetur illud recitare subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos, ratione solius ac- pra II Ordinis, vt constat ex cap.

dolentes de celebrat. Miss. 2. Tenetur illud recitare Beneficiarius ratione Beneficiij, siue hoc Cura- tum sit siue simplex; Beneficium enim datur propter Officiū, vt constat ex Concilio Lateran. sub Leone X. sess. 9. Quod intelligitur, per se loquendo; nam sunt aliqua Beneficia, quę ex institu- tione non habent obligationem dicendi Officiū diuinum, sed alias preces, vt sunt quędam sim- plices Præpositurę, vel Persona- tus, vel Prioratus, qui so- lum obligant ad recitationem Officiij B. M. V. vel alicuius Psal- mi, vt asserunt Villalobos, & Bo- nacina apud Trullench in ex- posit. Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 2. Præstimonarius tenetur dicere Officiū diuinū; quia Præstimonium est Benefi- cium simplex, vt latē probat Suarez, tom. 2. de Relig. libr. 4. cap. 22. num. 8. Et tenet Garcia de Benefic. 1. p. cap. 2. num. 117. cum alijs. Pensionarius solum te- netur recitare Officiū B. M. V. ex constit. Pij V. ex proximo, &c. Quod intelligitur, quando vt Clericus pensionē recipit. Quia si recipiat, non vt Clericus, sed titulo seculari obpullandas cam-

panas, vel organa, vel ratione militiæ, &c. non tenetur recitare; quia non suscipit, vt Clericus. Incipit obligatio recitandi in Beneficiario, quando hic habet ius in re respectu Beneficij; quando Beneficium incipit esse suum, per collationem, institutionem, aut confirmationem, & illud iam acceptauit, quamuis non obtinuerit possessionem, vt ait Nauarrus capit. 7. de oration. numer. 19. Sed non de sunt, qui dicant, non esse obligatum recitare Officium, quoadusque habeat pacificam possessionem Beneficij. Sic Lesius lib. 2. capit. 34. dub. 30. Azor, & Suarez apud Dianam, 1. part. tract. 12. resol. 21. Et si Beneficium sit tenue, est obligatio recitandi, vt asserunt Hostiensis, Abbas, Turrecremata, Nauarrus, Ledesma, Lesius, & alij. Sed Sotus contrarium tenet, lib. 10. de iust. quest. 5. quem sequitur Aragon 2.2. quest. 83. artic. 12. & etiam sequuntur alij dicente, quod vt Beneficiarius inducat obligationem dicendi Officium diuinum, debet esse sufficiens ad bonam partem moderate sustentationis Beneficarij, alias hic non dicitur viuere de Ecclesia. Et videndus circa hoc Thrullench loco citato. Qui habet multa Beneficia tenuia, ex quibus percipit fructus cōpetentes tenetur ad Officium diuinum, vt asserunt

Doctores communiter. Qui etiam dicunt, teneri recitare Beneficiarum, qui sua culpa, aut voluntariè non recipit fructus Beneficij. Qui habet multa Beneficia, satisfacit obligationi recitandi, si semel in die dicat Officium diuinum; nam multiplicatio titulorum non multiplicat obligationem. Est etiam obligatus recitare Officium ad diuinum, qui habet Capellaniam collatiuam, quæ reputatur Beneficium Ecclesiasticum, vt asserunt Nauarrus, Aragon, Villalobos, & Doctores communiter; licet illi in seruiat per aliam personam: sicuti, & tenetur recitare Beneficarius, qui per alium inseruit Beneficio. Doctores communiter. Si tamen Capellania collatiua non sit, nulla est obligatio recitandi, quia hæc non est Beneficium Ecclesiasticum Beneficiarius non est excusatus recitare primo, & secundo anno, ex eo quod percipiat fructus defunctus, aut fabrica Ecclesie; quia ipse voluntariè se subiecit huic oneri, & habet titulum & possessionem Beneficij, cui est annexa obligatio recitandi. Quamuis probabile sit, non esse obligatum recitare in anno, quo fabrica percipit fructus, si fructuum nihil Beneficiarius recipiat, vt asserunt Sanchez in cons. ad 1. p. lib. 12. capit. 2. dub. 75. Castro. Palao.

rom. 2. disp. 2. punct. 2. §. n. 9. & alij. Qui est in possessione Beneficij litigiosi, & adhuc fructus non percipit, sed habet probabilitatem, quod illos percepturus sit, tenetur recitare Officium diuinum; secus autem si hac careat probabilitate. Lesius, Villalobos, & alij. Si pensionarius aliàs erat obligatus dicere Officium diuinum, sufficit hoc recitare solum, nec tenetur recitare Officium B. M. V. Quod pro folis pensionarijs præceptum est, vt asserunt Azor 1. p. lib. 10. cap. 4. q. 3. Villalobos, Bonacina, Trullench, & alij 3. Tenetur recitare Officiũ diuinũ Religiosi professi choro deputati vulgo *Coristis*, etiã si non sint in Sacris constituti, & *orden los de Orden Sacro*; id enim obtinuit consuetudo, legitima introducta, quæ habet vim legis, vt asserunt Syl- uester, v. *Hora* q. 2. D. Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 4. Sotus lib. de iust. q. 5. art. 4. Toletus, Nauarrus de orat. capit. 7. nu. 2. & 5. & DD. communiter, antiqui, & recentiores. Quam consuetudinem extendunt etiam ad Moniales profectas choro deputatas, illas obligantes ad diuini Officij recitationem, 4. Nouitius non est obligatus dicere Officiũ diuinum, ad quem non extenditur consuetudo recitandi. DD. communiter, 5. Religiosus laicus diuinum Officium dicere nõ tenetur, qui ad domesticã officia Religionis receptus est. Quod

etiam intelligitur si sacris initiatur sine Prælati licentia, qui in poenam suæ inobedientiæ talisque delicti præcepit Leo X. vt minimè recitate permittatur, sed cogatur laborare omni Clericali dignitate priuatus, vt ait Rodriguez in sum. cap. 140. nu. 3. & ex illo idem asserunt Moure, & Villalobos, & DD. communiter, 6. Chorista fugitiuus recitare tenetur secundum, Vazquez, Malderum, Suarez, Filiac. & Villalobos apud Dianam 2. p. tract. de Hor. Can. ref. 18. Sed non esse obligatum asserit Bonacina de Hor. Canon disp. 1. q. 2. punct. 2. num. 5. Et idem asserit de Chorista eiecto ad breue tempus e Monasterio, vel in perpetuũ; eo quod iste fugitiuus, & iure eiectus constituatur in statu, in quo non est consuetudo recitandi Officium diuinum. In quod inclina Diana loc. cit. & ref. 40. asserit bene, nec Religiosum professum, nec initiatum Ordine sacro ad trêmes dñatos teneri soluere diuinum Officium, quia vt ait Diana, vsus est in contrarium, & satis afflictionis est hominib⁹ illis in illo misero statu, & id cederet in dedecus Ordinis Ecclesiastici, si in illa colluie hominũ, ostenderet suum statum. Et sic tenet Sotus de iust. lib. 10. q. 5. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 8. num. 11. Lesius de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 9. & alij, 7. Tenentur dicere Officium diuinum excommunicati, suspensi, & interdicti, irregulares,

res, & c. quia isti priuantur honoribus non oneribus. Nec in hoc debet eis crimen patrocinari. DD. communiter.

INTERROG. III.

An Officium diuinum sit integre recitandum?

3 Resp. 1. Qui est obligatus recitare Officium diuinum debet illud dicere integre sub mortali, vt asserunt DD. communiter. Et idem est, si vnā omittat Horam ex septem Canonicis, vel illius grauem partē, qualis esset tertia pars illius, secundū Nauar. de orat. cap. 7. num. 5. & Villalob. tom. 1. diffic. 10. num. 1. & Azor cap. 7. q. 3. sed Suarez, & Filiucius id extendunt ad Horæ medietatem. Et Lesius lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 52. (& illum sequuntur Bonacina, & Castro Palao) ait quod omittere vnā Horam sit mortale peccatum, sed mortale non esse, omittere medietatem, aut tertiam partem illius, 2. Qui Officium totū omittit nō cōmittit tot peccata, quot sunt Horæ omiſſæ, vt dixit Lesius loc. cit. n. 53. Sed solum committit peccatum maius, quam si vnā vel duas Horas omittere; eo quod omnes Horæ vnum componant Officium diuinum. Suarez, Nauarrus, Filiucius, Villalobos apud Dianam 1. p. tract. 12. ref. 5. & DD. communiter, 4. Si per vnum mensem quis non re-

citatur tot committit peccata, quot dies habet mensis, vt asserunt DD. communiter. Qui idē dicunt de eo, qui nauigando proiecit Breuiariū in mare, qui si ex hoc non recitet per viginti dies, viginte quinq; mortalia peccata committit. Qui non tenetur cōfiteri dictam projectionem Breuiarij; nam actus ille, quō se impotentem reddidit ad recitandum, non est distinctus moraliter ab omissione diuini Officij cōsequēte, vt ait Diana 1. p. de circ. cunst. ref. 63. & tenent DD. communiter, 5. Qui cum alio recitat alternatim, seu *de horas*, adimplet obligationem recitandi. DD. communiter. Et quando tres, aut quatuor simul recitant Officium diuinum, non est necesse, vt omnes dicant antiphonas: fat est, si vnus illas dicat, vt aiunt Syluester, & Nauarrus, & DD. communiter. Et fat est etiam, si vnus dicat lectiones, vt ait Villalobos dif. 10. num. 4. & ita habet consuetudo, 6. Qui in Choro recitat debet dicere versum organi, quidquid dicat Sanchez in cons. 2. p. lib. 7. cap. 2. id negans, esse necessarium, 7. Qui canit in choro adeo voce submissa, vt non audiatur, implet obligationem recitandi, vt asserunt Aragon, Filiucius, & Villalob. Sed si hic sit præbendatus est obligatus canere in choro cum alijs, & si non canat distributiones non lucratur, vt asserunt Nauarrus, Azor, & Villalobos, & alij plu-

rium ex Tridentino sess. 24. cap. 10. Dianam 2. p. tract. 12. ref. 13. &
 12. de reformat. & ex Constitut. Pij V. ex proximo Lateranensi
 Concilio. Et sunt, qui dicant, hunc non canentem in Choro,
 præbendam posse suscipere dimidiam partem distributionum,
 quæ etiã mandantur, propter assentiam. Quod etiam mihi placet cum Suárez, & Diana 2. p.
 tract. 12. ref. 33. & alijs. Et videndus Trullench in Decal. lib. 1.
 cap. 7. dub. 16. num. 8. & id benè tractans, 8. Divini Officij obligationem adimplet, qui existēs
 in Choro dicit suum versum, & non audit, quem dicit alter Chorus,
 dūmodo attendat, si non potest percipere. Sã v. Horæ Canonica, & Suárez tom. 2. de Relig.
 cap. 8. nu. 15. loquens de surdo, qui nequit audire versum alterius Chori,
 quādo cantat, aut recitat, 9. Qui exit ē Choro adimplet obligationem
 divini Officij, si recitet foris, quod exiens à Choro omisit. Et si in
 Chorū ingressus est incepto Officio divino, adimplet, dicendo postea,
 quod iam erat recitatum. DD. communiter, 10. Qui occupatur
 impulsantis organo in Choro, in mutandis libris ex vna in aliã
 partem, in thurificando, &c. dicunt aliqui teneri supplere postea,
 & dicere eam partem Officij, quã omisit in hoc occupatus
 exercitio. Sed cōtrarium tenent Layman in Theol. Mor. lib. 4.
 cap. 5. num. 7. Molfesius, Aragō, Badius, & Reginaldus apud

Dianam 2. p. tract. 12. ref. 13. & alij, 10. Debet pronuntiare, qui
 recitat Officium divinum. Sed qui male pronunciat, seu est ignarus
 ad implet nihilominus obligationem recitandi, vt ait Vilalobos num. 7. & DD. communiter,
 cum ad impossibile nemo teneatur; & hic nequit pronuntiare
 benè; vel ob impedimentū linguæ, vel quia est ignarus.

INTERROG. IV.

An Officium divinum debeat dici sine interruptione?

4. Resp. Affirmatiuè ex cap. dolentes de celebrat. M. ff. Quod est,
 quòd quælibet Hora dicatur continuata. Et si Officium
 divinum interrumpatur per longum spatium temporis sine causa,
 debet Hora integra iterum recitari, secundum Nauarrum de
 orat. cap. 16. & Medina de orat. q. 16. Sed contraria sententia est
 satis probabilis asserens, interrumpere Officium divinum per
 longum spatium temporis nec mortale esse, nec esse obligationem
 repetendi Horam interruptam. Sic Aragon 2. 2 q. 83. artic. 12.
 noster Vega in sum. tom. 1. cap. 128. cas. 21. Ledesma. in sum. 2.
 p. tract. 9. cap. 1. Layman, Lessius, & alij, quos refert, & sequitur
 Diana ref. 4. Quod, & mihi placet, eo quòd cum magna
 interruptione manet substantia divini Officij, nam quilibet Psalmus,

& versiculus habent suam significationem completam, & sunt per se, vel precatio, vel laudatio, vel sententia non habens connexionem necessariam cum alijs; ergo, &c. Et ita solum erit veniale interrompere diuinum Officium sine causa. Quæ si subsit, nec veniale peccatum erit. Quæ si esset, audire concionem, audire Missam, vel illam celebrare, aut facere aliquid præceptum à Superiore, aut quodlibet opus virtutis, vel aliquid necessarium ad salutem, famam, aut alterum bonum nostrum, aut proximi, vt ait Villalobos diffic. 11. n. 5. cum Nauarr. cap. 16.

INTERROG. V.

Qua hora sit diuinum Officium recitandum?

3 Resp. In Choro est obligatio dicendi Officium diuinum suo tempore ex capit. *dolentes de celebration. Miss.* Et facit ad hoc multum consuetudo, quam habent Ecclesie, vt ait Villalobos diffic. 12. Extra chorum adimplet præceptum recitandi, qui anteponit, vel posponit; quamuis non recitet debitis horis, nam hic seruatur substantia diuini Officij, & designatio Horarum pro certis temporibus est pro Officio publico in Choro, non autem pro Officio dicendo à particulari extra illum, vt asserunt D. D. communiter. Qui

etiam dicunt, quod Horas anteponere vel posponere, si fiat hoc à particulari, sit solum culpa venialis, si fiat sine causa; si vero sit iusta causa, nulla erit culpa; vt bene Bonacina de Horis Canonice. disput. 1. q. 3. punct. 4. quia quod ex iusta causa fit, prudenter, & rationabiliter fieri dicitur. Horæ minores dicendæ sunt à dimidia nocte, vsque ad sequentem noctem dimidiam. D. D. communiter.

6 Horæ matutinæ ex consuetudine dici possunt ante dimidiam noctem. Et sufficit quarta hora vespertina diei antecedentis, vt ab illa possit incipi recitatio illarum. Et secundum aliquos possunt recitari ab hora tertia sub vespere. Et videtur; dicitur Enriquez tom. 2. libr. 9. de Miss. capit. 24. n. 17. in comment. lit. P.

6 Quotidie est obligatio dicendi Officium diuinum. Quæ obligatio incipit à dimidia nocte diei præcedentis vsque ad dimidiam sequentem noctem. Quæ obligatio tunc finitur, cum Officium diuinum recitare sit onus affixum illi diei; ergo transacta die cessat obligatio. Doctores communiter.

(.S.)

INTERROG. VI.

Quo in loco fit recitandum diuinum Officium?

6. Resp. Officium diuinum recitandum est in Ecclesia, vel loco determinato, vt asserunt DD. communiter. Priuatum vero potest recitari vbique; dummodo quiete, & decenter possit recitari, vt asserunt DD. communiter. Et ait bené Villalobos difac. 14. num. 4. *Quando el Officio diuino no se dice en Comunidad, basta que se diga en qualquiera parte, con que no sea en lugar inquieto, ni contradiga a la reuerencia; que se deue al Officio Diuino.*

INTERROG. VII.

An Officium diuinum debeat attentere recitari?

7. Resp. Affirmatiuè, vt constat ex cap. dolentes de celebratione. Miss. vbi præcipitur, quod Officium diuinum dicatur *studiosa pariter, & deuote*. Et in verbo deuote Glossa intelligit attentionem. Et cum attentio ex Diu. Thoma 2. 2. quæst. 83. art. 13. sit triplex, 1. Ad sola verba nerretur in illis, 2. Ad sensum illorum, 3. Ad finem intentum; in oratione, qui est Deus; quælibet ex his attentionibus sufficit ad Officium diuinum perso-

uendum, vt asserunt DD. communiter. Nec necessè quod dicta attentio sit formalis, & actualis, scilicet; quando aliquis actualiter attendit, satis est virtualis, quæ quis voluit in initio vacare Deo, licet actualiter per inaduertentiam distrahatur, vt asserunt Nauarrus in Man. cap. 25. num. 104. Moure in exam. part. 3. cap. 12. §. 6. num. 2. & DD. communiter. Et ita dicunt etiam, eum, qui Breuiarium sumit, vt recitet, vel vt eat in Chorum ad dicendum diuinum Officium, iam habere attentionem virtualem. Et ita quamuis postea inuoluntariè distrahatur ad implet præceptum recitandi, vt asserunt Ioannes Maior, & Azor apud Villalobos tom. 1. tract. 24. diffic. 5. num. 8. & alij. Qui recitat Officium diuinum audiendo Missam, ad implet vtrumque præceptum, vt asserit Toletus lib. 2. cap. 13. Cai-tanus, Sorus Aragõ & alij; eo quod ista duo ordinantur ad eundem finem; nempe ad vacandam rébus diuinis. Idem dicunt de eo, qui dicit Officium diuinum vestiendo se, exuendo aut lauando Sorus, Nauarrus, & Azor apud Villalobos diffic. 15. num. 9. quia cum his actionibus est compatibilis attentio. Qui recitat Officium diuinum sine attentione formali, vel virtuali non ad implet obligationem dicendi illud; cum non recitet *attentè, & deuote*, vt præcipitur in capite dolentes, vt asserunt Sorus,

rius, Paludatus, Aragon, Gabriel, Villalobos, & alij, contra Lesum libr. 2. capit. 37. dub. 11. numer. 68. Azor, Malderum, & alios asserentes satisfacere, etiam si recitet voluntariè distractus. Quos refert, & sequitur Diana 2. part. tract. 12. res. 1. Et est opinio fauorabilis pro serupulosis.

INTERROG. VIII.

Quod Officium diuinum sit recitandum?

Resp. Omnes Ecclesiastici tenentur recitare per Breuiarium Romanum exceptis his, qui cōsuetudine ducentorum annorū, aut institutione Sedis Apostolicæ aliud Officium recitant; ex Breui Pij V. in principio Breuiarij. Et vbi Romanum receptum non fuerit tenentur Ecclesiastici se conformare, & recitare iuxta ritum suæ Ecclesiæ, seu Diocesis iuxta ea placuit dist. 12. Religiosus Episcopus debet se cōformare Breuiario suæ Ecclesiæ. Possunt recitare cū illo Religiosi, quos secū habet socios, vt ait Villalobos diffie. 15. n. 3. cū alijs Regularis. Habēs Breuiarium proprium potest extra Chorum dicere Officium Breuiarij Romani, & se conformare Romanæ Ecclesiæ quæ Mater est omnium Ecclesiarum, vt asserunt Bonacin. Trullench, Diana 2. p. tract. res. 10. & DD. communi-

ter. Secus dicendum est de Religioso Carmelita, v. g. qui nequit dicere Officium Dominicanorum, & econtra, quidquid dicat Caramuel in Theolog. Regul. disp. 109. n. 139.

9 Officium diuinum debet dici ad præscriptum Breuiarij, ita vt si sit præceptū recitandi de Sāto aliquo, recitandum est de illo; si de feria, de illa dicendum est Officium diuinum.

10 Sed qui recitat de vno Sāto obligatus recitare de alio, aut de feria, nec peccat mortaliter, nec iterum recitare tenetur, quia iam ad impleuit substantiā Officij diuini, vt cum Syluestro, & Azor dicunt noster Vega in sum. tom. 1. cap. 128. c. 17. Valzer. Lesi. Medin. & alij quos citat, & sequitur Diana 2. p. tract. 12. res. 3. contra Vazq. opusc. de Benefic. cap. 4. §. 1. dub. 2. n. 60. Reginald. Suar. & alios. Quod si recitans faciat hanc mutationē Officij diuini sine causa erit peccatum veniale. Sed si cum causa faciat, nullū est peccatū, vt asserūt Sylu. & Azor apud Dia. loc. cit.

11 Officio diuino Resurrectionis nō ad impletur præceptū recitandi, quia vt bene ait Diana in Offic. Resur. in hoc Officio mutatur notabiliter modus recitandi Officium diuinum, neque moraliter, vt in alijs officijs redditur æquipollens. Est contra Caram. in Theolog. Regul. disp. 109. nu. 238. Cuius opinio iam coram ex declaratione Alexand. VII. qui

illam ad praxim reducere prohibuit anno 2666.

II Horæ Canonice publicè sunt dicende in Ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis, & Conuentualibus, sub mortali, vt asserunt DD. communiter ex Clem. graue de celebr. Miſſ. Et debent dici Horæ in communitate prout præcipit Rubrica Breuiarij in illo die, sine eo quòd possit fieri mutatio. Et hoc sub mortali, nisi esset vrgentiſſima causa mutandi Officiũ, vt asserit Ioann. a Cruce in sum. præcep. 7. art. 3. dub. cõca. Idem asserens circa defectum Ordinis in dicendis Moris in Choro, & interpolatione, & interruptione illarum, cum Raphael. de la Torre contr. 10. disp. 2. Hæc obligatio dicendi Officiũ diuinũ in choro attinet ad Prælatum primario, & per se, & etiã ad illos, quibus ex Officio incumbit dicere Officiũ diuinum in Choro, vt sunt Beneficiarij ad hoc deputati. De quorum obligatione in Choro. Videatur Trullench dub. 1. Officiũ paruum B. M. V. & Defunctorum Psalmi Poenitentiales, & Graduales, nõ sunt Horæ Canonice. Nec est obligatio dicendi dicta Officia, & dictos Psalmos extra Chorum, iuxta Bullam Pij V. quæ incipit: *Quod à nobis*, &c. Excipe Officiũ defunctorũ, quod necessario dicendũ die 2. Nouẽbris, eo quòd sit Officiũ præceptũ in illo die, vt aiunt DD. cõmuniter Qui etiã cõmuniter dicunt tenent dicere

Littranas, qui in die Rogationũ processionem non interest; quia sic præcipit Rubr. Breuiarij. Est contra Vazq. opusc. de Benefic. cap. 4. §. 2r. 2. dub. 2. Molſel. & alios citatos à Leand. tom. 2. de Sac. tract. 6. q. 62. negantes esse obligationem dicendi illas sub mortali, qui nõ interest processionem.

INTERROG. IX.

Quæ causæ excusent à recitatione Officij diuini?

12 Resp. 1. Excusat infirmitas, quam notabiliter offendit, & 2. grauatur recitatio. DD. communiter, 2. Excusat occupatio circa negotium publicum; quã notabiliter impediret Officij recitatio, qualis est prædicatio, vel lectio, vel defensio cõclusionum publice habenda, 3. Excusat etiã occupatio circa negotiũ priuarum, quod quidẽ non fiet, si recitatur: qualis est occupatio circa litem de re graui: vel si est magna necessitas agendi viam celeriter pro re magni momenti, vt ait Mourin exam. 3. p. cap. 13. §. 7. nu. 1. Et tenent DD. communiter, 4. Excusat custodia infirmi grauius periclitantis, si assistendo illi nequit persolui Officiũ diuinum. DD. cõmuniter, 5. Qui iter agit, aut studet, ex hoc non est libera recitatione diuini Officij. Doctores communiter, 6. Liber est à recitatione diuini Officij, qui obtinuit dispensationem à Pap.

ad non recitandum, si quidem recitare Officium diuinum est de iure positio in quo (sine dubio) potest Papa dispensare, 7. Qui caret Diurnali, & Breuiario, nec scit memoriter Officium diuinum, illud dicere non est obligatus; quia illud dicere non potest, & ad impossibilia nemo tenetur. Si quis careat Breuiario, sed habet Diurnale debet dicere Psalmos feriales illius diei, & electiones, vel de Officio paruo B. M. V. seu de Officio defunctorum, vt ait Villalobos diff. 16. num. 10. & debet dicere Horas minores, vt ait prædictus Villalobos. Qui addit bene, quod si etiam careat Diurnali, & memoria teneat Psalmos Laudum, & Horas minores, eas debeat dicere, simul cum Capitulis quorum meminerit. Idem dicendum de cæco, qui si memoria teneat Horas, est obligatus illas dicere. Qui quidem cæcus est obligatus recitare cum socio, si id commodè facere possit. Vt asserunt DD. communiter. Qui ordinatur Subdiaconus, sufficit, quod ille dicat Horas, quas Ordinem subsequuntur, quia à suscepto Ordine incipit obligatio recitandi Azor, Villalobos, & DD. communiter.

(. .)

6229

INTERROG. X.

An Beneficiarius, qui non persoluit Officium diuinum teneatur restituere?

13. Resp. Beneficiarius qui transactis sex mensibus à possessione Beneficij omittit sine causa legitima Officium diuinum est obligatus prorata restituere fructus Beneficij, vt constat ex Concilio Lateran. sub Leon. X. Statuimus quoque, & ordinamus, &c. Quod decretum innouauit Pius V. Constit. Ex proximo Lateran. Conuil. Et est obligatus Beneficiarius in foro conscientie restituere fructus si non recitat culpabiliter, cum fructus non faciat suos. Quæ obligatio est in foro conscientie, etiam ante sententiã iudicis. Quæ restitutio sic est facienda: si omisit Matutinum restituet dimidiam partem fructuum: & si hoc dicto omisit reliquas Horas restituet e. à medietate fructuum: & pro qualibet Hora omissa, v.g. Prima, Tertia, &c. restituere debet sextam partem fructuum. Et si habuerit duplex Beneficium, seu duo Beneficia, omnes fructus debet restituere modo dicto. Quod qui dem intelligitur de Beneficiarijs, qui habent Beneficia, quæ solum obligant ad recitandum, vt sunt pensionarij, præsumonarij, &c. Quia secus dicendum est de habentibus Beneficia, quæ præcipue obligant ad celebrandum prædicandum, & docendum, aut ad cura animarum qui si culpabiliter

Iter omittant recitare debet restituere tertiā partē fructuū prorata omissionis modo iā dicto. Sic explicat motū Pij V. Medina in sum. præcep. 7. §. 11. Ludouicus Lopez tom. 1. cap. 245. Toletus lib. 2. ca. 12. & alij. Et sunt qui dicant apud Dianam 2. part. tract. 12. res. 8. quod Episcopi, & Parochi solum teneantur restituere quintam partem fructuū, & quod possint retinere reliquas quatuor, ratione onerum sui muneris. Qui etiam Diana cum Filiucio tom. 2. tract. 23. cap. 10. n. 219. asserit pro omissione minori, quam vnus Horæ integræ nõ esse aliquid restituendum. Quod quidem merito displicet Reginaldo lib. 3. tract. 3. capit. 4. num. 44. asserenti ex Suarez, omissionem, quæ constituit peccatum mortale obligare ad restitutionem. Et idem asserunt Toletus lib. 2. cap. 12. num. 6 Petrus Nauarra lib. 2. cap. 2. dub. 3. & DD. cõmuniter.

14. Et declarat Pontifex, quod in Beneficijs intelliguntur præstimonias, portiones, & quodcumque Beneficium, etiam si seruitio careat. Et idem est de pensionarijs, quibus à Pio V. imposita est obligatio dicendi Officium paruum B. M. V. qui si dictum Officium non recitent, teneantur restituere fructus prorata sicut Beneficarij, vt asserunt DD. communiter.

15. Nec excusat à restitutione altero die sequenti Officium

diuinum omittum recitare, vt dixit Molfesius in sum. to. 1. tract. 5. cap. 5. num. 17. eo quod recitatio diuini Officij est omni affi diei. Et Pius V. in Bulla ait, eum qui non recitat suo tempore nõ facere fructus suos, ergo si hodie non recitat, fructus suos non facit, & nihil inter est, quod crastinat die dicat Officium omittum.

16. Beneficiarius, qui inculpabiliter omittit diuinum Officium restituere non tenetur, vt asserunt Sanchez in cõs. 1. p. lib. 2. cap. cum Nauarro de orat. capit. 2. Thrullench nũ. 10. & DD. communiter, eo quod restitutio fructuum sit pœna, quæ supra culpam cadere debet.

17. Qui Beneficiarius non est, etiam si sit sacris initiatus ordinibus, si omittat recitare Officium diuinum, nihil tenetur restituere, quia hæc obligatio restituendi, solum est pro Beneficario, & pensionario, vt constat ex Concilio Lateranensi, & ex Bulla Pij V.

18. Restitutio hæc propter diuinum Officium omittum debet fieri, vel pauperibus, vel fabricæ Ecclesiæ, in qua est Beneficium, vt constat ex Concilio Lateranensi §. Statuimus, & ex Bulla Pij V. Et nomine pauperum possunt intelligi, 1. Ipse Beneficiarius, si est pauper, & id non fiat in occasionem non recitandi, 2. Intelligi possunt mater eius, fratres, & sorores, etiam si non sint mendici, si non habeant, ne-

cessarium ad decentiam status, & personarum, vt ait Diana 2. p. tract. 12. ref. 27. & alij apud ipsum, 3. Possunt intelligi animæ Purgatorij, pro quibus dici possunt Missæ, & altera suffragia applicari; sicuti restitutio hæc fieri potest alijs pauperibus.

19. Nomine fabricæ Ecclesiæ non solum intelligitur Ecclesia, in qua est Beneficium; sed etiam domus, vbi habitat Beneficiarius, aut alterius domus Beneficij, aut utilitas reddendi meliores terras Beneficij, aut illas de nouo emendi ad augmentum Beneficij, vt ait Diana loc. citat.

cum Suarez lib. 4. cap. 30. num. 19. & alij. Et hæc de Officio diuino; & de Sacramentis in genere, & in specie. Ad laudem Omnipotentis Dei, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, Beatissimæ Virginis Mariæ sine macula peccati originalis conceptæ in primo instanti sui esse. Nec non, & gloriosissimi Patriarchæ S. Francisci de Paula, Ordinis sacri Minimorum Fundatoris. Quæ omnia hic scripta subijcio humiliter, & ex corde de correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ.



INDEX RERUM NOTABILIVM
in hoc opere contentarum, P. significat pa-
ginam, N. numerum.

A

Abbatess exempti, secundū pro-
babilem sententiā, possunt circa
suos Subditos vti facultate ab-
soluendi à casibus oculis cōces-
sa in Tridentino Episcopis, scil.
24. cap. 6. p. 23. 12. 19.

Abbatess exempti fruētes iu-
risdictione quasi Episcopali pos-
sunt approbare confessarios ad
audiendas confessiones suorum
Subditorum, p. 224. n. 201.

Abbatissa est incapax iurisdic-
tionis Ecclesiasticæ, p. 262. nu-
342.

Absolutio à peccatis nequit
dari absentis. Et quæ sic daretur
est nulla, ex declaratione Clem.
VIII. p. 174. n. 27.

Absolvere potest simplex Sa-
cerdos, à peccatis venialibus, &
à mortalibus iam benè cōfessis,
quæ iam sunt in terra libera cō-
fessionis, p. 213. n. 170.

Absolvere potest simplex Sa-
cerdos in articulo, & periculo
mortis ab omnibus casibus, &
censuris. Ex Tridentino scil. 14.
cap. 7. p. 214. n. 176. Quod aliqui
intelligūt, etiā si esset presēs Para-
chus, vel alius approbatus Sacer-
dos, qui possint, & velint confes-
sionē audire, Sed probabilius est

contrarium, eo quòd iā cesset nō
necessitas, p. 215. n. 178.

Absolvere potest à censuris à
censuris, & peccatis simul his ver-
bis *absolvo te*. Quo in casu abso-
lutio à censuris est prior natura
absolutione à peccatis, p. 174. nu-
mer. 33.

Absolutio Sacramentalis ne-
quit dari per scriptum, etiam cō-
fessatio presente, nec licite, nec
valide p. 174. n. 27.

Absolvendus est peccator, qui
confitetur peccatum mortale eius
genere in memor peccati in par-
ticulari, & præcipuè in articulo
mortis, p. 203. n. 139.

Absolvendus est peccator, qui
in articulo mortis confitetur per
per nutus, & signa, *ò apriti la*
mano del Confessor, eo quòd hic
confitetur peccata sua modo,
quo potest ea confiteri, p. 203.
num. 140.

Absolvendus est poenitēs, qui
in articulo mortis petijt confes-
sionē, aut contritionis exhibuit
signa coram circumstantibus, &
quando venit confessarius, iam
est destitutus sensibus, sed dicunt
presentes illum confessionem
petiisse, p. 203. n. 140.

I N D E X.

Absolvens est etiam (secundum opinionem, & probabilem opinionem) moribundus, qui confessionem petiit, nec contritionis exhibuit signa, ex eo quod præsumat Ecclesia, cum qui Christiane vixit, in illo articulo habere desiderium confitendi, & dolorem suorum peccatorum, p. 203. n. 14.

Absolvere in his casibus tenetur Sacerdos (licet ipse contrarius teneat); nam cum absolvere possit, ex probabilitate harum opinionum piarum, tenetur absolvere ex charitate, p. 204. n. 141.

Absolutionem in dictis casibus dandam sub conditione, *s. possum. s. es copax*; dicunt DD. communiter. Sed Vazquez, Sanchez, & Granada dicunt; dandam esse absolute, p. 204. n. 142.

Absolui potest sacramentaliter subditus extra Diocesim; hæc enim iurisdicção non est contentiosa, sed voluntaria, p. 216. n. 183.

Absolutio data à Sacerdote fido, vel non baptizato est invalida. Quæ tamen daretur a Sacerdote vero, qui caret iurisdictione, valida est, si ad sit communitas error, p. 216. n. 185.

Ablutio, quæ est contactus successivus aquæ in corpore baptizati, est materia proxima Sacramenti Baptismi, p. 22. n. 11.

Ablutio debet fieri in toto corpore, vel in capite, ut certus sit Baptismus, p. 22. n. 12.

Accidens in Eucharistia ma-

nent sine subiecto. Et quemodo id intelligi debeat, p. 68. n. 76.

Acetum non est materia consecrationis Calicis; est enim iam vinum corruptum, p. 45. n. 16.

Actus minus principalis non est in confessione explicandus, explicato actu principali ad quem minus principales actus ordinantur, ut inchoationes illius, ut de osculis tactibus, &c. ordinatis ad copulam dicunt. DD. communiter. p. 201. n. 155.

Aliter loquentes de ipsis post copulam consummatam, quæ potius sunt novæ copulæ inchoationes, p. 201. n. 155.

Actus interior, & exterior efficiant unum moraliter, & unum numero peccatum constituunt, pag. 200. numer. 130.

Aggesta non est materia consecrationis Calicis; nondum enim est adepta statum vini, p. 45. n. 16.

Alapa impingitur in Confirmatione; tum ut recordetur confirmatus, se suscepisse hoc Sacramentum; tum ut sciat, se profide Christi subiturum in iurias pag. 37. n. 13.

Altare dicitur quasi *alta ara*. Est duplex, fixum, & portatile, pag. 163. n. 80.

Annus pro confessione annuali constitutus quomodo sit computandus, p. 193. n. 102.

Aqua non benedicta in Baptismo vi extra casum necessitatis, est peccatum mortale, p. 34. n. 54.

Aqua e vite orta non est ma-

teria pro Baptismo, quæ verè nō est aqua elementalī, p. 22. numer. 9.

Aqua vino consecrando admixta conuertitur in Sanguinē, p. 48. n. 25. Quam conuertit immediate in Sanguinem Christi sentiunt non ignobiles DD. pag. 48. n. 25. Sed probabilius est non conuerti, nisi sit prius in vinum conuersa, p. 48. n. 26.

Aqua modicissima in Calice mistenda bebet assē naturalis, p. 47. n. 24. Et si aqua rosacea, vel alia artificialis misceretur, nil obstat ad consecrationis valorē, p. 47. n. 24.

Aquæ hæc mixtio ante consecrationem fieri debet, & nullo modo post consecrationem, quāuis, vel obliuione, vel aliade causa omīssa fuerit, p. 48. n. 24.

Attritio est dolor de peccatis, vel propter pœnas infirmi, vel ob turpitudinem peccati. Quæ debet esse supernaturalis; prout est pars Sacramenti Pœnitentiæ, & ad gratiam dispositio, p.

Attritio nequit in contritionem transire; vna enim species non transit in aliam, p. 187. nu. 8. Quomodo autem dicatur, per Sacramentum hominem fieri de attrito contritum, explicatur, p. 187. n. 81.

Attritio supernaturalis requiritur in adulto suscipiente Baptismum; si hic habeat peccata mortalia, p. 31. n. 47.

B

Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma prescripta vrborum. Ex Magistro in 4. dist. 3. p. 19. n. 4.

Baptismus triplex, fluminis, fluminis, & sanguinis. Et qui nam hi sint, explicatur, pag. 34. n. 56. 57 & 58.

Baptismus in resusceptus est medium simpliciter necessariū paruulis ad salutem æternam. Ex Tridentino sess. 7. de Baptismo, can. 5. Et ex verbis Christi Ioann. Nisi quis renatus fuerit, &c. p. 20. n. 4.

Baptismus non valet collatus in nomine Genitoris geniti, & procedentis ab utroque, p. 2. n. 22. Sicuti non valet Baptismus qui conferretur in nomine solius Christi, in nomine Trinitatis, aut in nomine Crucis, p. 25. n. 20.

Baptismus causat gratiam recedente fictione ex D. Augustino lib. 1. de Baptismo; capit. & communi sensu DD. pag. 33. numer. 51.

Baptismus delet peccatum originale. De fide ex Tridentino, sess. 5. can. 5. Et in adultis delet etiam omnem culpam, tam mortalem, quam venialem, nisi ponatur obex, p. 32. n. 49.

Baptismus tollit omnem pœnam debitam pro peccatis. Quod est de fide definitum in Florentino in decreto Armenorū, p. 32. n. 49.

Baptismus (etiam si ponatur

ob ex) imprimit characterem, ut desinitur in Tridentino sess. 7. de Sacr. can. 9.

Baptizari debet monstrum ex viro, & foemina genitum; est enim verus homo, p. 29. n. 37.

Baptizare licet filios infidelium his inuitis, quando Ecclesia habet iurisdictionem spiritualem in parentes, ut sunt hi, qui suscepta fide ab ea recesserunt, pag. 29. n. 39.

Baptizatus remanet moribundus, qui ut baptizaretur fuisset projectus in puteum; quia non est alia aqua, quae possit ad Baptismum deservire, pag. 23. n. 14.

Beatis non prodest sacrificium Missae, nec quatenus propitiatorium, nec quatenus satisfactorium, nec quatenus impetratorium ad gloriam essentialem; cum iam fruantur summo bono, p. 129. n. 25.

Benedicere quis possit vestes sacras pro celebratione Missae, p. 156. n. 103.

Benedictionem quando amittant eingulum, alba, &c. p. 156. n. 103.

Blasphemia in Spiritum Sanctum quae nam sit. Et quo modo irremissibilis, p. 175. n. 136.

C

Calix pro Missa celebranda debet esse ex auro, vel argento, & ad minus ex stagno, ubi Ecclesia fuerit pauper. Ex Concilio Rhemensi, cap. ubi Calix dist. 1.

p. 155. n. 97.

Calix debet esse consecratus, similiter, & patena ab Episcopo p. 155. n. 97.

Calix, & patena amittunt consecrationem, si iterum in aurentur in ea parte interiori, quae immediate attingit corpus, & sanguinem Christi; cum per in aurationem hanc accrescat nova superficies, seu alterum vas, p. 155. n. 98.

Calix amittit consecrationem si cuppa illius separetur a pede fixo; non tamen illam amittit, si pes illius esset tornatilis, p. 155. n. 99.

Calices, & patenas possunt consecrari PP. Societatis Iesu in partibus remotissimis, ex Privilegio Pauli III. Quo Privilegio fruuntur Religiones, quae communicant in privilegijs Societatis Iesu, p. 155. n. 101.

Candelae in Missae sacrificio adhibendae quot nam, & quales sint, p. 154. n. 96.

Capellanus obligatus quotidie celebrare, potest vnam Missam omittere in hebdomada causa maioris honestatis, p. 144. n. 61.

Capellanus potest anticipare celebrare Missas suae Capellaniae, si Missae tales non sint, quod determinate debeant celebrari tali, vel tali die, p. 144. n. 60.

Capitulum sedevacante non potest indulgentias concedere; nam quantum ad hoc non succedit in iurisdictionem Episcopi extraordinaria concedendi in

I N D E X.

dulgentias, p. 266. n. 13.

Character quid sit, & quotuplex. Et ad quam speciem qualitatis pertineat. p. 12. num. 51. & 52.

Character Confirmationis, vel Ordinis supponit necessario characterem Baptismi, pag. 12. n. 52.

Christus incipit esse sub speciebus consecratis in eo instanti, in quo completur significatio verborum, p. 67. n. 71.

Christus desinit esse sub speciebus Eucharistiæ, quando succedit alia substantia, id est, quando ita alterantur species, ut desineret esse substantia panis, si esset sub illis, p. 68. n. 63.

Christus non desinit esse sub speciebus, quando in Eucharistia apparet caro, vel puer. Et quomodo fiant hæc apparitiones, p. 69. n. 75.

Circumstantia est, *quæ circumstat actum*, & veluti accidens illius in esse moris. Est multiplex contenta illis verbis: *Quis, quid, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando*, p. 204. n. 143.

Circumstantia quæ speciem mutat est necessario consistenda. Ex definitione Tridentini sess. 14. can. 7. p. 268. n. 159.

Circumstantia quæ non mutat speciem actus, sed auget malitiã intra eandem speciem notabiliter, secundi multos debet exprimi in confessione. Sed probatus alij asserunt, non debere committi, p. 208. n. 159.

Clauium potestas quid sit, & quotuplex, p. 261. n. 330.

Clericus à *Cleros* dicitur, id est desorte, & hereditate Domini, p. 318. n. 85.

Clerici sunt exempti a laicæ potestate, & quo iure, p. 318. num. 87. 90. & 91.

Communio quotidiana non est laicis quotidie cõsulenda, ex hoc precisè, quod careant ipsi mortali culpa, & se probauerint per confessionem, pag. 117. numer. 139.

Communicare tenetur Parochianus in sua Parochia, ut ad impleat præceptum communionis annuæ. Et est probabile, quod ad impleatur præceptum hoc, si communio fiat in Ecclesia Cathedrali, p. 90. n. 127.

Communio sub utraque specie fuit laicis prohibita, ob iustas, & rationabiles causas, p. 79. n. 108. & 109.

Communio potest dari saepius infirmo non ieiuno durante periculo mortis, secundum multos, & graues DD. Sed contrarium placet, si infirmus iam communicauit, & Eucharistiam sumptit pro viatico, p. 207. n. 152 & 153.

Communio non est necessaria illi, qui post Viaticum sumptum iterum peccauit in extremis; impleuit namque iam præceptum communicandi in articulo mortis, p. 40. n. 3.

Complex potest manifestari in confessione, secundum aliquos;

I N D E X.

quos! *Aljia* melius negant, p. 112 n. 169.

Concubinarius non est absol- uendus domi rēta concubina; est enim in periculo peccandi, p. 139 n. 263.

Conditiones confessionis re- censentur, p. 197. n. 115.

Conditiones requiritæ in con- fessario referuntur, p. 234. n. 251.

Confessarius (ut valide exci- piat confessiones secularium) de- bet esse ab Ordinario approba- tus, vel habere Beneficium Para- chiale, p. 227. n. 199.

Confessarius Regularium ap- probandus est à suo Superiore, p. 223. n. 200.

Confessarius tenetur monere poenitentem laborantem igno- rancia vicini; licet monitio pro- futura non sit, p. 237. n. 255.

Confessarius debet interroga- re poenitentem per aliquas inter- rogationes. Quæ recensentur, p. 236. n. 254.

Confessarius est obligatus, se conformare opinioni poeniten- tis, siue sit confessarius proprius, siue alienus, p. 238. n. 258.

Confessio Sacramentalis est legitima, & Sacramentalis satisfactio facta de peccatis proprijs facta Si- cendati ad obtinendam remissionem peccatorum per absolutissem, pag. 196. n. 18.

Confessio debet esse omnium peccatorum mortaliū. com- mitorum post Baptismū, & quæ poenitentia non est confessus, pag. 198. n. 121.

Confessio in quibus casibus de- beat iterari, p. 212.

Confessio peccati in genera- li sufficit, quando poenitens non recordatur peccati commissi in particulari, & præcipue in arti- culo mortis, p. 203. n. 137.

Confessio per uetus, & signa sufficit quando poenitens aliter confiteri non potest, pag. 203. n. 137.

Confessio pro implendo præ- cepto annuæ confessionis debet esse integra, & vera. Et contritiū expulsum est ab Alexandro VII. in Bulla *Santissimus audiuit*, p. 235. n. 111.

Confirmatio, est unctio exte- rior Crismatis ab Episcopo conse- crato facta in modum Crucis ad ac- cipiendum uitæ spiritualis robur, ad profitendam fidem coram Euan- gelij veritatem oppugnantibus. Ex Magistro in 4. dist. 7. p. 35. n. 7.

Confirmatio imprimat chara- cterem, & ideo iterari non potest, p. 36 n. 7.

Consecrare sub utraque specie tenetur celebrans; est enim id iure diuino. Et ideo Summus Pō- tifex dispensare nequit, ut in vna specie solum celebretur, p. 126. n. 18. & 19.

Consecratio est de essentia sa- crificij Missæ; ipsa enim est mysti- ca mactatio, & iugulatio repre- sentans mystice sacrificium crue- tum Crucis, p. 125. n. 17.

Consuetudo peccandi non est necessario exprimēda in confessio- ne; eo quod peccata præterita nō

I N D E X.

addant circumstantiam, quæ speciem mutat, p. 20. n. 155.

Contritio est dolor de peccatis voluntarie assumptus, quia fuerit commissa contra Deum, & cum proposito cavendi in futurum, & c. c. spe veniæ diuinitus obtinenda, p. 182. n. 57.

Contritio formalis, vel virtualis inclusa in amore Dei super omnia sufficiens est, ad delenda venialia extra Sacramentum, p. 179. n. 48.

Contritio obligat in articulo mortis, quando nequit suscipi Sacramentum Pœnitentiæ, pag. 148. n. 68.

Conuersio Eucharistica merito vocatur à Concilio Tridentino, *transsubstantiatio*, sess. 13. cap. 4. Quidquid delirent barbari hæretici, p. 60. n. 50.

Corporalia sunt necessaria pro celebratione Missæ, ex cap. *consuluit*, de consecrat. distin. 1. p. 154. n. 63.

Corpus Christi est sub speciebus non circumscriptiue, nec definitiue; sed modo sacramentali, p. 65. n. 63.

Corpus Christi in Eucharistia mouetur per accidens ad motum Hostiæ, seu specierum, p. 66 n. 68.

Corpus Christi in Eucharistia nequit videri oculis corporeis; bene tamen de potentia Dei absolutata, p. 67. n. 70.

Cruce requiritur ad Missæ celebrationem. Quæ si haberi nō possit, nec variata esset sine illa

celebrare, dicunt aliqui, p. 154. n. 96.

D

Damnatis non prodest Missæ Sacrificium, nec pro illis licite potest offerri, vt habetur in cap. *pro obeuntibus*, p. 129. n. 25.

Defectus in Missa occurrant quomodo supplendi, p. 162. n. 129. & sequentib.

Diaconus ex commissione Episcopi, vel Parochi potest baptizare solemniter, vbi id vsu receptum fuerit cap. *Baptism. de consecrat. dist. 4.*

Diaconus, deficiente Sacerdote, potest administrare Eucharistiam in articulo mortis de licentia Episcopi, vel Parochi. Ex Concilio Carthaginensi IV. Et si hi abessent, & instaret necessitas posset illam administrare de licentia præsumpta, pag. 111. n. 167.

Distantia inter materiam, & formam in Sacramentis quanta esse debeat, p. 3. n. 12.

Distantia locorum quæ nam sufficiat vt, possit quis celebrare sine cōfessione præmissa, p. 93. n. 130.

Diuinitas quomodo sit in Eucharistia, p. 63. n. 58.

Dolor de vno quoque peccato in particulari non est necessarius in Sacramento Pœnitentiæ; cum sufficiat dolor omnium peccatorum in communi, pagin. 182. n. 58.

E

Ecclesia in quibus casibus violetur, p. 151. n. 85.

Effectus Baptismi explicatur, p. 21. n. 85.

Effectus Baptismi explicatur, p. 31. 45.

Effectus Confirmationis recensentur, p. 31. n. 7.

Effectus Extremæ unctionis referuntur, p. 291. n. 11.

Effectus Ordinis assignantur, p. 304. n. 23.

Episcopatus non est Ordo distinctus à Sacerdotio; alias essent octo Ordines, p. 300. n. 7.

Episcopus quis nam dicatur proprius pro Ordinibus conferendis, p.

Episcopus nequit pro mortuis indulgentias concedere, p. 265. n. 8.

Episcopus potest concedere indulgentias Religiosis, qui quantum ad hoc, se illi possunt subijcere, p. 266. n. 13.

Eucharistia vocatur *Panis vitæ, Communió, Sacrificium, Corpus, & Sanguis Christi*, Viaticum; quia iter parat ad gloriam, à PP. Conciliis, & DD. pag. 38. in præmio.

Eucharistia nec iare, nec in voto est necessaria necessitate mediæ ad recipiendam primam gratiam; nec ad perseverandum in illa, p. 39. n. 3.

Eucharistia non causat aliquam physicam qualitatem in corpore suscipientis illam, qua ad glo-

riam disponatur, pagin. 80. numer. 110.

Eucharistia minuit fomitem, & concupiscentiam excitando bonos motus, ut suscipiens illam promptius operetur opera virtutum, ex D. Thoma, 3. part. q. 79. art. 1. 1. ad 3. pagin. 81. numer. 110.

Eucharistia confert augmentum gratiæ per se, & ex sua institutione. Et aliquando potest per accidens causare gratiam primam, p. 73. n. 87.

Eucharistia remittit peccata venialia quoad culpam. Ex Tridentino sess. 13. cap. 2. *Quæ remittit immediate ex opere operato*, p. 75. n. 93 & 64.

Eucharistia præservat à mortalibus. Ex Tridentino sess. 13. cap. 2. *Quam præservatiõem causat mediante gratia, & auxilijs efficacibus, quæ digne sumentibus ex opere operato confert*, p. 76. n. 95. & 96.

Eucharistia dat gratiam in ultimo instanti terminatiuo tractationis (pecierum ad stomachum; quia tunc est perfecta manducatio, p. 77. n. 99.

Eucharistia non causat gratiam, dum est in stomacho, & dum in illo perseverat; quia soli manducationi Eucharisticæ promissa est collatio gratiæ à Christo Ioana. 6. *Qui manducat meam carnem, &c.* p. 77. n. 100.

Eucharistia quatenus Sacramentum non aufert primario poenam peccatis debitam *ex ope*

*re operato, sed iuxta dispositionē,
& valorem auctus summentis il-
lam; nullo enim iure cōstat, Eu-
charistiam causare hunc remis-
sionis effectum per se, & ex
sua institutione, pag. 81. numer.
111.*

Eucharistia deneganda est pu-
blico peccatori. Nec est confe-
renda peccatori occulte petenti.
Deneganda tamen nō est pec-
catori occulto; casu, quo sine in-
famia denegari non posset, p. 98.
n. 133.

Eucharistia tempore pestis po-
test administrari in chalice argenteo,
secundum opinionem
probabilem, pagin. 115. numer.
177.

Examen conscientie requiri-
tur ad confessione Sacramenta-
lem. Et quale sufficiat, pag. 198.
n. 123 & 124.

Extremaunctio, est Sacramen-
tum unctiois infirmorum ad salu-
tem animæ, & corporis, pag. 288.
numer. 7.

Extremaunctio confert gratiā
in vltima quinta unctioe essen-
tiali, qua perficitur Sacramen-
tum, p. 292. n. 14.

Extremaunctio non est con-
ferenda sanis, qui non sunt sub-
iecta capacia recipiēdi illam, p.
293. n. 17.

Extremaunctio ab vno inchoa-
ta, si hic deficiat, ab alio perficiē-
da est, p. 296. n. 31.

F

Facultas concedendi indul-
gentias est in Summo Pontifice,
& in Episcopis iuxta limitatio-
nem Sedis Apostolicæ, pag. 265.
numer. 13.

Familiarem potest ordinare
Episcopus. Et quisnam is sit, p.
308 n. 49.

Fermentato pane utitur Gra-
ecus ad consecrationem. Sed po-
test licite in Ecclesia latina in
azymis consecrare, pag. 44. nu-
mer. 14.

Fideles tenentur confiteri Sa-
cramenta liter peccata sua semel
in anno ex præcepto Ecclesie,
nec non ex eodem præcepto Sa-
cram. Euchar. suscipere, p. 193.
n. 101. & p. 83. n. 126.

Forma Baptismi necessario
exigit expressionem unitatis es-
sentie, & Sanctissimæ Trinitatis,
nominibus relatiuis, *Patris, Fi-
lij, & Spiritus Sancti*, pagin. 24.
numer. 26. Et idem est in forma
Confirmationis, pagin. 36. nu-
mer. 6.

Forma Sacramenti Peniten-
tiæ est: *Ego te absolvo à peccatis
tuis in nomine Patris, &c.* ut cōstat
ex Florentino, & Tridentino
sess. 14. cap. 3. p. 172. n. 19.

Forma Sacramenti Eucharis-
tiæ quoad Corporis consecra-
tionem est: *Hoc est Corpus meum,*
quæ significat conuersionem ps-
uis in Corpus Christi. Quoad
conz

I N D E X:

consecrationem Sanguinis est hæc: *Hic est Calix Sanguinis mei,* quæ significat cōversionem vini in Sanguinem Christi, p. 55. n. 36. Verba reliqua: *Novi, & æterni testamenti Mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum,* dicunt multi, esse de essentia formæ, & ideo omnia hæc verba dicenda sunt à consecrante, sub mortali, p. 56. n. 37.

Forma extremæ unctionis est: *per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus, quidquid peccasti, &c.* Quæ necessario debet dari modo deprecativo, ex Christi institutione, p. 290. n. 8.

Furtum commissum in Ecclesia, sed non de rebus Ecclesiæ Sacrilegum non est, p. 206. n. 148.

G

Gradus incestus non est necessario explicandus in cōfessione, secundum satis probabilem sententiam, p. 210. n. 162.

Gratia quomodo conferatur per Sacramenta, p. 8. n. 29.

Gratia Sacramentalis supra gratiam virtutum, & donorum addit auxilia ad peculiare fines cuiusvis Sacramenti, p. 7. n. 23.

Gratia prima per se, & ex natura sua confertur per Baptismū, & Penitentiam, quæ sunt Sacramenta mortuorum, p. 8. n. 30.

Gratia confertur per Sacrifi-

cium Missæ, sed non immediate, ut minus bene aliqui dixerunt, p. 111. n. 26.

Gratia est necessaria pro obtentione indulgentiæ; non enim remittitur poena, nisi sit dimissa culpa, p. 268. n. 15.

H

Habitu Clericalem non deferens Clericus quomodo peccet, p. 317. n. 83. & 84.

Hæreticus non est capax indulgentiarum, qui non est membrum Ecclesiæ per fidem, p. 267. n. 15.

Hermaphroditus, si æque, vel magis participet sexum foemineum, quam virilem, nequit valide ordinari; quia nō magis dici potest vir, quam femina, p. 309. n. 43.

Hoc & Hic quid significant in verbis consecrationis panis, & vini, p. 57. n. 40.

Hora sumendi Eucharistiam, quænam sit, p. 119. n. 199.

Horas Canonicas dicere, seu recitare, qui teneantur, p. 332. n. 2.

Hostia in terram cadente, quid agendum sit, p. 164. n. 140.

Hostia in Calicem cadente, quid agendum sit, pag. 164. numer. 139.

Hostiæ appositæ in altari in solo Sacerdote celebrante non conferantur simul cum alijs, p. 534. num. 31.

I

Ianua Sacramētum est Baptismus, & ideo hoc non suscepto, nec reliqua valent Sacramenta, p. 12. n. 61.

Ieiunium naturale requiritur ad susceptionem Eucharistiæ. Ex Conciliis PP. DD. praxi, & vsu Ecclesiæ, p. 100. n. 134.

Ieiunio fracto naturali non licet celebrare pro communicando infirmo, p. 103. n. 136.

Ieiunium naturale frangi ad communionem sumptione tabachi, siue in puluere, siue in folio, siue infumo dicunt aliqui. Alij contrarium tenent. pagin. 103. num. 133.

Ieiunium naturale non frangitur ad communionem terræ comestione; terra namque non est alterabilis à stomacho, p. 102. n. 136.

Indulgentia, est relaxatio pœnæ debitæ ex peccatis, facta extra Sacramentum a Prælato. per applicationem thesauri Ecclesiæ, pag. 262. n. 1.

Indulgentia, alia partialis, totalis alia. Et quanam hæ sint, explicatur, pagin. 264. n. 1.

Indulgentia de pœnitentijs iniunctis, quantum penam remittat, p. 265. n. 11.

Indulgentia plenaria concessa in Iubilæo S. P. Francisci de Paula, quæ est toties quoties, quomodo sit intelligenda, p. 272. n. 27.

Indulgentia non cessat, etiam si cesset causa, ob quam concessa fuit, p. 271. n. 24.

Indulgentia concessa ad tempus, eo elapso non perieuerat. p. 270. n. 24.

Indulgentia concedi potest ob quamlibet causam piam. Alij causam proportionatam requirunt, p. 267. n. 14.

Indulgentia pro mortis articulo concessa non expirat, si infirmus tunc non moriatur, pag. 271. n. 24.

Indulgentiæ cessant per reuocationem. Et a quonam possint reuocari, p. 271. n. 14.

Intentio quid, & quo duplex ad conficiendum Sacramentum, p. 13. num. 57.

Intentione necessaria deficiente in ministro, Deus non supplet defectum Sacramenti, p. 13. numer. 58.

Interstitia, quæ sint seruanda inter vnum, & alterum Ordinẽ Et ad quem pertineat illorum dispensatio, p. n.

Iterare confessionem, quando sit necessarium, p. 212. n. 171.

Iubilæus, est Bulla concedens indulgentiam plenariam, & alia privilegia præstantibus certa opera, p. 263. n. 236.

Iurisdicctio quid, & quo duplex sit in Sacramento Pœnitentiæ, p. 215. n. 187.

Iurisdicctio requisita ad Sacramentum Pœnitentiæ est voluntaria, quæ in omni loco potest exerceri, p. 216. n. 180.

L

Lex scripta plura habuit Sa-
cramenta Quæ quidem non cau-
sabant gratiam; sed dandam per
Sacramenta nouæ legis significa-
bant, p. 6. n. 26.

Licentia requiritur ad Eucha-
ristiam ministrandam, pag. 113.
n. 167.

Loqui non licet de auditis in
confessione, nisi poenitens con-
fessario ad id licentiam dederit,
p. 145. n. 275.

Locus ad celebrandam Mis-
sam qualis sit, p. 149. n. 79.

Lotio Corporalium a quonã
fieri debeat, p. 158. n. 111.

M

Martyrium est actus à fortitu-
dine elicitus, imperatus autem à
charitate, p. 54. n. 57.

Martyrium gratiam confert
deletq; omnem culpam, & pœ-
nam pro peccatis debitam, ex o-
pere operato, p. 34. n. 58.

Materia in Sacramentis du-
plex, proxima, & remota. & quæ
nam hæ sint, p. 4. n. 13.

Materia remota in Sacramen-
to Baptismi est aqua elementa-
lis, & naturalis, siue hæc sit flu-
minis, fontis, putei, &c. pag. 21.
n. 8.

Materia remota Sacramenti

Confirmationis est Chrisma cõ-
fectum ex oleo, & balsamo con-
secratum ab Episcopo, p. 35. n. 8.

Materia remota Sacramenti Eu-
charistiæ pro cõsecratione Cor-
poris est solus panis triticeus qui
simpliciter est panis; & pro con-
secratione Sanguinis solum vi-
num de vite est materia remota
dicti Sacramenti, p. 44. n. 15.

Materia remota Sacramenti
Poenitiæ sunt peccata com-
missa post Baptismum, siue mor-
talia, siue venialia, p. 170. nu. 10.
Proxima verò sunt tres actus poe-
nitentis, nempe oris confessio,
cordis contritio, & operis satis-
factio, p. 111. n. 13.

Materia remota Sacramenti Ex-
tremæ vnctionis est oleum oliua-
rum benedictum ab Episcopo.
Proxima est vnctio, quæ de ne-
cessitate Sacramenti debet fieri
à Sacerdote in quinque sensibus,
p. 228. n. 2. & 3.

Materia remota Sacramenti
Ordinis multiplex est pro Ordi-
num multiplicitate. In minori-
bus Ordinibus, pro Acholito
materia remota est candelabri-
um cereo, nec non & vrceoli.
Pro Ostiario sunt clauis, & cã-
panula. Pro Lectore liber Pro-
phetiarum. Pro Exorcista liber
exorcismorum. In maioribus Or-
dinibus pro Subdiacono est Ca-
lix vacuus cum Patena. Pro Dia-
cono liber Euãgeliorum. Pro Pres-
bytero ordinando est Calix cum
vino, & Patena cum Hostia, p.
301. n. 13.

I N D E X:

Meriti nequit alijs communi-
cari; bene tamen satisfactio, p.
163. n. 3.

Minister deputatus, & consec-
ratus debet esse in gratia, vt li-
cite administret Sacramenta, p.
14. n. 6.

Minister Sacramenti Pœni-
tentiae solus est Sacerdos, adhuc
in articulo mortis. Et ita adhuc
in articulo mortis nequit laico
fieri confessio, p. 214. n. 174.

Ministrare Eucharistiam, ad-
huc in articulo mortis, laicus
non potest. Quidquid aliqui mi-
nus benedixerint, pagina 112. nu-
mer. 163.

Missâ deriuatur à verbo *Missa*,
quod est idem, ac oblatio spon-
tanea, p. 123. n. 6.

Missâ est *Oblatio Corporis Chri-
sti sub speciebus panis, & vini ex-
pressiva*, & significat in Sacrifi-
cij cruenti, semel ab ipso Chri-
sto Domino Deo Patri pro pec-
catis hominum exhibiti. Ex To-
leto lib. 2. sum. 4. p. 4. & alijs, p.
124. n. 14.

Missâ nec valide, nec licite of-
ferri potest pro non baptizatis,
p. 128. n. 25.

Missâ celebrari non potest an-
te auroram; bene tamen ipsa au-
rora inchoante, p. 46. n. 65.

Missam celebrare non licet in
die *Parasceue*, nec in Sabbato Sã-
cto. Ex cap. *Sabbato de consecrat.
dij.* 13. p. 114. n. 72.

Missas anticipatè nequit Sa-
cerdos celebrare pro illo, seu pro
illis, qui primo daturi sunt elec-

mo in m, pag. 144. num. 60.

Missâ quotidiana onere ob-
strictus potest vnâ Missam omit-
tere in hebdomada; propter ho-
nestatem. Ex cap. *Significatum de
præbend.* p. 144. n. 62.

Mutatio proprie in Christo
non datur, quâdo desinit esse sub
speciebus; nisi ad summum de-
perditia, p. 69. n. 75.

N

Navigaturus longa, & peri-
culosa nauigatione tenetur con-
fiteri, est enim in periculo mor-
tis, p. 192. n. 65.

Necessaria simpliciter nõ fuit
institutio Sacramentorum; alijs
enim medijs Deus nos saluare
poterat, p. 3. n. 12.

Necessitas duplex, alia medijs,
alia præcepti. Et quænam sint,
explicatur, p. 40. n. 5.

Necessitas, vel alia causa quâ-
donã excuset à confessione an-
te communionem, p. 93. n. 230.

Numerus peccatorum mor-
taliu necessario explicandus est
in confessione, p. 99. n. 127.

Nutrire potest Eucharistia. Et
quo modo fiat hæc nutritio, p. 72.
n. 84.

O

Obex, qui idem est ac *estoruo*
duplex, alius oppositus Sacramen-
to, alius effectui Sacramenti, sci-
licet gratiæ, p. 10. n. 71.

I N D E X.

Obice sublato, dicunt aliqui satisfactionem Sacramentalem causare suum effectum, scilicet poenae remissionem. Alijia melius negant, p. 261. n. 328.

Oblitus in confessione alicuius peccati mortalison tenetur illud confiteri intra eundem annum; fecit namque confessionem integram formaliter, nisi vellet Eucharistiam suscipere, aut sit in mortis articulo, pagin. 294. n. 106.

Obsessus à dæmone capax est recipiendi Eucharistiam, p. 83. n. 113.

Opera mortificata quæ nam sint. Quæ quidem reuiuiscut per poenitentiam, p. 180. n. 54.

Opera omnia præscripta ad obtinendam indulgentiam nõ debent necessario fieri in gratia, p. 168. n. 18.

Opinionem probabilem sequens est absolvendus; non enim accedit indispositus, pag. 128. n. 258.

Ordo, est signaculam quoddam, in quo, & per quod potestas traditur ordinato, & Officiam. Ex Magistro in 4. dist. p. 298. n. 1.

Ordines minores sunt Sacramenta, secundam probabiliore opinionem p. 301. n. 11.

Ordinibus maioribus est annexum vorum castitatis iure positio Ecclesie, p. 322. n. 103.

Ordinatus sine legitima aetate quamnam poenam incurrat, p. 310. n. 50.

Ordinare potest Episcopus fa-

miliarem suam, qui pertinet fuerit cum illo commemoratus, p. 308. n. 39.

Ordinatus sine titulo qua poena mulctetur, p. 815. n. 71.

P

Panis, aut vini quantitas consecranda quæ nam sit, pag. 54. n. 32.

Parochus tenetur celebrare in die Festo, vt populus Missam audiat, p. 144. n. 62.

Parochus nequit delegare suam iurisdictionem simplici Sacerdoti, vt excipiat confessiones tuorum parochianorum, pag. 220. num. 193.

Parochus tempore pestis tenetur suis parochianis administrare Sacramenta Poenitentiae, & Eucharistiae, p. 115. n. 180.

Paschatis nomine quid intelligatur pro adimplerione præcepti annuæ communionis, pag. 89. n. 127.

Patrinus in Baptismo non est de necessitate Sacramenti. Eius obligatio est, instruere baptizatum in rebus fidei, p. 28. n. 33.

Patrinus in confirmatione alius debet esse ab eo, qui tenuit in Baptismo; nisi aliud exposcat necessitas, p. 32. n. 16.

Peccata commissa ante Baptismum non sunt materia Sacramenti Poenitentiae. Nec quæ committuntur in Baptismo, nisi post illum contineantur, p. 170. n. 11.

Pec-

Peccata interna sunt reserua-
bilia; licet non sit in usu illa re-
seruare, p. 228. n. 217.

Pœna æterna tollitur per Sa-
cramentum Pœnitentiæ, quæ in
temporalem commutatur, pag.
177. n. 44.

Pœnitens male absolutus ad-
monendus est de absolute in-
ualida, p. 241. n. 270.

Potestas concedendi indulgē-
tias est in Ecclesia. Quod est de-
fide Mat. 16. *Tibi dabo claves Reg-
ni Cœlorum*, p. 263. n. 4.

Præceptum diuinum commu-
nicandi obligat in articulo mor-
tis, p. 87. n. 121.

Præceptum Ecclesiasticum
communicandi obligat in Pas-
chate; ita vt communio suscipia-
tur de manu proprii Sacerdotis,
scilicet Episcopi, vel Parochi,
p. 188. n. 126.

Propositum non peccandi ne-
cessarium est ad contritionem;
Quod necessario non debet esse
formale; sed virtuale sufficit in
ipsa inclusum contritione, pag.
182. n. 62.

Q

Qualitas furti explicanda est
in confessione, quando hac spe-
ciem mutat, p. 206. n. 148.

Quantitas aquæ miscendæ in
Calice modica esse debet, & que
nam, p. 47. n. 24.

Quantitas panis, aut vini cõ-
secrandi quæ nam esse debeat, p.
34. n. 32.

R

Religiosi habet approbratio-
nem à Papa ad audiendas confes-
siones; ab Episcopo examen, p.
221. n. 196.

Religiosorum confessarius ab
illorum Superioribus approban-
dus est, p. 223. n. 200.

Religiosos posse iterum exa-
minari ab Episcopo nouo pro
quiete suæ conscientiæ, sentiunt
multi ex Bulla Pij V. *Romani
Pontificis*. Sed alij contrarium
tenent, p. 121. n. 96.

Religiosi ex privilegio pos-
sunt in suis Ecclesijs administra-
re Eucharistiam, præter quam in
die Paschatis. Et quomodo hoc
sit intelligendum, pag. 113. nu-
mer. 172.

Reo concedendum est tempus
pro confessione, & communio-
ne, p. 84. n. 114.

Reseruatio casus, vel casuum
illicite facta valida est, pag. 228.
n. 219.

Reuocatio indulgentiarum ad
quem pertineat, p. 270. n. 24.

Reuocatione indulgentiarum
facta, non statim cessant indul-
gentiæ, quoad usq; notitia reuo-
cationis perueniat ad illos qui-
bus sunt indulgentiæ concessæ,
p. 271. n. 24.

S

Sacramentum est signum rei Sa-
cræ sanctificantis nos. Ex D. Tho-
ma

I N D E X.

ma; p. q. 60. a. 2. rei sacra, scilicet gratiæ habitualis, quæ nos sanctificat. facitque Dei filios adoptiuos, p. i. n. 1.

Sacramenta nouæ legis conferunt gratiã *ex opere operato*, id est *ex se seu ex institutione Christi* nõ ponentibus obicem. Ex Tridentino less. 7. can. 7. p. 7. n. 28.

Sacramenta eiusdem speciei æqualem gratiã causant in subiecto, a quæ disposito. Ex D. Thoma, 3. p. q. 69. ar. 8. p. 11. n. 43.

Sacramenta nouæ legis non causant gratiam recedente fictione; si vnũ excipias Baptismum; ex D. Agustin. lib. 10. de Baptismo cap. 12. p. 17. n. 73.

Sacramenta veteris legis non causabant gratiam; sed solum figurabant, dãdam illam per Passionem Christi. Ex Florentia. p. 7. n. 28.

Sacrificium Missæ est propitiatorum, expiatorium, & impetratorium, p. 131. n. 27. 30. & 31.

Sacrificium Missæ perficiendũ est ab altero Sacerdote, si deficit primus post consecrationem, p. 165. n. 144.

Satisfactio tertia pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ est *compensatio Deo oblata pro pœna temporali debita peccatis remissis quoad culpam*. Quæ debet imponi a confessario, vt det completum Sacramento Pœnitentiæ, p. 252. n. 206. & 207.

Satisfactio quo modo sit imponenda à confessario, pag. 256. n. 308.

Satisfactio nequit à pœnitente commutari; est enim commutatio illius actus iurisdictionis, p. 259. n. 322.

Satisfactio Sacramentalis, secundum aliquos causat gratiã; eo quod sit pars Sacramenti. Sed melius dicunt alij, solum causare remissionem pœnæ, p. 261. n. 327.

Syllum Sacramentale. est *Obligatio osculandi ea, quæ in confessione, vel propter confessionem audita sunt*, p. 242. n. 269.

Sigillum confessionis nõ frangitur, si de licentia pœnitentis confessarius confessionem reuellet, p. 244. n. 279.

Sigillum reuelare non licet, etiam pro saluanda vita confessarij, p. 249. n. 186.

Sigillum violans confessarius qua pœna puniri debeat, p. 147. n. 283.

Species Sacramentales habent eandem actiuitatem physicam, & intentionalem, quam ante consecrationem habebant, p. 75. n. 79.

Stipem, seu eleemosynam licet accipere, etiam à diuite Sacerdote; est enim *operarius dignus mercede sua*, p. 142. n. 55.

Stipendium iustum pro Missa quodnam sit, p. 142. n. 55.

Suspecto de crimine non licet dare Eucharistiã ad innocentiam probandam, p. 99.

T

Tangi debet physice materia Sacramenti Ordinis; hunc tactũ

de-

deportant verba *accipe* dicta ab Episcopo Ordinante, pag. 302. n. 15.

Tangere non licet laicis Calicem & Patenam, p. 157. n. 105.

Tempus celebrandi Ordines quodnam sit, p. 313. n. 63.

Thesaurus Ecclesie datur. Et quis nam sit, p. 263. n. 2.

Titulus coloratus cum communi errore sufficiens est ad dandam iurisdictionem, p. 215. numer. 183.

Tonsura non est Ordo, sed dispositio ad Ordines; sicuti novitatus ad Religionem, pag. 300. n. 10.

Tonsura nequit conferri licite non confirmato. Ex Tridentino sess. 24. cap. 4. p. 304. n.

Transubstantiatio est actio conversiva panis in Corpus Christi & vini in eius Sanguinem, pag. 59. n. 46.

Trinitas Divinarum Personarum est in Eucharistia, p. 63. numer. 59.

V

Valor sacrificij Missae quo tu-plex sit, p. 137. n. 44.

Valor Missae satisfactorius finitus est, & limitatus, pag. 140. n. 51.

Vestes Sacrae necessariae sunt pro celebratione Missae. Quae debent esse benedictae, ut constat ex cap. *vestimenta* de consecrat. dist. 1. p. 156. n. 113.

Vi verborum consecrationis panis ponitur Corpus Christi sub speciebus illius, p. 58. n.

Vi verborum consecrationis vini ponitur Sanguis Christi sub illius speciebus, p. 63. n. 60.

Vini guttulae, quae sunt intra latera cuppae Calicis non mutant consecrationem; celebrans interdicit consecrare solum vini existens infundo, pag. 53. n. 31.

Vinum congelatum est consecrabile; est enim potabile, ex se, p. 43. n. 18.

Virtus Penitentiae quanam sit. Et quomodo differat ab alijs virtutibus, p. 167. n. 1.

Vinctio in Confirmatione debet fieri in fronte, ubi est sedes recordantiae, p. 36. n. 4.

Vulneratus lethalius, qui bibit venenum, qui rabido morsu laborat, &c. suscipere possunt Extremam unctionem; omnes hi enim sunt infirmi, pag. 224. numer. 19.

Vua consecrari non potest; est enim potius comestibilis, quam potabilis, p. 45. n. 17.